priè eſt,quando canonici alicuius eccleſiæ eligunt prælatum:&
per eum transfertur ius in re:vt per doc.in c.cum Bertoldus.de
re iudi.& gloſ.magiſtra.in c.quanto.lxiij.diſt.& per Abb.& doc.
in c.primo. & in c.tranſmiſſa.& per totum.de elec.ita Abb.in c.
autoritate.de inſti.& quid ſit iſta electio.ponit Abb.in rubri.de
poſtu.præla.& quòd ſit nomen verbale:& ideò habere duplicē

ſignificationem, actiuam.ſ.& paſſiuam l.ij.ff.de duobus reis. po
nit Abb.in rubri.de electio. in fi. ¶ Et iſta aſſimilatur in aliqui-
14 bus præſentationi.ſ.quando† p̄ſentatio ſpectet ad collegium,
quòd vocentur illi de vniuerſitate: & in eodē loco conueniūt,
& agunt de contemptu: vt in c.iij.hoc tit. & dicemus latè infrà
in ij.par.huius libri in ij.q.princi. in pluribus articu. ¶Differunt
tamen in multis, vt ibidem: & p̄ſertim quia forma data per c.
quia propter.non habet locum in p̄ſentatione: vt ibidem dice-
mus in xviij.articu.& multas alias differentias & conuenientias
15 poſuimus ſ̃.in v.præcedent.arti. ¶†Large tamen dicuntur pa-
troni eligere, quia priùs eligunt p̄ſentandum: vt dicit Abb. in c.
16 ij.finali huius tituli.& diximus ſ̃.in iiij. p̄ceden.arti. ¶†Succe-
dit etiam publicatio, quæ fit poſt ſcrutinium electionis: nam fa
cta electione per ſcrutinium, de neceſſitate publicatur di.c.quia
ꝓpter. & c.publicato. de electio. quæ quidem publicatio non
17 eſt neceſſaria in p̄ſentatione: †quia publi. omnia fieri poſſunt ꝑ
patronos: vt pulchre vult Gay.in d.repe.c.fina.de electio.lib. vj.
in lvj.col.& nos dicemus latè infrà in ij.part. huius lib. in iij. q.
princ.in j.articu.¶Niſi p̄ſentatio ſpectaret ad collegium vel vni
uerſitatem: & fieret ꝑ ſcrutinium: quia tunc in eo ſeruaretur,
quòd in electione ſeruatur: vt proximè diximus in electione &
in loco ibi remiſſo.¶Eſt etiam p̄ſentatio electionis: nam publi-
cato ſcrutinio & electione facta: electores quanto citius pote-
runt, debent electionem electo p̄ſentare, & eius aſſenſum pete
re: vt in c.quam ſit eccleſias.de elect.lib.vj.¶Et huiuſmodi pre-
ſentatio non cadit in p̄ſentatione patronorum de neceſſita.ſed
p̄ſentatus debet acceptare p̄ſentationem: quia ad eū ſtat, ſi vult:
& ſi præſentatus, recuſat: præſentans non habebit aliud tempus
ad preſentandum: licet ſecus in electione.c.ſi electio.de elect.li-
bro vj.& dicemus latè infrà in ij.part.huius lib.in v.q. princi. in
ij.artic.ex multis ibi adducendis.¶Vnde dicerem, ex quo p̄ſen-
tandus debet eſſe præſens.vt in clem.dudum.vbi gloſ.de ſepul.
non eſſe faciendam aliam p̄ſentationem p̄ſentationis ipſi p̄ſen-
tato, qui p̄ſens eſſe debet. Niſi dicamus ipſum eſſe abſentem:
quia cognitum ordinario: per ea, quæ notantur ꝑ Abb. & doc.
18 in c.ea noſcitur.de his, quæ fiunt à præla.¶Sed†nec tunc dice-
rem neceſſariam huiuſmodi p̄ſentationem: ſed ſufficere talem
qualem notificationem. Niſi eſſemus in præſentatione, quæ fie
ret per collegium vel vniuerſitatem ſiue eccleſiaſticam ſiue ſe-
cularem: vt vult Ioan.an.Imol. & omnes in d.c.quam ſit. in pri-
mo reſpon. volentes diſpoſitionem illius text. habere locum
etiam in p̄ſentatione eccleſiæ patronatæ: ſecus, ſi p̄ſentatio ſpe-
ctaret ad patronos ſingulariter, de quo erimus dicturi infrà deo
duce.in ij.par.huius lib.in v.q.princi.in ij.articul. ¶Et ex præce-
den.p̄ſentatione habemus acceptationem electionis, quæ fieri
debet ꝑ electum infrà menſem, poſtquam ſibi p̄ſentata eſt ele-
ctio: vt in text.d.c.quam ſit.& ꝓximè dixi. ¶Iſta etiam accepta-
tio habet locum in p̄ſentatione, quando p̄ſentatio fit in eccleſia
patronata ꝑ collegium, ſiue eccleſiaſticū, ſiue ſeculare: vt vult
Ioan.and.& Domi.in d.c.quam ſit. in j.reſpon. Quando verò p̄-
ſentatio ſpectat ad particulares, quia p̄ſentandus eſt p̄ſens, & ſta
tim conſentit, non cadit hæc ſolemnis acceptatio: vt dicemus
19 infrà in ij.part.huius libri in v.q. princi. in ij.articu. ¶†Conde-
ſcendo ad p̄ſentationem patronorum, quæ ꝓpriè ad patronos
iuſpatro.ſeu p̄ſentandi habentes ſpectat, nec ꝑ eam transfertur
aliquod ius ſpirituale in p̄ſentatum, ſed ſolum, ſi p̄ſentatus eſt
idoneus, inſtitui debet ꝑ ſuperiorem.xvj.q. vij. decernimus.ha-
bet tamen p̄ſentatus ius ad rem, & nō in re: vt notatur in c. cum
Bertoldus.vbi omnes de re iudi.& ita vult Abb. in d.c.autorita-
te.de inſti.& iſta veritas comprobatur in toto hoc opere. ¶Di-
cimus etiam eſſe aliam ordinationem ordinādorum, quæ fit de
ordinandis habēti ordinare: vt in c.ſignificaſti.& in c.vt noſtrū.
de offic. archi. & ibi Butri. nam archidiaconus dicitur p̄ſentare
ordinandos: ſed iſta p̄ſentatio eſt largo modo ſumpta: & ſimili-
ter illa p̄ſentatio electionis, de qua ꝓximè diximus. Vera ergo
p̄ſentatio eſt illa patronorum: vt ꝑ Abb. vbi ſ̃. ¶Reperimus e-
tiam verbum, offerre: vt in c.decernimus.xvj.q.vij.& idem eſt,
quod p̄ſentare, vt ex dicto text. colligitur & diximus ſ̃.in ix.p̄ce
20 den.arti.¶†Inuenimus etiam commendare: & iſtud ꝓpriè eſt,
cùm aliquod beneficium datur in commendam perpetuam: &
iſta ꝓpriè datur per papam: vt per gloſſ. & docto.in c. nemo. in
verbo, commendare.de electio.lib.vj. de qua dicemus infrà in
hac parte in vj.q.princi.in xiiij.articu.¶Alia eſt commēda, quæ
fit de beneficio vacante, quando vacat ſedes ordinarij: quod nō
poteſt conferri per capitulum: & ideò commendatur alicui tā-
quam economo, & durat, donec ſedes ſit plena: & illi beneficio
ꝓuideat de rectore. Et iſta eſt ad inſtar cuſtodie eccleſiæ vacan-
tis: vt in c.cum vos.de offi.ordi. quæ cuſtodia poteſt compete-
re patrono eccleſiaſtico: vt ibidem h̃r. & dicemus ĩ.in ij.par.hu
ius lib.in j.q.prin.in xxix.art. Alia eſt ꝯmenda, q̃a aliq̃s commē-
dauit, id eſt, laudauit aliquem habentem inſtituere. & idem eſt
quod p̄ſentatio patronorum: vt in c.monaſterium. xvj.q.vij. in
21 fi.& nos diximus.ſ̃.in.x.p̄ceden.arti. ¶†Eſt & ꝑpetua admini-
ſtratio, quæ ꝑ ſolum papam committitur: nam papa cum non
vult eccleſiam conferre in titulum.ponit in ea ꝑpetuum admi-
niſtratorem: & idem eſt quod commendare vt ꝓximè diximus
de commenda quæ fit per papam, remittendo nos ad.d.xiiij.ar-
22 ticul. ¶†Eſt etiam coadiutoria cùm futura ſucceſſione: & iſta
ſimiliter fit ꝑ ſolū papam p̄lato ſeni, vel valetudinario: de qua
etiam dicemus infrà in hac parte in vj. q. principa. in xx.articu-
lo. Fit etiam ꝑ ordinariū, ſine tamen futura ſucceſſione: vt in
23 titulo de clerico ægrotante, ꝑ totum.¶†Confirmare verò, ꝓ-
priè fit de electione: nam quia ius eſt tranſlatum ꝑ electionem
in electum c.tranſmiſſa.de electio.vt ſuprà diximus.ſuꝑ verbo,
eligere, non eſt neceſſe ſuperiorem conferre, vel inſtituere: ſed
tantum confirmare electionē iam factam: vt notatur in c.nihil.
24 de electio.ita Abb.in d.c.auctoritate.de inſtitu ¶†Succedit in
ſtitutio, quæ eſt triplex.prima & ꝓpria eſt, quę à iure ſumitur, ꝓ
tranſlatione non libera iuris à ſuperiore facta, quando ſcilicet
p̄ſentatus ꝑ patronum inſtituitur.nam ibi ius plenum transfer-
tur, cum patronus nullum ius ſpirituale tranſtulerit: & eſt illa
tranſlatio non libera: quia ſuperior velit nolit, tenetur illud ius
transferre in p̄ſentatum, idoneum tamen. & in hoc inſtitutio
differt à collatione: & ideò in confirmatione & inſtitutione, q̃a
non ſunt libere, ſuccedit capitulum ſede vacante: & non in col-
latione, quæ eſt libera: vt in c.j.de inſtitu.libro ſexto.& in c.cum
olim.de maiori.& obediē.Et de iſta inſtitutione loquitur Abb.
in c.poſt electionem.ſuper gloſſ.in verbo, inſtitutione.de con-
ceſſio.p̄ben.& do.Roch.in hoc trac. in princi.in p̄ludiis, in v.q.
vbi tractat de diffi.inſtit. ponit quid ſit inſtitutio, & quotuplex.
Cuius dicta latè ponemus infrà in iij.parte huius lib.in j.q. prin.
vbi cadit diffinitio inſtitutionis. ¶Quandoq; inſtitutio capitur
25 † pro collatione libera, prout capitur in c.ex frequentibus.de
inſti.vbi cum collatione confunditur, cōcordando cum c.om-
nes baſilicæ. xvj.q.¶Quandoq; verò capitur ꝓ inſtitutione au-
torizabili, quæ fit quo ad curam populi tantum: puta quia colla
tio ſpectat ad inferiorem p̄latum epiſcopo: & ꝓ cura populi nō
exēpti, recurritur ad ep̄m: vt in c.j.de capel.mona.lib.vj. ¶Quā-
doq; & quartò inſtitutio capitur ꝓ inductione in poſſeſſionē:
& iſta ꝑtinet ad Archi.de iure communi: nam poſt tranſlatum
ius in beneficiatum Archi.habet illum inducere in corporalem
poſſeſſionem.vt in c.ad hæc.& ĩ c.cum noſtrum.de offi. Archi.
26 Ita Abb.in d.c.autoritate.¶†Et quo ad primam inſtitutionē,
adde do.Roch.vbi.ſ̃.in vj.q.quærentem quid differat inſtitutio
à cōfirmatione? & dicit ſecundum Abb.in c.nobis in v. no. hoc
tit. ꝓpriè loquendo hanc eſſe differentiam: quia confirmatio fit
de electo: & dicitur ſuperior confirmare, quaſi ſimul firmare:
quia per electionem iam erat tranſlatum ius: vt.ſ̃. in confirma-
tione diximus. Inſtitutio verò tribuit plenum ius: ſubdit tamē
ſe credere largo modo inſtitutionem poſſe dici confirmationē
illa ratione: quia dicitur p̄ſentationē largo modo poſſe dici ele-
27 ctionem.vt diximus ſ̃.in iiij p̄ceden.artic. ¶†Dicimus etiā ad-
mittere, quod verbum, ſecundum Archi.in c.j.de inſti.lib.vj.im
portat recipere & examinare: inſtituere verò id, q̄d approbare,
& confirmare: & ſic inter ſe hæc verba differre. Sed ibi Ioannes
mona.vt eum refert & ſequitur Gemi.& ſimiliter Phili. corne.
tenent totum oppoſitum: & ſic ꝙ admittere ſit cōfirmare: & ap
probare. Inſtituere verò ſit in poſſeſſionē mittere do.Roc.in d.
prin.ſui tract.in vij.q.dicit ſe credere veriorē eſſe opinio. Archi.
in ꝓpoſito noſtro: quia dicere, ꝙ inſtituere p̄ſentatū, ſit in poſ-
28 ſeſſionem mittere, †nō eſt accipere ꝓprium ſenſum verbi in-
ſtituere: ꝓut intēdimus: licet inſtituere, quandoq; importet miſ
ſionem in poſſeſſionem.vt ꝑ Abb.in d.c.auctoritate.de inſtitu.
& ꝑ Hoſti.Butri.Card.& Imo.in rub.de inſti.& ꝑ Abb.in c.ij. de
conſue.tamē ꝓpriè loquēdo inſtitutio aliter ſumitur: vt ſ̃.eſt di
ctum & quòd admittere, non importet inſtituere: ſentit Abb.
in c.ex literis. in verſ.quādoque mouetur.hoc tit.¶Tu dic opi.
Arch.etiam procedere: nam omnis præſentatio admittitur, ſed
adhuc inſtitutio requiritur, vt patet in practica: nā facta præſen-
tatione per patronos per habentem inſtituere, fit admiſſio, ſi &
inquantum hoc eſt reſpectu examinationis de ea facienda: quia
ſi reperitur bona eſt admiſſa: ſi verò non, ſecus: & ſic proceditur
in proceſſu: vt in ij.parte huius lib. in loco ſuo latius dicetur: &
demum fit inſtitutio: vt ſimiliter dicetur in iij. parte huius libr.
29 ¶†Collatio verò ſeu conceſſio (quæ idem ſunt.vt in c.ſi.cum
ibi nota.hoc titu.) eſt, quando abſq; alicuius electione vel præ-
ſentatione epiſcopus confert beneficium ſua mera liberalita-
te: quia liberalitate vtitur in cui conferendo: vt in c. fin. de offi.
vicar.lib.vj.& in capit.relatum. de præben. & ideò in fructibus
cōputatur: vt ibi ꝑ doc. & non tranſit, in c.ſede vacāte.& in d c.
cum

enim olim.de maio.& obedi.& in c.vnico.ne ſede vacan.libr.vj.
& diximus ſ.in iij.præcedē.artic.& in hoc collatio differt ab in-
ſtitutione:vt ſ.diximus.Et vult Abb.in d.c.autoritate.& in rub.
de inſti.& ꝙ collatio,& conceſſio,quo ad beneficia,ſunt idem,
patet etiam in toto tit.de conceſ.præb. in quo tractatur de col-
30 latione beneficiorum: & tamen vocatur conceſſio. ¶†Quid
autē differat collatio & electio:vide Abb.in d.rub.de inſti. & in
c.autoritate.eod.ti.& in c.ij.de conſue. ¶ Inueſtitura autem eſt
31 multiplex:†nam quādoq; fit ipſa inueſtitura nulla præceden-
te collatione quia dicit ſuperior fortè capiendo anulū vel bir-
retum,inueſtio te de tali beneficio: & tunc talis inueſtitura idē
eſt propriè, ꝙ collatio: quia ſatis operatur,ex quo transfert ius
in inueſtitum:vt no.Io.and.in c.ex trāſmiſſa.de electio. ¶Quā-
doq; prius præceſſit præſentatio vel electio:& tunc inueſtitura
cenſetur inſtitutio vel cōfirmatio: quia idē importare videtur.
Quandoq; prius ñ ſolum præceſſit præſentatio vel electio:ſed
etiam p̄ceſſit inſtitutio,ſeu cōfirmatio:aut mera collatio:& ſe-
quitur inueſtitura:puta per anulum,vel birretum,vel quid ſimi
le, & tunc ſi fit talis inueſtitura in abſentia illius rei, quæ inue-
ſtitur:& talis inueſtitura eſt quaſi confirmatio iuris p̄cedentis
eſt relinquere quaſi beneficium in ſuis manib. nam videtur ſu-
perior,quantum in eo eſt, illud beneficium in inueſtitum trāſ-
ferre: vnde poterit apprehendere poſſeſſionem propria auto-
ritate: ſed per illam inueſtituram non trāſfertur poſſeſſio cor-
poralis: quia requiritur in apprehenſione ipſum corpus, niſi a-
liud habeat conſuetudo, iuxta ea,quæ habentur in c.ij.de con-
ſue.& per Inno.in c.cū literis.de reſti.ſpolia. ſed ſi fit in p̄ſentia
beneficij,& nullus alius eſt in poſſeſſione illius,tūc p inueſtitu-
rā transfertur poſſeſſio corporalis:arg.l.quod meo.ff.de acq.poſ.
& no.in d.c.tranſmiſſa.de elec.& in d.c.ij.de conſuet.Et ita Ab-
ba.concordat gl.contrarias in d.c.autoritate. & p̄ſertim gl. in c.
ſi quis deinceps. in verbo, inueſtitura. xvj.q.vij. ¶ Habemus ſi-
32 militer †donationem in beneficialibus quæ poteſt dici idem,
quod collatio & præſentatio:vt not.in ca.fi.de conceſ.præben.
& in c.fi.de offi.vicarij.lib.vj.& conſiſtit donatio in cui conferē
do,vel in quem præſentando:& hoc modo poteſt dici præſen-
33 tatio:donatio:vt diximus ſ.in iij.articu.præcedē.¶† Extat etiā
acceptatio beneficij,quæ fit per expectantem apoſtolicum. de
qua in c.j.in §.ex parte vero.& in §.econtra.de conceſ.præben.
libr.vj.quæ quidem acceptatio poteſt fieri & ante vacationem
34 & poſt: & in caſibus ibi aſſignatis.¶† Notandum eſt etiam,ꝙ
quando per Papam ſcribitur exequutori de aliquo prouiden-
do,non debet dicere exequutor,recipio te ad talem præbendā
ſeu ad canonicatum,vel in canonicum:ſed debet dicere,confe-
ro tibi talem canonicatum vel præbendam:ſeu prouideo te de
tali canonicatu & præbenda.ſecundū Compoſt.in c.eam te. de
reſcri.& Io.an in c.ſi tibi abſenti.de præben. lib.vj. ſuper verbo,
date.ſequitur Domi.in c.cum aliquibus.in iiij.col. & ibi Philip.
corne.de reſcript.lib.vj. ¶Sed cū mandatur aliquibus habenti-
bus recipere canonicū,vt talē in canonicum recipiāt:hoc ver-
bū recipere,importat ꝙ illum inter ſe in canonicū admittāt: vt
35 eſt text.pulchre diſtinguēdo in d.c.cum aliquibus.†Et de iſto
verbo recipere, & quotuplex ſit, & in quibus differat a colla-
tione:eſt text.& Domi.ibi in c.cum in eccleſiis. de præb.li.vj.&
Imol.in c.maioribus.in ij.col.de præben. Et quid differat a ver-
36 bo eligere,ponit Card.in conſi.ciij.diſcutiam præmiſſa.¶†Ha-
bemus ſimiliter verbū aſſignare: & eſt diuerſum à verbo con-
ferre:aliud enim eſt conferre beneficiū: & aliud aſſignare:quia
vt diuerſa ponuntur in c.ſuſceptum.de reſcrip.li.vj.tamen quā
doq; aſſignare,ponitur pro conferre.vt eſt text.in ca.inter dile-
ctos.in fi.& in c.grauem.de exceſ.præla. ¶Quandoq; aſſignare
idem eſt ꝙ inueſtire:vt no.Inn.in c.propoſuiſti.de conceſ.præ-
ben.in gl.j.Ita Domi.in d.c.ſuſceptum.in ij.no.ſequitur ibi Phi-
lip.corne. ¶Et prædicta nō poſſunt patronis competere: cum
non habeant recipere,aſſignare,conferre,vel inueſtire:vt ſ.la-
te in aliis ſimilibus terminis diximus: qualiter autem differant
aſſignare,& conferre,ponit Cardi.in c.referente.in viij. not. de
37 præben.¶†Extat etiam ordinatio,quæ ſpectat ad ordinarium:
& eſt verbum plenum:nam cum eccleſiæ prouidet,dicitur illā
ordinare: & ideo vere non ſpectat ad patronum,ſed ad epiſco-
pum.Abb.in c.ſuggeſtum.hoc tit.ſtatim ante verſ.in gloſſ.fi. &
alleg.c.nouerint.x.q.j. & iſta ordinatio ſe extendit etiam ad vi-
38 dendum rationem de fructibus.¶Largo modo†vero patro-
nus etiam dicitur eccleſiam ordinare.vt in ca. ex inſinuatione.
in fi.hoc titu.& diximus ſ.in vj.proximo præceden.articul. Sed
do.Roch.in d.princ.operis in præludiis.ante fi.v.q. dicit inſtitu-
tionem,poſſe appellari ordinationem.alleg.d.c. nouerint. & c.
decernimus.xvj.q.vij.ſed re vera ibi ordinatio eſt accepta vna
cum præſentatio. & iſto reſpectu patroni & epiſcopus dicun-
tur eccleſiam ordinare.vt late diximus in d.vj. artic. ¶Sumitur
etiam ordinatio pro collatione, vel beneficij aſſignatione. vt
probatur in c.iij.hoc tit.& firmat do. Propo.in c. epiſcop.xxiiij.
39 diſtinc.¶†Verbum committere vero importat prouiſionem
ad tempus:puta quia committitur per religioſos eccleſia alicui
ad tempus,cum hoc fieri poteſt,& differt à collatione, quæ fit
vita illius durante,cui confertur:& ideo vt diuerſa ponūtur. Ita
colligitur ex tex.& gl.cle.vnice.in verbo,committere. de ſup-
plē.negli.præla.vbi do.Cardi.in iij.not.poſt Pau.ibi notat dictā
40 differētiam qui Pau. dicit† committere propriè eſſe ad tēpus:
conferre vero perpetuò,allegat clemen.quia contingit. de re-
lig.domi.in verbo,vt autē.& ꝙ ibi not.in gl.ſi intelligeretur,&
dicit eſſe ſimile de ſtatu monachorum, c. cum ad monaſteriū.
verſi.tales.& in c.monachi.§.priores.eod.ti.& dicit idem tene-
re Zenzel. & Mar.licet Lau.dicat in caſu d.clemē.prædicta idē
eſſe,vt ibi per eum.quem ibi Cardi.in iij.no.refert & ponunt p̄-
41 dicta ibi Anch.& Imo.¶†Verbum, diſpoſitio, comprehendit
omnem modum reformandi beneficium,ſecundū Lau. per il-
lum text.in clemen.vnica,de ſupplen.negli.præla. alleg. in arg.
c.licet,in prin.de præben.libr.vj.& hoc Lau.dicit verum, etiam
42 ſi omnia nō ſint†ſpecificata:non enī poſſunt omnia particula-
ria ſpecificari c.qui ad agendū.de procu.lib.vj.l.ſed & ſi.§.quæ-
ſitum.ff.ſi quis cautionibus.Sufficit ergo clauſula generalis:ſe-
cus,ſi non apponeretur:quia tūc venirent ſolum ſpecificata c.
cum in illis.§.cum autē.de præb.lib.vj.¶Et licet hæc dicat Lau.
tamen videtur ſibi ipſi contradicere: nam vltra prædicta ſubdit
verbum diſpoſitio, comprehēdere omnem reformationē:ma-
ximè vbi generalis clauſula,ſiue plenario,ſiue vniuerſalis præ-
cedit: arg.c.ſolite.de maio.& obe.& ponit literā,ibi diſpoſitio-
nem,id eſt ordinationē:arg.c.ſuper eo.de offic.deleg. ¶Sed pri-
mum dictū verius.& probatur in text.d.clemen.vnice. quia di-
cit ad eorum diſpoſitionem nō adiecto termino aliquo genera
li:puta omnem vel quāuis: & prædicta vera in diſpoſitione nō
odioſa. Sed in odioſa,vt in impetratione,verbū, diſpoſitio, eſt
ſpecies diſtincta à collatione d.c.cum in illis.de præben.libr.vj.
pro hoc c.deliberatione.de offi.deleg.eo.lib.vbi ponuntur pro
diſtinctis:tamen ſi etiam in diſpoſitione reſtringibili apponere-
tur ſolum verbū diſpoſitio, poſſet inducere omnem modū re-
formationis:& etiam electionem .per id ꝙ tenet gloſ.in verbo
quāuis.in fi.in clemē j.de præben.licet hoc non affirmet.¶Sed
Cardi.ibi prædicta referēs in ij.no.dicit ita tenere Rotā Roma-
nā: ſed re vera quo ad diſpoſitionē & determinationem d.cle-
men.vnice.ex quo per electionē non perficitur actus text.in p̄-
dicta clement.vnica. non facit cōprehendere ſub verbo,diſpo-
ſitionem.electionē,nec p̄ſentationem:vt Cardi. ibi in.j. opp. &
in vj.q.ex ratione in ea contenta,ſed in aliis bene ſub iſto verbo
diſpoſitione includitur electio & p̄ſentatio, quando fit diſpo-
ſitio per habentem poteſtatē diſponendi ſuper iure patro. pu-
ta patroni eccleſiaſtici per legatū vel Papam:patroni laici vero
per Papam ſolū.c.cum dilectus.hoc tit.c.dilectus. de offi.leg.&
43 Abb.in c.iij.hoc ti.¶†Ad quem autē fiet deuolutio prouiſio-
nis eccleſiæ patronate, ad epiſcopū, vel ad habentē inſtituere?
habetur per Cardi.ibi in j.opp.in vj.q. & late dicetur ĵ.in ij.par-
44 te huius lib.in v.q.prin.in ix.arti. ¶†Verbum vero,inſtallatio,
importat veram & actualem poſſeſſionem. vt ponunt Abba.
& doc.in c.tranſmiſſa.de elect.& in ca.cum.in vij.colū. de con-
ſtitu.& per do.Feli.in c.cum Bertoldus.in ij.colum. de re iudic.
45 ¶†Quid autem importat verbum, promotio, & in quo diffe-
rat à verbo,eligere.Colligitur ex verbis Abba. & aliorum in c.
omnipotentis.de accuſa.& quod verbum promotio ſe exten-
dat non ſolum ad dignitates, ſed etiam ad ordines, habetur de
46 tempori.ordi.per totū.¶†Vltimo pro nunc habemus optio-
nem,quæ fit per canonicum antiquum de canonicatu nouiter
vacante alteri collato: vt dimiſſo ſuo accedat ad iſtum canoni-
catum nouiter vacantem:ſeu illius præbendam:quæ optio lo-
cum habet,cum conſuetudo loci hoc habeat: vt eſt text. & ibi
docto.in c.fi.de conſue.lib.vj. ¶Optat etiam epiſcopus cū pa-
tronus variando duos præſentat: de qua dicemus ĵ. in ij.part.ij.
lib.in vij q.prin.in xxv.artic.¶Optat etiam epiſcopus vnum ex
præſentatis ſtantibus ſuffragiis vel iuribus præſentantiū æqua-
libus:vt dicemus infra,in iij.parte iij.lib.in v.& vj.quæſtionibus
47 prin.¶†Quod autem ius transferatur ex collatione,electione,
præſentatione,poſtulatione,electione,inſtitutione, confirma-
tione,& ſimilibus,habetur per Feli.in cap.cum Bertoldus. in j.
& ij.colum.de re iudica.& de elect.& confir.etiam traditur per
doct.vbi Franc.aret.in cap.ſuper his.in ij.not.de accuſa.licet ex
ſuprascriptis late pateat. ¶Ex quibus etiam patet qualiter dif-
ferant collatio,præſentatio,& inſtitutio:de quibus etiā habetur
per text.& doc.in d.c.cū illis.§.cū autem.de præben.li.vj.¶De-
claratis etiam omnibus ibi terminis.dic etiā quod licet præſen-
48 tatio tñ † ſpectet patrono:tñ largo modo plura de prædictis

ꝯfundũtur:nam vt ſ̃.diximus p̄ntatio põt appellari donatio vel collatio c.fin.de conceſ.p̄ben.vbi Inno.& Abb.& Barba. conſi. xxxiij.ſcripſit pſalmiſta.in pe.col.in ij.vol.vbi pulchre loquitur, qñ iura loquentia de elec.habeant locum in p̄ntatione:& vt ſ̃. diximus ꝙ p̄ntatio põt dici ordinatio d.c.ex inſinuatione.& di ximus ſ̃.in precedẽ.vj.arti.Et ideo Roch.in prin.trac. in preludijs.in iiij.q.infert ꝙ ſi patronus in libello,dicat,ſibi competere ius eligendi,conferendi,donãdi,vel ordinãdi eccleſiam,nõ per hoc vitiaretur libellus.alleg. Abb.in c.ij.hoc tit.& in c.poſt electionem.in verſi.gl.ſuper verbo electione.de cõceſ.præben.Et ſi patronus dicat,peto eccleſiam meã,ſuſtinetur libellus:& exponitur ideſt ius patr.ꝙ in ea habet.Ita Abb.in c. pro illorũ.in j. not.de præbẽ.& vltra ad auctoritates ſ̃.allegatas,adducit etiam de hmõi ſaluatione libelli Bar.in l.ſi olei.C.locati. & in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero. vbi Alexã.& oẽs maximè Moder. ff.de iureiuran. Subdit etiã plerũq; iura loquentia de electione ꝓcedere in præſentatione. vt pulchre habetur per Lap. in allegatio.viij.incip.p̄ſentatus.& Fede.de ſenis.ccxxxiiij.incip. ſuper puncto.adde ꝙ voluit Domi.vt ſ̃.retuli in c.iij. de præbend.in j. 4 9col.circa med.ij.q.lib.vj.verbũ†collatio,large ſumi,& includere præſentationem & electionem:intellige tamẽ accedendo ad ſuperiorẽ: vt ſ̃.dixi in vij.p̄ceden.artic. Et ideo dixit Rota.cccclxxxvj.in nouis hoc tit.Iſta verba prouiſio, p̄ſentatio, & electio obliquari vt gratie ſortiãtur effectũ. ¶Et de verbis impropriãdis ꝓ ſaluatione libelli,vide Feli.in c.auditis.in ij. col. de præſcr. & in c.examinata.in v.col.de iudi.Et per iſta habes iſtos terminos declaratos:& hanc materiam explanatã melius quam alibi.

**Concluſio.** Amplia.extẽſio.limitatio.reſtrictio. & declaratio. quæ ex omnibus ſupraſcriptis in p̄ſenti j.q.princ.& eius duodecim articu.poteris in eis per te videre:quia illa colligere:eſſet iterum ſupraſcripta trãſcribere: & ideo omitto.

## ¶ Secunda quæſtio principalis.j.partis,ij.Libri.

1 *Ius præſentandi eſt probibitorium.*
2 *Præſentare quilibet poteſt,niſi prohibitus.*
3 *Iuris patronat.edictum eſt prohibitorium.& n.4.*

1 Quæro Secũdo principaliter quis p̄ſentare poſ-
2 ſit in eccleſiis patronatis.† Et dic breuiter ius p̄ſentandi eſſe ius prohibitoriũ: † vt omnes cenſeantur permiſſi &admittantur ad p̄ſentandum qui non reperiuntur prohibiti: cum ſimus in materia permiſſiua:prout eſt iſta l.nec nõ.§.ꝙ eis,ff.ex quib.cau.maio.cap.inter corporalia.circa mediũ.vbi gl.no.de tranſla.epi. & habetur per gl.in c.ex literis.hoc titu.& faciũt quæ diximus ſ̃.in j parte j.lib. in vij.q.princ,in j.artic,vbi diximus ius patr. eſſe edictũ prohibi-
3 torium † vt omnes p̄mittantur eſſe patroni qui non ſunt ꝓhibiti:& eodẽ modo dicimus quẽlibet poſſe p̄ſentari,qui non eſt ꝓhibitus:vt argumentatus eſt do.Roch.in hoc tracta.in verbo honorificũ.in.iij.q.in.ii.col.in verſi.ꝓ eadem cõcluſione. & dicetur j̃.in hac parte in vij.q.prin.in j.articu. ¶ Vnde cõcludo ꝙ
4 oẽs patroni † eccleſiarũ vel exiſtẽtes in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, qui nõ ſunt prohibiti, poſſunt p̄ſentare c. pie mẽtis.& ꝙ ibi no.xvj.q.vij.& in.c.j.c.iij.& c.nobis.hoc tit.& per totũ.& de quaſi poſſeſſore in c.cõſultationibus.& in ca.ex literis. eod.tit.¶Sed dubitatur de aliquibus in ſpecie,qui ſunt patroni vel exiſtentes in quaſi poſſeſſione p̄ſentandi,an poſſint p̄ſentare:& ad p̄ſentandũ admittanť,de quibus in infraſcript.articulis.

## ¶Secundus articulus.ij,q.prin,j.partis,ij.Libri.

1 *Patronus excommunicatus an poſſit præſentare, & eius præſentatio teneat ante abſolutionem.& nu.2.7.11.12.14.*
3 *Iuris patronatus exercitia,& munera.*
4 *Excommunicatus executor prouidere poteſt beneficium acceptandi.*
5 *Excommunicatus poteſt beneficium acceptare.*
6 *Acceptare,quid.*
8 *Executor ſimplex eſt miniſter.*
9 *Excõmunicatus canonicus retinet canonicatũ:inhabilis tamen ad eligendũ.*
10 *Præſentatio eſt actus legitimus à lege dependens.*
11 *Excommunicatus an poſſit cum alijs eligere.*
13 *Excommunicatus an poſſit eligere.*
15 *Excõmunicatus poteſt ius patronatus in alium transferre titulo permiſſo.*
16 *Excommunicatus an poſſit cum alijs eligere.*
17 *Excommunicato non ſunt interdicti actus facti.*
18 *Præſentandi actus licet ſit facti:ipſa tamen præſentatio eſt iuris.*

1 Et ſic Quæritur, an†patronus excõicatus poſſit p̄ſentare: & eius præſentatio teneat ante abſolutionem. ¶Et videretur dicendũ,Primo ꝙſic:quia ex quo excõicatus acquirit ius pat.ex fundatiõe,cõſtructione,ſeu dotatione eccleſię,& efficitur illius patro.vt late diximus ſ̃.in j.par.j.lib.in.vij.q.prin.in x.arti.& patroni p̄ſentant, vt ꝓximè diximus:ergo excõicatus: quia patronus ſeu exiſtẽs in quaſi poſſeſſione p̄ſentãdi, poterit p̄ſentare,& admitti debet:ſicut & in iure patron.admittitur, vt
2 ſ̃.eſt dictũ.¶† Tamẽ doc.in c.nobis.hoc ti.tenent cõiter:ꝙ licet excõicatus acquirat ius pa. tamẽ exercitiũ eius ꝯſequi non
3 poterit,& ſic p̄ſentare,ꝓceſſionaliter†honorari, & in egeſtate alimẽtari:quia iſta ſunt eius exercitiũ,& fructus.vt vult gl.in d. c.pie mẽtis xvj.q.vij.& ſic p̄dicta nõ cõſequitur patronus excõi catus,donec erit in excõicatione,& nõ fuerit conſequutus abſolutionẽ.Ita vult Ioã.and.Butri.& Cardi.in d.c.nobis.in ij.col. in v.q.& Abb.in fin.j.no.in j.col.& cõiter oẽs.hoc tit.ꝓ quo dicto:dicũt facere,ꝙ no.in ſimili in c.veritatis. de dolo & contuma.& in c.decernimus.de ſenten.excõi.lib.vj.in nouella per Io. and.& ita tranſeunt:tamẽ aduerte,ꝙ Rota.cxxviij.executor ex-
4 cõicatus in titu.de ſenten.excõmu.in antiquis,† vult executorem excõmunicatum poſſe prouidere acceptanti beneficium, maximè ſi ille ignorat exequutorem excõicatum:quia non inſpicitur perſona,quæ prouidet,ſed cui acquiritur prouiſio: argu.l.ſi legatũ.ff.quib.mod.vſufruc.amit.l.cogi.§.hi, qui ſolum. ff.ad treb.l.fin.ff.de leg.ij.l.j.§.ſed ſi legatum.ff.ſi quis aliquẽ te-
5 ſta.ꝓhi.¶†Rota etiã cxxvj.excõmunicatus poteſt beneficium acceptare.in titu.de ſenten.excõmu.in antiquis,tenet excõicatum poſſe beneficiũ acceptare: licet ſibi non poſſit prouideri.
6 & mouetur: †quia acceptare, eſt actus p̄paratorius iuris, & eſt declaratio voluntatis:& non eſt actus ſpiritualis,nec iudicialis: ſed extraiudicialis: vnde argumentatur ibi excõicatum etiam poſſe optare,Cum is qui præſentat, eſt perſona, quæ prouidet. Item p̄ſentatio eſt actus præparatorius:& eſt actus extraiudicialis:vt plene per Gay.in repe.c.ſi.ante fin.vlt.col.de elect.libr.vj. & eſt etiam declaratio volũtatis p̄ſentantis: quia vult illum inſtitui,& nõ alium:& inſuper nõ eſt actus ſpiritualis.ca. quanto. de iud.nec iudicialis.vt ſ̃. ergo fieri poterit p excõmunicatum, per dicta Rote vbi proxime.¶ Tamen Rota in ſpecie quæren-
7 do de quæſtione†noſtra,vtrũ patronus excõmunicatus poſſit p̄ſentare,determinat ꝙ non clxj.patronus excõmunicatus.hoc tit.in antiquis: & dicit hoc maximè ſi ſit clericus,quaſi idem, ſi ſit laicus:& ſubdit iſtam eſſe veritatem.¶Licet videretur contra:quia per p̄ſentationem p̄ſentanti nihil acquiritur: imo magis ab eo aliquid decreſcit,quare videretur dicendũ eum poſſe p̄ſentare:arg.notatorum per Archi. in c.pia.de excep.lib.vj. ſuꝑ verbo,excludunť.ad ꝙ l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb. & hoc idẽ tenet Rota ccccxxvij. patronus excõmunicatus. in antiquis.quæ deciſio fuit antea Rote.ij. hoc titu.in antiquioribus:quæ ſimiliter ita incipit,vbi diſputat quid ſi facta p̄ſentatione à patrono excõmunicato,& eſt ſequuta inſtitutio,teneat.de qua erimus tractaturi.j̃.Deo duce in iij.parte huius ij.libr. in iij. q.prin.in iiij.art.& quæ ibi dicentur, facient ad propoſitũ p̄ſentis artic.¶Nec obſtant. ſ̃.adducta de exequutore:quia ibi illud fit ꝓpter intereſſe illius,qui impetrauerat, ne deluderetur: nec poteſt ita dici in præſentando: quia ille nullũ ius habebat ſicut
8 impetrans vt de per ſe patet. ¶†Itẽ exequutor eſt ſimplex miniſter:p̄ſentans vero omnino eligit ſeu p̄ſentat,quem vult:nec eſt actus præparans ſicut in acceptatione:nam præparat neceſſitatiue:quia ille omnino eſt inſtituendus c.decernimus.xvj. q. vij.& hoc tit.per totum,nec eſt mera declaratio voluntatis: cũ ſit actus diſponens.quia præſentat omnino inſtituendum:& licet non ſit ſpiritualis:eſt tamen annexus ſpiritualitati d.c. quãto.arg.c.tranſlato.de conſti.& ideo iudicandũ de eo,vt de ſpirituali: & ita dicit Rota prædicta ccccxxvij. ¶Nec obſtat,quod ſit actus extraiudicialis: quia de hoc in proceſſu ij. partis huius lib.erimus tractaturi. ¶Nec etiam obſtat dictũ c.pia. quia omnino eſt vtile,& commodum ipſi præſentanti, præſentare quẽ vult.ꝙ eſt contra d.c.pia.& d.c.intelleximus. de iudi. Et per iſta tenerem cũ Rota vbi ſ̃. de qua miror:ꝙ non allegauerit in terminis Ioan.an. Card.& Abb.vbi ſ̃. Et hoc idem videtur voluiſſe Do.c.vnico.in §.vero.in iij.col.hoc titul.lib.vi.poſt Spec.per eum allegatum:dum dicit ementem villam ab excommunicato,poſſe præſentare,quaſi velit dicere:licet venditor præſentare non potuiſſet:vt diximus de iſto articu.ſ̃.in ij.parte j.libr.in ij. q.prin.in xxviij.artic.videtur etiam iſtam partem tenuiſſe Paui. in trac.de ſede vacan.in ij.parte in v.q.in ij.col.& alleg.Rota de
9 qua.ſ̃.¶†Quibus adde,ꝙ ſicut canonicus excommunicatus tenet canonicatum, & tamen eſt inhabilis ad eligendum: vt eſt tex.in c.cum inter.R. vbi loquitur de ſuſpenſo & de excõmunicato.in c.illa quotidiana.de elec.& in c.cum dilectus. de conſuetu.& per Abba.in d.ca.illa.in ca.fin.de procura.& plene per Firma.in tract.de epiſco.in j.lib.in iij.parte in xxxj.quæſt.Ita nec

patronus excommunicatus quamuis ſit patronus:tñ nõ p̄t prę
10 ſentare, nec ad p̄ſentationem admitti debet.¶† Facit etiã, qa
præſentatio eſt actus legitimus à lege dependens.c. 3.hoc ti.&
ꝑ totum: & iſti actus ſunt ꝓhibiti excommunicatis.c.intellexi-
mus.cũ ſua materia.de iud.ergo bene exercitium p̄ſentationis:
ꝓceſſionis,& vtilitatis:cum ſint extra eccleſiam illis communi
cari non poſſunt.d.ca.intelleximus.& de ſent.excom.ꝑ totum:
poſſent multa adduci,quæ excommunicatis ꝓhibita ſunt exer-
ceri:de q̄bus me remitto ad remiſſiones datas in d. 7.q.princ.j.
11 partis.j.lib.in x.art. ¶† Ad vnum tamen aduerte:ꝙ nos loqui-
mur de excommunicatione maiori, à iure vel ab hoĩe illata,nõ
autem de excommunicatione minori,quæ ɔ̃hitur ꝑ participi-
um:ſicut ẽt dicimus de canonico excommunicato excommu-
nicatione maiori,ꝙ non p̄t eligere:ſed excõicatus excõicatio-
ne minori, bene p̄t eligere. Ita & in caſu noſtro licet patronus
12 excõmunicatus excõicatio.†maiori nõ poſſit p̄ſentare:tamen
excommunicatus excõicatione minori bene poterit p̄ſentare:
non obſtãte ꝙ ſit cũ peccato mortali per arg.à maiori:cum ma
ius ſit electio,q̃ p̄ſentatio.vt diximus in ꝓximè præced.j.princ.
q.in 4.& v.art.Et ſic ẽt in præſentatione ꝓcedunt, quæ dicunť
in d.c.illa.de ele.& maximè ꝑ Abb.& in c.ſi celebrat.de cle.exc.
miniſt.iũcto.c.nobis.de exce.& iſtã puto veritatem: & hoc idẽ
plenè ꝑ Firma.in trac.de ep̃o.in j.li.in 3.par.in 31.q.¶Vbi plus
13 dicit †requiri ẽt excommunicatum eſſe publicatum, ad hoc
vt non poſſit eligere:& ſic in caſu noſtro præſentare.alleg.Bal.
in mar.in ver.excommunicatus.in ver.j.& idem dicit de ſuſpẽ-
ſo.de quo dicemus in ꝓximo art.¶Ego dico dictum Firma.ꝓ-
cedere, vt requiratur publicatio ad effectum annullationis ac-
tus ſed ſi ɔ̃ p̄ſentantem excommunicatum ꝑ aliquem oppone
retur, & ꝓbaretur illũ eſſe excommunicatum, repelleretur ab
ipſa pręſentatione:ꝑ tex.claros in d.c.pia.& in d.c.intelleximus.
14 ¶† Dicerem etiam vnum:ꝙ ſi patronus eſt excommunicat⁹,
ex quo habet quadrimeſtre vel ſemeſtre ad p̄ſentandum, ſi nõ
præſentat,debet expectari,qa forſan faciat ſe abſoluere:& poſt
modum valide p̄ſentaret:quia beneficium legis nemini &c.iu-
ribus vulgari.& hoc voluit rota prædicta. 527.patronus excõ-
municatus.in fi.in antiquis hoc tit. alleg.c.quia diuierſitatem.
de conceſ.præb.¶Dicit etiam ipſe Firma.in d.3.part.in 38.q.ꝙ
exiſtens in peccato mortali,p̄t eligere.alleg.c.ꝑpetuæ.& ibi gl.
de elec.li.6.& adducit illud euangelij:qui ſine peccato eſt &c.
Io.8.c.ergo fortius & præſentare.¶Qui Firma.ibidẽ in 2. part.
2.prin.3.lib.dicit excommunicatum:& irregularem confirma
15 ri non poſſe,ita nec inſtitui : in 20.q.¶† Aduertendum eſt ad
aliud quod.s̃.tetigi:nam licet excommunicatus non poſſet pręſentare:poterit tamen in alium ius pa.transferre,titulo p̃miſſo.
vt vult gl.in c.vnico.in ver.ſemeſtre.hoc tit.li.6.& ibi omnes.
& Io.An.& Car.in c.fi.de conceſ.præb.& dicemus.j̃.in hac par
te in 4.q.prin.in 2.art.dum tractabimus, an patronus poſſit an-
tequam vacet eccleſia, alteri committere actum p̄ſentationis
faciende?Et faciunt quæ diximus.s̃.in 2.par.j.lib.in 2.q.princ.in
16 28.art. ¶† Et an excommunicatus cum aliis eligere poſſit,&
ſic p̄ſentare?ponit Firma.in d.3.part.j.lib.in 31.q.& do. Abba.in
d.c.illa.de elect.& tandem Firma.nihil concludit: nihilominus
in electione magis communis opinio eſt:ꝙ nõ poſſit:quia par-
ticipat cum aliis.& idem diceret ſi præſentatio ſpectaret ad col
legium: ſed ſi præſentatio ſpectaret ad particulares: quia quili-
bet p̄t præſentare de per ſe, præſentatio excommunicati non
vitiaret alias præſentationes: & hæc diſtinctio p̄t colligi ex dic-
tis per Abb.& doct.in c.3.hoc ti.& ex multis dicendis in 2.par.
huius lib.vbi tractabimus de præſentationibus,quæ fiunt ꝑ col
legium : vel per ſingulares.¶Reperi poſtmodum do.Roch.in
hoc tract.in ver.competens alicui.in 8.q.vbi tractat, an excom
municatus poſſit acquirere ius pa.& concludit cum doct.s̃.al-
legatis:ꝙ poſſit acquirere ius pa.ſed non eius exercitium:& ſic
17 ꝙ non poſſit p̄ſentare. ¶† Pro opinio.tamen,ꝙ poſſit p̄ſenta-
re adducit: quia actus facti non ſunt excommunicato interdic
ti.vt ꝑ multa cõcludit Ab.in c.veritatis.in pe. col.de dol.& cõt.
ſed pręſentare,videtur quid facti:vt de ſe patet.igitur,&c.¶Ta
men dicit contrariam opinionem magis placere,pro qua addu
cit Lap.alle.8.in c.præſentans.circa medium.vbi dicit,ꝙ ſi præ-
18 ſentans†vel pręſentatus eſt excommunicatus,pręſentatio eſt
inualida:& reſpondet ad motiuum proximè factum:ꝙ licet ac
tus præſentandi ſi facti:tamen ipſa præſentatio eſt iuris:quia dr̃
ius annnexum ſpiritualitati ideſt inſtitutioni.vt declarat Abba.
in c.quanto.in 2.col.de iud.& diximus.s̃.in præced.q.prin.in 2.
art.& ita eſt tenendum.¶Reliqua circa hanc materiam.vide s̃.
in j part.j.lib.in 7.q.prin.in x.art.dum ibi tractauimus, an excõ-
municatus poſſit acquirere ius patron. Et j̃.in hac parte in 9.q.
princi.in 1.articul.dum tractabimus: an excommunicatus poſ-
ſit præſentari.

¶Tertius articulus.ij.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Patronus ſuſpenſus an admittatur ad præſentandum. Et quid de ſuſpenſo.& nu.2.4.5.8.9.*
6 *Suſpenſus à beneficio, ſuſpenſus eſt etiam ab eius fructibus.*
7 *Canonicus ſuſpenſus à beneficiis, quare eligat, patronus vero ſuſpenſus non præſentet.*

1 Et ex Hoc,tertio loco dubitari p̄t, † an patronus ſuſpen-
ſus admittatur ad p̄ſentandum? Et vr̃ dicendum ꝙ
ſicut non admittitur patronus excommunicatus:vt in p̄ceden-
ti art.dictum eſt:Ita nec ſuſpenſus:cum iſta duo æquiparentur:
vt c.j.de ſent.exc.li.6.& ſicut excommunicatus non p̄t eligere:
vt in d.c.illa.de elec.ita nec ſuſpenſus.vt in d.c.cum inter. R.de
2 elect.in fi.vnde† eodem modo, ſicut excommunicatus nõ p̄t
p̄ſentare:Ita nec ſuſpenſus:ꝑ ea quæ.s̃.diximus in p̄cedenti art.
iunctis dictis iuribus.ſc.d.c.cum inter.R.cum.d.c.illa. ¶Tamen
in iſto art.eſt aduertendum,ꝙ ſuſpenſio eſt quædam eccleſiaſti
ca cenſura,qua interdicitur aliquod officiũ vel exercitium cõ-
petens certæ ꝑſonæ eccleſiaſticæ,aliquando à ꝑſona,aliqñ à iu
re prolata:vt elicitur ex gl.in c.ad reprimendam.de of.ord.& in
c.cupientes.de pœ.vnde cum ius pa.ɔpetat laicis:vt de iure pa.
per totum.neſcio quomodo poſſit eſſe ſuſpenſus,cum hoc ex
ercitium competat laico,& nõ ꝑſonæ eccleſiaſticæ: & ideo vr̃
ſuperfluũ.de iſto art.querere:niſi dicatur poſſe eſſe patronos ẽt
perſonas eccleſiaſticas: vt in c.ex literis.vbi quædam abbatiſſa,
& alie perſonæ eccleſiaſticæ erant patrone.& in multis aliis iu
ribus huius ti. & iſto caſu cum alicui ꝑſonæ eccleſiaſticæ com-
petit ius pat.ratione alicuius eccleſiæ: cum ſua p̄ſentatio largo
modo dicatur electio,& habet vim electionis: vt dixit Inno.&
poſt eum Abb.in c.cum autoritate.in 3. no.hoc ti.cũ aliis alle-
gatis.s̃.in ꝓxima præcedenti.q.prin.in 4.art.in ver.dominus ab
3 bas vero.ſicut † igitur ſuſpenſus ꝓhibetur eligere.vt in d.cum
inter.R.de ele.eodem modo & p̄ſentare ratione eccleſiæ:cum
illa præſentatio habeat vim electionis.vt s̃.¶Et plus dico,ꝙ ſi-
ue illa ꝑſona eccleſiaſtica,quæ habet p̄ſentare ratione eccleſię,
ſit ſuſpenſa ab officio,ſiue à beneficio,non poterit p̄ſentare:qa
ſi ab officio tm̃ eſt ſuſpenſus ꝓhibetur eligere: & ꝑ conſequẽs,
vt s̃.p̄ſentare.vt in d.c.cum inter.R.de elec.vbi Abb.colligit ex
illo text.no.ꝙ electio, ſeu poteſtas eligendi inhæret officio,vt
ibi per eum in vlt.no.Et latè per eundem in c.cum dilectus. in
4.col.ſuper gl.in ver.à ſuſpenſis.de conſue.vbi dr̃ ſuſpẽſum ab
officio,eſſe ſuſpenſum à poteſtate eligendi, conferendi,confir
mandi,inſtituendi,& ſimilium iuriſdictionalium, ergo eo mo-
4 do & præſentandi. ¶† Si vero eſt ſuſpenſus tantum à benefi-
ciis,ex quo debet poſſe canonicus ſuſpenſus à beneficiis, elige
re.c.cum Vintonienſis.iuncto.c.cum in cunctis.de elect.& vo-
5 luit Ab.in d.c.cum dilectus. de conſue.in v.col. ¶† Ego tamẽ
tenerem,ꝙ non poſſit præſentare: quia quando illa ꝑſona ec-
cleſiaſtica ratione alicuius ſui beneficij habet p̄ſentare:& illud
beneficium habet ius pat.quia negari non p̄t,quin p̄ſentare, ſit
fructus illius iuris pa.& ſic illius beneficij habentis ius pa.ca. cũ
Bertoldus.& ibi gl.& Mod.de re iud.c.conſultationibus.& c.ex
6 literis.vbi gl.hoc ti.& ſuſpenſus à beneficio, eſt †etiam ſuſpẽ-
ſus ab eius fructibus.vt voluit gl.s̃.allegata in d.c.ad reprimen-
dam.de of.ord.& in d.clem.cupiẽtes.de pœnis.& in d.cum di-
lectus.& ibi omnes de conſuetu.ergo dr̃ etiam ſuſpenſus ab ex
ercitio p̄ſentationis,ꝑ prædicta.¶Et p̄t aſſignari rõ diuerſitatis
7 †quare canonicus ſuſpẽſus à beneficiis, eligat: & patronus ſu
ſpenſus nõ præſentet:quia ſi canonicus eſt ſuſpenſus,à benefi
ciis,vr̃ ſuſpenſus ab aliis q̃ exercitio electionis: licet electio di-
cať fructus canonicatus:qa magis inhæret officio,q̃ beneficio:
vt s̃.eſt dictum ſed p̄ſentatio q̃uis inhęreat officio ex quo vr̃ iu
iuriſdõnalis vt.s̃.eſt dictum:tamen etiam ſpecifice inhæret be-
neficio habenti illud ius pa.cum ſit p̄ſentatio: tñ cogita circa i-
ſta:quia difficilia.¶Si vero eſt ſuſpenſus ab vtroque.ſ.officio&
beneficio, non eſt aliquod dubium, ꝙ præſentare non poſſit:
vt in d.c.cũ dilectus ꝑ Abb. & doc.ad quos etiam eſt recurren-
dum circa prædicta:quia latè hæc ibi materia tractatur: & licet
nihil dicant de p̃ntatiõe:tñ ex eorũ dictis p̃nt colligi s̃. ſcriptæ.
8 & alie deciſiões.¶† Sed aduerte ad vnum p̄dicta ꝓcedere, qñ
aliqua perſona eccleſiaſtica habet ius pa. & p̄ſentandi ex rõe ec
cleſiæ,ſeu alicuius eccleſiaſtici benefici : ſed ſi habet ratiõe ſui
patrimonij,quo caſu cenſetur laicus:vt dicunt doc.in c.illud.&
in c.ex inſinuatione. hoc ti. non poſſum videre qualiter poſſit
cõp̄hendi ſub ſuſpẽſione officij nec beneficij,cũ ab officio non
dependeat: quia etiam ſi eſſet laicus illud habere poſſet:à bene
ficio ſimiliter minime,cum non ex eo,ſed ex patrimonio ꝓce-
dat. Quid ergo dicendum?certè dicerem eum p̃ntare poſſe,qa
ꝑ ſuſpenſionem quis non prohibetur communicare cum aliis
vt in gl.s̃.allegatis:niſi ſpecialiter ex aliqua cã ab illo exercitio
præſen

præſentandi ſuſpēderetur: quo caſu potius diceretur quedam
prohibitio q̃ vera ſuſpenſio, quod ēt fieri poſſet ꝯ laicum: & nō
eſſet in paris termini ſuſpenſionis, ſm eius declarationem quã
9 s̃. retulimus. ¶† Aduerte ēt ad aliud p̄dicta ꝓcedere caſu, quo
procedunt in ſuſpenſione maiori, ꝓlata à iure, vel ab homine.
& ita loquitur tex. in d.c. cum inter. R. & in d.c. cum dilectus. de
conſue, ſed in ſuſpenſione minori, quæ ꝓuenit, vel ex aliquo
peccato mortali. vt ī c. q̃ſitum. de cohab. cl. & mul. vel ex parti-
cipatione cū excōicatis non hn̄t locum p̄dicta: quia bene talis
ſuſpenſione ſuſpenſus ſicut p̄t eligere: vt p Abb. in d.c. cum in-
ter. R. in vlt. no. & in d.c. illa. de elec. & in d.c. cū dilectus. de cō-
ſue. ſup gl. in ver. à ſuſpenſis. p tex. in d.c. ſi celebrat. de cler. exc.
miniſt. ita & multo magis præſentare. Et faciunt quæ latè dixit
Firm. in tract. de epō. in j. lib. in 3. par. in 31. q. Et in ſpecie de ſuſ-
penſis ibidem. 42. q. Et plenius ibid. in 59. q. Et faciunt quæ dixi
mus in proxime præcedenti articulo.

### ¶ Quartus articulus, ij. q. prin. j. partis. ij. Libri.

1 *Præſentare an poſſint hæretici, credentes, defenſores, fautores, receptatores hæreticorum, apoſtatæ infames ſimoniaci & ſimiles.*
2 *Præſentare an poſſint qui ex malè partis ius præſentandi ſibi acquiſiuerunt.*

QUÆRO Quarto in genere, an irretiti aliis criminibꝰ vel
1 vitiis, † puta hęretici, credētes, defenſores, fau-
tores, & receptatores hæreticorum, ſchiſmatici, apoſtate, infa-
mes infamia iuris, vel facti, ſymoniaci, & hmōi poſſint pręſenta
re: quia ſatis abunde. s̃. in j. part. j. li. in 7. q. prin. in q̃ plurib. art. ibi
appoſitis tractauimus: an p̄dicti ſint capaces acquiſitionis iuris
pat. & concluſimus in aliquibus ꝙ non. in aliquibus vero ꝙſic:
ſed tamen durante crimine vel cenſura illos carere exercitio
iuris patr. & ſic non poſſe præſentare: ſupfluum eſſet illa hic trã
ſcribere: ad ibi dicta ergo me remito. ¶ Et idem dicendum de il
2 lis, qui acquiſiuerunt ius pat. ex malè † acquiſitis, an poſſint p̄-
ſentare: an ipſi, vel qui præſentabunt. diximus latè. s̃. in d. j. part.
j. lib. in 8. q. prin. in x. art. cum ſeq. nolo ibi dicta hic tranſcribere
videatis ibi: vbi etiam in d. 8. q. prin. in vj. 7. 8. & 9. art. habetis: de
aliis acquirentibus ius pat. aliorum nomine, qui habeant præ-
ſentare, videte ibi latè: licet aliqua in ſpecie de iſtis vltimis in
ſequen. articu. dicemus.

### ¶ Quintus articulus. ij. q. prin. j. partis. ij. Libri.

1 *Præſentare an poſſint filij in eccleſia patronata vacante patre patrono viuen*
2 *Patris & filij vox eadem reputatur.*
3 *Paternum amorem nullus vincit.*
4 *Paterna poteſtas pietate potius quam acerbitate conſtat.*
5 *Filius non poteſt amicum præſtantiorem habere ſuo patre.*
6 *Filius non poteſt carnem ſuam odio habere.*
7 *Filius tenetur patrem alere, & econtra.*
8 *Filius quicquid quærit, patri quærit. hodie tamen quo ad vſumfructum. & numer. 17.*
9 *Filius quodammodo dicitur habere dominium in bonis paternis.*
10 *Iniuria filio facta, patri videtur facta.*
11 *Procurator non admittitur in cauſa capitali. fallit in patre pro filio.*
12 *Iudex non admittens patrem pro filio in crimine capitali, facit litem ſuam & tenetur in ſyndicatu.*
13 *Filius patre viuente nullum ius habet in iure patronatus patris & ideo præſentare, non poteſt patre viuente. Limita, quando præſentat vt patris procurator, vel quando eſt patronus, vt vnus de ciuitate. & n. 14. 15.*
16 *Pater & filius cenſentur vna perſona.*

1 ET IDEO Quintò loco † quęro, an patre patrono viuēte,
filij eius poſſint p̄ſentare ī eccleſia patronata va
cante? Et primo videretur dicēdum ꝙ ſic: quia ex quo pater eſt
patronus, & filius ſit eadem pſona cū patre. 35. q. 3. §. hac auto-
ritate. & l. fi. C. de impub. & aliis ſubſti. ergo filiꝰ videtur eſſe pa-
tronus: ſicut & pater: & ideo eo viuente ēt poterit p̄ſentare: &
p maximè hoc ꝓcedit pp maximam cōionem, quæ eſt inter pa
2 trem & filium: † nā ex patris & filij, eadē reputat̃: vt inſt. de inut.
ſti. §. ei q. hinc ēt eſt, ꝙ magis veretur pater de filio, q̃ de ſe ipſo.
3 l. iſti quidem. in fi. ff. quod me. cau. † nullus n. amor vincit amo
rem p̃rnum. C. de cura fur. l. fi. in prin. hinc ēt dicitur affectionis
ſanguinis rationem habēdam eſſe l. 2. ff. de recep. & l. grauis. ff.
4 ſolu. matr. † paterna. n. poteſtas potius in pietate, q̃ in atrocita-
5 te conſiſtit. l. diuus. ff. de parri. † Et ideo nō p̄t filius habere me-
liorem amicum patre ſuo. vt no. gl. in l. quidam cōſilium. ff. de
hæred. inſt. pater. n. videtur in filium eius naturam conſeruare.
6 l. liberorum. ff. de verbo. ſign. & ibi no. in gl. nec † p̄t ideo car-
nem ſuam odio habere. d. l. 2. ff. de recep. lō ēt dr̃ ꝙ reſpuere au
7 xilium paternum valde eſſet iniquum. l. fin. C. ad macedo. † pp
que omnia voluit lex naturalis filiū debere alere patrem. l. ſi qs.
§. liberis. in prin. & §. ſi impubes. ff. de libe. agno. & l. j. C. de alen.
lib. & ecōuerſo voluit patrem debere alere filiū. l. j. §. ſoleat. C.
de rei vx. act. & in auct. vt li. ma. & aui. §. ſin aūt. & filium debere
ſuccedere patri. vt l. cum ratio. C. de bo. poſ. & ecōuerſo patrē
8 debere ſuccedere filio. vt. l. nam & ſi paren. ff. de inoff. teſt. † &
quicquid filius acqrit, patri acquirit: vt l. placet. ff. de acqui. hær.
quod hodie limitatur, quo ad vſumfructum tantum remanen-
te ꝓprietate apud filium. l. cum oportet. & l. cum non ſolum. in
9 prin. C. de bo. que libe. † & ecōuerſo filius dicitur habere quo
dammō dominium in bonis paternis: vt l. in ſuis. ff. de lib. & po
ſthu. & tenetur filius patrem offenſum adiuuare: & ſi eſſet in pi
culo, ne occidatur pater, & filius negligit ipſum adiuuare: tan-
quam occiſor tenetur pœna parricidij: vt l. vnum. ff. ad leg. Pō-
pe. de parri. & econuerſo ſi filio fiet iniuria, patri pmittitur age-
re. l. ſed ſi vnus. §. filiofamilias. & l. ſeruo. §. filio. & l. pater. ff. de in
iu. & inſt. de iniur. §. patitur. ff. de pact. l. in perſonam. & l. non ſo
10 lum. §. ſi pater. ff. de procura. † quia iniuria quæ fit filio vide-
11 tur fieri ipſi patri. l. j. §. j. ff. de iniur. & d. §. ſi patri. † hinc etiam di-
citur, ꝙ licet in capitali cauſa non admittatur procurator. c. ve-
niens. de accuſa. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. tamen pater
pro filio admittitur. Ita Barto. in d. §. ad crimen. & ibi omnes. &
Bald. in l. reos. C. de accuſa. & omnes in d. ca. veniens. & maxi-
mè Ana. poſt antiquos. & Barthol. cæpol. in con. ſuis crminali-
bus conſ. 45. cum multis ſequentibus multorum aliorum doc
torum. & conſ. 20. & conſ. xlj. & conſ. 75. vbi dicūt viginti doc
tores, ita obſeruatum fuiſſe, & in iſto conſ. 75. dicitur hoc etiã
12 habere locum in patre iudeo. † Et dicunt etiam iudicem, ſi nō
admiſerit, facere litem ſuam, & teneri in ſindicatu. Et idem vo-
luit Aug. de arimino in addi. ad Ang. in tract. malef. in gl. qui iu-
dex videns, ꝙ inquiſiti non parentes in ſua contumacia pſiſtūt.
in 3. col. in fi. addi. in c. quæro an talis bannitus tali banno. Et p̄-
dicti conſulentes dicūt iſtam eſſe communem opinionem om
nium. & idem d̃t Maria. ſoc. in ſua aurea repeti. d. ca. veniens. de
accuſa. in 3. q. prin. 2. par. prin. in lxx. col. ¶ Cum igitur ſint tan-
te communiōes inter patrem & filium, merito dici p̄t etiam vi-
uente patre, poſſe filium, ſicut & pater præſentare: prout vnus
pro alio facit. vt s̃. vidimus. Ita & in iſto caſu dici debet filium ꝓ
13 patre poſſe p̄ſentare. ¶† Tamē iſtis non obſtantibus. Mat. in
cle. 2. hoc ti. quem ibi refert & ſequitur d. Card. in 6. col. in 8. q.
dicit filium patre viuente nullum ius habere in patronatu pa-
tris: cum etiam patre defuncto non tranſeat in filium, niſi cum
hæreditate, vt ibi p omnes: & ideo patre viuente filij non poſ-
ſunt p̄ſentare: ſed tantum eo defuncto & ipſis hæredibus, vt ibi.
Sequitur ibidem Anc. & hoc idem tenuit Fede. de ſen. conſ. cxj.
qō talis eſt. in 6. col. in ver. p̄terea ſi filius eſſet. & pulchre Gaſp.
cald. conſ. 19. conceſſum eſt. in finalibus verbis, hoc tit. fol. 62.
& ita vident̃ omnes cōcludere. Sequitur do. Roch. in hoc trac.
in verbo, competens alicui. in 7. q. in fi. vbi dicit hoc eſſe dubi-
14 tatum. ¶† Tu aduerte, ꝙ aut pater eſt patronus tanquam pſo
na priuata, & ſingularis: aut tãquam vnꝰ de vniuerſitate: aut de
parrochia, ꝙ eſſe p̄t. vt latè diximus. s̃. in j. par. j. lib. in 7. q. prin. in
vlt. art. & in 8. q. prin. in v. art. ¶ Primo caſu, qn̄ pater eſt patro-
nus tanquam pſona priuata & ſingularis, & tunc aut filius vult
præſentare nomine patris, & nulli dubium eſt eum poſſe: ſicut
& quemlibet procuratorem & perſonam coniunctam: vt dice
mus. j̃. in hac parte in 4. q. princ. in 17. artic. ¶ Aut vult præſen-
tare proprio nomine, & non eſt dubium eum non poſſe: quia
patre viuente non eſt patronus, & ita procedunt dicta docto-
15 rum. ſ. Mat. Card. Fed. & aliorum. ¶† Secūdo vero caſu princi-
pali, qn̄ eſt patronus, vt vnus de vniuerſitate: vel de parrochia:
& tunc ſi fiet p̄ſentatio p omnes: & non p aliquos electos, ex
quo per capita parrochianorum p̄ſentãt: vt j̃. dicetur latè in 2.
parte huius. 2. lib. in 2. q. princ. in 9. art. quia & ipſe filius etiam
eſt patronus, bene p̄ſentat patre viuente: & ſic videtur velle. Fe
de. in d. conſ. 111. in verſic. p̄terea &c. de qua dicemus in ſequ.
16 art. ¶† Non obſtant modo. s̃. in contrarium adducta: quòd pa
ter & filius cenſeantur vna & eadem pſona: & alia multa ſimi-
lia denotantia cōionem inter eos, &c. quia re vera cenſentur
vna perſona fictione iuris, ſed in veritate ſunt diuerſæ: vt dicit
Ab. in c. conſuluit. hoc tit. in alio ꝓpoſito. Nec p hoc ſequitur,
ꝙ poſſit p̄ſentare patre viuente: quia hęc eſſet maxima ſeruitus
eccleſiæ, quæ pmittenda non eſt ar. c. ſignificauit. de teſt. & cer
tè omnia illa adducta ſunt à lōgè: ſed hic accumulare volui po-
tius, vt videretur reducta materia patris & filij, quam ꝙ ſtringe-
5 *Inſtrumentum confectum à duobus notariis,altero bone,altero male fidei.ſu ſtinetur propter notarium fidelem.*
6 *Domeſticus poteſt teſtificari in caſu habente commiſſionem commodi & incommodi.*
7 *Præſentatio facta à non poſſeſſore,nec patrono,licet ſequatur inſtitutio,non per hoc videtur facta à poſſeſſore.& n.8.*
9 *Plura vbi requiruntur ad formalem eſſentiam actus, deficiente vno, actus corruit.Limit.n.10.25.*
12 *Taciturnitas cum ſcientia & patientia tum demum nocet,quando vltra taciturnitatem interuenit actus poſitiuus.*
13 *Mercator recipiens literas cambij,& ſubinde non contradicens,videtur eas acceptare.*
16 *Diſcipulus ſui præceptoris opinionem ſequi debet.*
17 *Quaſi poſſeſſio iuris patronatus & præſentandi acquiri vnico actu,ſequuta inſtitutione.*
18 *Conſenſum tacitum non præſumi ex taciturnitate,quomodo ſit accipiendũ.*
19 *Taciturnitatem cum ſcientia & patientia non nocere ſine aliquo caſu poſitiuo,in quibus habeat locum.*
21 *Præſentatus per quaſi poſſeſſorem male fidei,& inſtitutus,reuocatur quandocunque conſtito de mala fide præſentantis.fallit,vbi eſt præſentatus etiã ab vno ex patronis veris,vel à bonæ fidei poſſeſſore.& n.22.*
23 *Poſſeſſionem acquirere etiam eum, qui ſit in mala fide, quomodo ſit accipiendum.*
24 *Ad poſſeſſionem quaſi acquirendam iuris patronatus vel præſentandi,multa requiruntur.*

Ex iſtis Duobus proxime præced.art. apparet deciſio 12.
de quodam caſu,qui in facto Trani accidit in quo
conſuluit d.me.Corſ.dum Padue legeret rogatus à quibuſdam
1 ſcholaribus meis conciuib.& eſt talis; †Si aliquis tutor præſen-
tauit proprio nomine vna cum pupillo in eccleſia iuris patr.pu
pilli, ſciente & patiente pupillo:& eius præſentatio fuit admiſ-
ſa & ſequuta inſtitutio, ac mortuo tutore ipſius filius & hæres
vacante eadem eccleſia iterum præſentauit cum dicto pupillo
effecto pubere: reclamantibus tamen aliquibus aliis prætẽden-
tibus ſe etiam eſſe patronos:& ipſa reclamatione non obſtante
ſequuta fuit inſtitutio,an ſit acquiſita,quaſi poſſ.d.iuris patr. &
præſentandi ipſi tutori, & eius filio.& iſte caſus fuit in perſona
quondam magnifici domini Franci.filingerij mei affinis tutoris
nobilis Raſaldini de cunio in eccleſia ſanctæ Mariæ anunciate
campi longobardorum dicte ciuitatis Trani:& pretendentes ſe
patronos,fuerunt nobiles de domo caſtaldorum : & filius dicti
domini Franciſci fuit quondam dominus Iacobus filingerius.&
do.me.conſulendo in hoc caſu:vt ſ.dicit ꝙ prima facie videtur
dicendum, tutorem & eius filium adeptos fuiſſe ius præſentan
di:& effectos eſſe quaſi poſ. ¶Et primo pro hac part. adducit:
2 nam †per vnicum actum præſentationis quis adipiſcitur quaſi
poſ.iuris patr, & allegat aliqua ex adductis in proximo præced.
art.ſed tutor ipſe ſemel præſentauit:& ſimiliter eius filius,& ſe-
quuta eſt inſtitutio,ergo acquiſiuerunt quaſi poſſ. d. iuris patr.
3 ¶†Secundo mouetur iſta ratione:nam vbi per prohibitionem
meam poſſum prohibere,quod fit,ne fiat,& taceo,tunc taciturnitas
pro conſenſu habetur. 54.di.c.ſi ſeruus,ff.de re iud.l.ſępe.
11.q.3.c.quando.de re iud.c.pe.l.Cai.ff de pig.act.&notatur in
c.nonne.de præſump.ergo cum patroni veri qui potuiſſent ꝓhibere,non
prohibuerunt: imò pupillus dum eſſet pupillus, &
etiam pubes effectus cum eo, & cum filio præſentauit tacite,imo
potius expreſsè permiſit: ex quo non prohibuit. ¶Tertio
4 adducit reg.ꝙ vbicunque actus fit †à duobus,quorum alter eſt
habilis, & alter inhabilis, ſuſtentatur actus propter habilem. &
adducit ad hoc quod voluit Bal.in l.imperator.ff.de ſtatu hom.
5 †vbi dicit,ꝙ ſi duo notarij ſunt rogati de eodem inſtrumento
& vnus eſt probatæ fidei, alter vero eſt damnate opinionis, &
conficiunt inſtrumentũ,nihilominus ſuſtentatur inſtrumentũ
propter fidelem notarium.facit ad hoc notab.tex.in l.ſi quis ex
argentariis.§.j.ver.quid enim ſi inutilis.ff.de edend.& text.not.
in l.ſi communem.ff.quemad.ſerui.amit.& quod voluit Per.de
6 Anch.in c.ſuper eo.de teſti.dicens †ꝙ vbi commodum& incõmodum
ſunt adinuicem admiſſa, poteſt domeſticus teſtificari
pro domeſtico per illum tex.quod dictum dicit eſſe aureum.&
limitare mirabiliter legem etiam.C.de teſti. & multa alia de mi
ſtura adducit,quæ adduximus.ſ.in 1.par.1.li.in 1.q.prin.in 6.ar.
vbi multa nos etiam adduximus.Vnde cum facta fuerit præſen
tatio per pupillum,& etiam poſtea per eundem puberem verũ
patronum:licet cum tutore non patrono,& eius filio,actus valebit,per
prædicta.¶Poſtmodum ipſe do.me.dicit iſtis& aliis in
ↄtrium facientibus nõ obſtantibus contrariam partem putat de
7 iure fore,& eſſe verlorem.¶†Et mouetur primo:quia præſen
tatio facta ab eo,qui non eſt in poſſ.nec patronus, licet ſequatur
inſtitutio,nõ per hoc videtur facta à poſſeſſore.ita dicit col
ligere do.Ab.per illum tex.poſt alios doct.in d.c.conſultationi
bus.hoc tit.vnde cum ipſe tutor non eſſet patronus,nec in qua
ſi poſ.licet præſentauerit : & ſequuta fuerit inſtitutio, non per
hoc fuit facta à poſſeſſore.¶Secundo mouetur:nã ille qui non
eſt verus patronus,& mala fide præſentat,ſciens ius præſentan
di non ad ſe,ſed ad alium ſpectare,nõ conſtituitur in quaſi poſ.
iuris præſentandi.Ita no.doc.omnes poſt gl.in d.c.conſultatio-
nib.& clarius Inn.ibi in 2.de reſtit.in integ.vnde cum iſte tutor
præſentauit mala fide, ſciens ius pat. ſpectare ad pupillum, non
acquiſiuit quaſi poſ.nec filius,cum fuerit proclamatum ꝑ alios
patronos.¶Tertio pro iſta par.adducit conſilium ſextum,quæ
requirantur.Io.Cald.de cauſ.poſ.& proprie. vbi ponuntur mul
8 ta,quæ requiruntur †ad acquiſitionem quaſi poſ.iuris pat.ſc.ꝙ
poſſeſſio ſit iuſta: licet ex poſtfacto fiat iniuſta : & ad hoc vt ſit
iuſta requiritur primo quem præſentaſſe,& præſentationem eſ
ſe admiſſam, præſentatum inſtitutum & habitum pro rectore,
ſcientia illius cui præiudicatur,bona fides præſentantis:& ꝙ cre
diderit ſe vti iure ſuo.&allegat iam adducta.ſ.in x.art.vbi nos la
te prædicta adduximus:vnde cum in caſu illo in tutore non fue
rit bõa fides, nec credidit ſe vti iure ſuo,licet alia interuenerint
9 non dicitur eſſe in poſſeſſione iuris præſentandi. ¶†Quarto,ꝓ
hoc adducit:nam vbicunque plura requiruntur ad eſſentiã for
malem alicuius actus, omnia debent interuenire:imo vno defi
ciente,corruit ille actus.l.tutor,qui repertorium.§.pecuniæ. el
j.ver.ſi euidenter doceatur.ff.de admi.tut.& ff.de tutel.& ratio.
diſtrahen.l.j.§.pręterea,ibi vtimur,&c.&l.fi.ff.de diuor.l.j.§.hoc
autem ff.de itine.actuque priua.voluit Bar.in conſ.113.proceſ
ſum eſt. Cum ergo in caſu noſtro requirantur plura,& non in
teruenerint principaliora.ſ.bona fides,& ꝙ crediderint vti iure
ſuo,ergo actus corruit,cum nihil dicatur actum,cum aliquid ſu
pereſt ad agendum.l.cum Syllanianum.C.ad Syl.l.ſi vnus.C.de
teſta.c.maiores.de baptiſmo.& c.nihil.7.q.j.¶Nec ob.dicit do.
10 me.ſ.in contrarium adducta,vnicum actum eſſe †ſufficientem
ad acquirendam poſſeſ.ſeu quaſi : quia illud negatur maxime in
caſu noſtro:vt notant doct. in d.c.cum eccleſia Sutrina.¶Præte
rea poſito caſu,ꝙ ſufficeret, tamen ad hoc, vt ille actus valeret,
requiritur bona fides:vt ſ.eſt dictum,que hic non interuenit,er
go &c.¶Nec obſt.ſecundum.ſ. vbi poſſum prohibere, & non
11 prohibeo,taciturnitas nocet &c. †quia hoc non eſt verum,cũ
tacens non præſumatur cõſentire in actu ſibi præiudiciali:vt eſt
celebre dictum Inn.in c.cum in geneſi.de elect.& notant doct.
in c.nonne.de præſumptio.leg.& no.in l.qui patitur.ff.mandat.
per Roma.& alios in l.2.§.voluntate.& in l.poſt dotem.ff.ſolu.
12 matri.¶Præterea tunc taciturnitas cum †ſcientia & patiẽtia no
cet,quando vltra taciturnitatem interuenit actus poſitiuus.tex.
eſt bonus in clem.j.de procura.vbi ſi ſcienter quis recipit inſtru
mentum,quo conſtituitur procurator, videtur tacite ſe obliga
re ad illud officium.& hoc ideo quia vltra taciturnitatem inter
uenit actus poſitiuus. Ad idem facit c.ſane. de his,quæ fiunt à
maio.parte capi.& tex.ſingula.in l.cum oſtendimus.§. fi.ff. de ſa
tiſda.tuto.ſecundum Roma.in l. 1.ff.de verb.oblig.& no.Bar.in
l.quo enim.ff.rem ratam habe.& in l.Titius Seio.ff de conſtit.
pecu.& ad hoc facit bonus tex.in l,ſi filiusfamilias.la 2.&ibi An
13 ge.ff.ad macedo.quem tex.inducit ibi pro literis cambij,†ꝙ ſi
mercator recipit literas cambij,& continuo non ↄdixit, videatur
eas acceptaſſe.& hanc partem tenet Abb. in c. non iniuſte.
in gl.2.in 3.col.de procu.& ibidem do.Ant.poſt Inn.& Abb.in
c.ad petitionem.licet ergo verus patronus ſciuerit,&paſſus fue
rit:non tamen fecit aliquem actum poſitiuum per quem videa
tur conſenſiſſe:ergo ei non præiudicat. ¶Vel tertio & melius,
reſpondeo,dicit ipſe,ꝙ licet ſciã & patientia ſibi præiudicaſſet.
per notat. per Inn.in c.2.de reſt.in integ.& Io.cal.in præal.con-
ſi.tamen ex quo in tutore nõ fuit bona fides, nec etiam in eius
filio,non fuit in eis conſtituta poſſeſſio iuris præſentandi,adeo
vt in futurum eadem facere poſſit.per no.in d.c.conſultationi-
14 bus.¶Nec ob.vltimum ꝙ actus †factus ab habili & inhabili ſu
ſtentetur per habilem:quia fateor dicit ipſe,illam præſentatio-
nem fuiſſe validam quo ad illum actum tantum:ſed ꝙ in futurũ
ius acquiratur filio tutoris:negatur:vt dixi propter malam fidẽ
per iura præallegata : & ſic per conſequens concludendum tu-
torem vel eius filium nõ acquiſiuiſſe ius pat.nec poſſeſſionem,
eius ſeu, quaſi ratione prædictarum præſentationum factarum
in mala fide.Ita reſidet do.me.in d.conſ.in primo dub.quod cõ
ſilium incipit,in nomine ſancte & indiuidue &c. ponderato di
ligenter & accurate &c. quod condidit Padue dum ordinariam
ibi iuris pontificij legeret in anno. M. cccexcix. quo tempore
15 ego non acceſſeram Patauium: †ſed eram in patria à qua diſce
ſi, vt ad illius gymnaſium me conferrem ſtudẽdi cauſa in anno
dom.M.cccexciiij.xij.in d.die 16.Octob. & ibidem applicui die
15.Nouem.¶Quid igitur in iſto caſu dicemus certe ex quo ita
conſuluit

conſuluit & concluſit do.me.vt s̃. eſt dictum, deberem ego &
16 eius opinionem ſequi:quia †diſcipulus ſui præceptoris opinio
nem ſequi debet,iuxta.l.3.§.j ff.de cond.ob cauſ. & latè dixim⁹
s̃.in 1.par.1.lib.in 9.q.prin.in 3.art.in ver.tamen cum Iurecon-
ſultus.nihilominus quia illud ꝓcedit,quando opinio pręcepto
ris ſapit veritatem:quia alias ſecus:iuxta illud, Amicus Plato,a-
micus Socrates,magis amica veritas:vt ibidem diximus. & ego
nimium dubitem de iſta concluſione do.mei in hoc caſu illam
diſcutiamus. ¶Et primo circa eam conſidero in titulo articuli.
nam vt patet ex eius themate,ipſe quęrit,an ſit acquiſita poſſeſ
ſio,vel quaſi iuris pat.& præſentandi per dictum tutorem,& e-
ius filium:& ſic non videtur quærere, an ſit acquiſitum ius pat.
quæ quidem ſunt diuerſiſſima,an ſit acquiſita poſſeſſio,&an ſit
acquiſita proprietas:iuxta.l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de
acqui.poſſ.& per Arch.&doct.in c.vnico.hoc tit.lib.6.quæ qui
17 dem conſideratio ſeruiet ad.j̃.dicenda. ¶†Secundo conſidero
primum motiuum factum ꝓ parte tutoris, eſſe veriſſimum: vt
late diximus ſupra in proximo præce.art.&nullus diſcrepat.ſed
eſt communis opinio,per vnicum actum præſentationis acqui
ri quaſi poſſeſ.iuris pat.&p̄ſentandi, ſequuta inſtitutione:vt la-
te per Abb.in d.c.cum eccleſia Sutrina. & ibi per omnes. ¶Et
ex hoc ſequitur malam fuiſſe ſolutionem datam per ipſum do.
me.ad dictum primum motiuum, illud negando. & allegando
doctores in d.c.cum eccleſia Sutrina.cum ibi hoc firmetur: vt
s̃.eſt dictum. ¶Nec etiam tenet ſecunda ſol.data ad dictum pri-
mum motiuum hic non fuiſſe bonam fidem:vt j̃.dicetur:& ita
remanet inconcuſſum primum motiuum. ¶Conſidero tertio,
ſecundum motiuum pro parte tutoris eſſe validum. quia pro-
batur iuribus in eo allegatis. ¶Nec obſt.ſolutiones per do.me.
18 ad illud datas.& prima,ꝙ ex †taciturnitate non præſumatur cō
ſenſus in actu præiudiciali&c.nam fateor non præſumi conſen
ſum:negari tamen non poteſt.quia affuerit ſcientia & patiētia:
& iſta in caſu noſtro requiruntur,& non conſenſus:vt diximus
late.s̃.in x.art. huius quæſtionis principalis in primo requiſito.
¶Similiter nec obſt.ſecunda ſol.taciturnitatem cum ſcientia&
19 patientia non nocere†ſine aliquo actu poſitiuo: quia illud eſt
in caſibus in quibus requiritur quid vltra ſcientiam&patientiā
vt in iuribus ꝓ hoc ibi allegatis,ſed ex quo in caſu noſtro req-
ritur tantum ſcientia & patientia, ad quid ergo requiremus vl-
tra actum poſitiuum,certe ſuperfluū eſt. ¶Et ideo ipſe do.me.
hoc conſiderans(& ſic ſe non poſſe negare ſufficere ſolam ſci-
entiam & patientiam imo ex aliquibus cauſis illa p̄ſumi,vt dixi-
mus.s̃.in x.ꝓxi.art.in primo princ. requiſito: quanto magis in
caſu noſtro vbi de ea apparet:quia tutor præſentauit cū pupil-
lo:& eius filius præſentauit cum eo pubere facto ſciētibus aliis,
qui p̄tendebant ſe patronos:& reclamauerunt:non tamen ali-
quid concludens ꝓbarunt)tranſiuit ad tertiam ſol. dato ꝙ eſſet
ibi ſcientia & patientia,tamen defuit bona fides:& ideo non va
let. & ad hanc ſoltu. reſpondebimus. j̃. & ſic reſtat roboratum
ſecundum motiuum partis tutoris & filij. ¶Conſidero quarto
20 tertium motiuum partis tutoris,ꝙ actus factus ab habili† & in
habili.ſuſtentatur ꝑꝑ habilem &c.non concludere quo ad prin
cipale intentum tituli quęſtionis à themate extracti.ſ.an ipſe tu
tor,& filij acquiſiuerint quaſi poſſ.&c. ſed ad hoc, videlicet,an
actus p̄ſentationis eſſet reuocandus.& concludit ꝙ non,etiam
conſtito de mala fide:& etiam dato ꝙ eſſet vera opinio docto-
rum,ꝙ quandocunque conſtaret de mala fide p̄ſentantis,p̄ſen-
tatus licet inſtitutus eſſet remouendus, quam ego non tenui s̃.
in hac.q.prin.in 2.art.in fi.& hoc firmat idem do.me.in ſolutio
ne huius tertij motiui:dum fatetur actum iam factum, eſſe vali
21 dum: licet neget acquiſiuiſſe quaſi poſ.in futurū. ¶†Et ex iſto
motiuo iuncta ſol.do.me.colligo vnum,quod puto veriſſimū
& omiſi dicere.s̃.in d. 2. art. ꝙ data ꝓ vera opinione doctorum
ibi poſita,p̄ſentatum ꝑ quaſi poſ. malę fidei, ēt inſtitutum, eſſe
reuocandum quandocunque conſtito de mala fide p̄ſentantis:
vt s̃.tamen hoc eſt verum,quando eſſet inſtitutus ad præſenta-
tionem ſolius poſſeſſoris malefidei:ſed qn̄ eſſet p̄ſentatus à qua
ſi poſſ.malefidei,ab vno ex veris patronis vel ab vno alio quaſi
poſ.bone fidei,& ſequuta eſſet inſtitutio,licet poſtmodum cō
ſtet de mala fide illius p̄ſentantis, non remouebitur inſtitutus:
quia remanebit ex vi p̄ſentatiōis factæ ꝑ vnū ex veris patronis
vel ꝑ vnum ex quaſi poſ.ma.fi. ꝑꝑ ꝯmunionem ſeu miſturam,
ac ēt alia ratione:qa ex quo ipſe ſolus patronus vel bonæ fidei
quaſi poſſeſ. comparuit, & p̄ſentauit infra iuris terminum , vel
edicti,& alij veri patroni non iſte comparens in hoc caſu habet
omne ius pro iſta vice,qa alij non comparuerunt : vt, j̃.dicetur
in 2.par.huius ſecundi lib.in 6.q.prin.in 4.art.vnde licet p̄ſenta-
uerit etiam ille quaſi poſ.malæ fidei.tamen non reuocabitur in
ſtitutus:ex quo fuit inſtitutus etiam ad p̄ſentationem vnius ve
ri patroni,vel bo.fi.poſ.quia omne ius habebat pro iſta vice,ex
quo alij non p̄ſentarunt. & nota hoc dictum : quia ſæpe accidit
in facto,& eſt maxima declaratio ad opi.illorum tenentium in-
ſtitutum ad p̄ſentationem malæ fidei,quaſi poſ.conſtito de ma
la fide,fore remouendum:quia non ꝓcedit, qn̄ cum eo p̄ſenta-
uit vnus ex veris patronis,vel bo.fi.quaſi poſ. ¶Cōſidero quin-
to primum motiuum do.me.ꝯ partem tutoris non ꝓbare.ſcili-
22 cet†ꝙ p̄ſentatio facta ab eo qui non eſt in poſſeſſione,nec p̄ro
nus,non videtur facta à poſſeſſore:licet ſequatur inſtitutio : vt
dicit colligere Abb.in d.c.conſultationibus. nam reſpondetur
verum eſſe,& ita ibi colligere Abb.qui tamē ibidem dicit aliud
in vlt.not.ꝙ licet non videatur facta à quaſi poſſeſ.tamen ꝑ illā
p̄ſentationem acquiritur in futurum quaſi poſ.vnde cum titul⁹
articuli noſtri ſit,an tutor ꝑ illam p̄ſentationē acquiſiuerit qua
ſi poſ.in futurum ꝑ d.doctri.Abb.eſt concludendum eum acq-
ſiuiſſe quaſi poſ. & illa doctrina eſt in terminis, vnde acquiſita
quaſi poſſ.in futurum ꝑ ipſum tutorem eo mortuo multo for
tius potuit illā continuare eius filius. & ita illud primum moti-
uum eſt magis pro tutore,& filio,q̄ ꝯ. ¶Cōſidero ſexto,nec ſe-
23 cundum †motiuum ꝯtutorem concludere:nam in illo dicitur
ſcientem ad alium ſpectare ius pat.eſſe in mala fide:& ideo non
poſſidere,nec in quaſi poſſeſſione, conſtitui : ſed tutor fuit hu-
iuſmodi ergo &c.reſpondetur enim hoc eſſe falſum.Nam quā
uis quis ſit in mala fide,acquirit nihilominus poſſeſſionem, cū
mala fide tamen: & quaſi poſſeſſor dicitur:vt diximus late.s̃.in
x.art.p̄ſentis quæſtionis.vnde cum titulus p̄ſentis articuli ſit,an
ille tutor vel eius filius acquiſiuerit quaſi poſ.dicendum eſt, ꝙ
ſic. licet cum mala fide, tamen poſſeſſor dicitur , quid tandem
obſtat mala fides? obſtaret ſolum vt inſtitutus remoueretur ſe-
cundum opinionem doctorum s̃.relatam in quarta conſidera-
tione, non tamen obſtaret quo ad hoc, vt non dicatur acquiſi-
uiſſe quaſi poſſeſſionem:vt j̃. latius dicetur. ¶Vel ſecundo reſ-
pondetur,ꝙ licet hoc ꝓcedat in ipſo tutore,tamen filius erit in
bona fide:vt j̃.dicetur.&ꝑ iſta reſtat ſublatum ēt ſecundum mo
tiuum factum ꝯ tutorem. ¶Conſidero ſeptimo tertium moti-
uum.ꝯ partem tutoris ſimiliter non procedere.nam licet plura
24 †requirantur ad acquirendam quaſi poſ.iuris patr. vel p̄ſentan
di,vt in eo tamen omnia concurrunt, niſi bona fides in tutore:
vt ibi patet.quo fit,ꝙ ex quo bona fides neceſſario non requiri
tur ad acquiſitionem poſſeſſionis, licet requiratur quo ad vali-
ditatem actus:vt diximus late.s̃. in d.x.art.merito.d. tertiū mo-
tiuum non ꝓcedit ¶Sed dato,& non conceſſo,ꝙ bona fides re
quiratur,licet defuerit in tutore,tamen dedit cauſam acquiren-
di ius par.in futurum iuxta doctri.Ab.in d.c.conſultationib.vn-
de cum ſuperuenerit eius filius, eo defuncto, & inuenerit pa-
trem ꝓprio nomine præſentaſſe,voluit& ipſe p̄ſentare nec per
hoc eſt conſtitutus in mala fide:quia tanq̄ hæres dicitur eſſe in
bona fide, nec ꝑ ſolam reclamationē aliquorum aſſerētium ſe
patronos:vt in themate dicitur,conſtituitur in mala fide:vt per
Inn.in prin.c.2.de reſtit.in integ.Item qa ꝑ ſolā litis conteſtatio
nē,& ex fictione iuris qs conſtituitur in mala fide:iuxta.l.certū.
C.de rei vend.& diximus late.s̃.in 4.art.p̄ſentis q.poſt doc.in d.
c. conſultationib. vn̄ cū hic ſolū fuerit ꝓclamatū nec aliter ad
vlteriora ꝓceſſum,nec de non iure illius ꝓbatū ꝑ ꝓclamantes:
quod apparet,ꝙ ſi ad vlteriora ꝓceſſum extitiſſet p̄ſentatus à di
cto filio tutoris,& ab illo patrono pubere nō fuiſſet inſtitutus:
vnđ apparet apte illos ſolū ſimpliciter ꝓclamaſſe:quo caſu poſ
ſeſſor non impeditur:vt diximus late.s̃.in d.4.artic.p̄ntis q̄onis.
¶Et ex iſta conſideratione ceſſant omnia,q̄ dicūtur,tutorē,& fi
lium fuiſſe in mala fide ꝓpria:quia mala fides nō nocet quo ad
acquiſitionē quaſi poſ.iuris pat.ſed quo ad reuocationē p̄ntati
& inſtituti:vt diximus in d.x.art. ¶Scđo, ꝙ licet tutor fuiſſet in
mala fid.n̄ tn̄ eius filius:vt s̃.diximus. vnde ſeqtur ſaltem filium
acquiſiuiſſe quaſi poſ. ¶Et ex iſtis ēt reſultat octaua ꝯſideratio
25 ad quartū motiuū,ꝙ vbicūq; plura†reqruntur ad eſſentiā for
malem alicuius actus,vno deficiente:corruit ille actus, non mi
litare:qa bona fides non reqritur ad eſſentialē formalē acquiſi-
tionis poſſeſſionis,ſed ad eſſentiam formalē non remotionem
p̄ntati inſtituti:vt diximus.s̃.in d. 12.art. ¶Vel ſecundo reſpon-
detur bonā fidem adfuiſſe, ſi non in tutore, ſaltem in eius filio.
&ſic patet ꝯcluſionē do.mei nō ꝓcedere:ſed tutorē vel ſaltem
eius filiū ꝑ p̄ſentationē p̄dictā acqſiuiſſe quaſi poſ.p̄ntandi in il
la eccleſia. ¶Nec p̄t dici d.me.forſan voluiſſe intelligere illos n̄
acquiſiuiſſe ius pat.& ſic ꝓprietatē:qa certe de hoc non q̄reba-
tur:vt diximus.s̃.in j.ꝯſideratione.nec erat lapſum tn̄ tp̄s, vt fi-
lius tutoris potuiſſet præſcribere. vnde vera concluſio ſit , de
qua.s̃.contra do.me.ſubmittendo me ſemper eius correctioni.

¶Decimustertius art.3.q.prin.1.par.2.Libri.

1 *Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi,an acquiratur per aliquem præſentantem*

*confirmata præſentatione in cauſa principali, & poſtea caſſata in appellationis. & nu.2.7.*
3 *Appellatio confirmationem præſentationis ſuſpendit.*
4 *Præſentationis pars, eſt confirmatio.*
5 *Appellatio an & quando extinguat vel ſuſpendat pronunciandum.*
6 *Præſentantis mala fides non debet nocere inſtituto per diffinitiuam, niſi ab illa inſtitutione fuiſſet appellatum infra terminum appellatorium.*

1 Dubitatur Decimotertio, †an quaſi poſ. iuris præſentandi acquiratur ꝑ aliquē pñtantē ſi cõfir-
mata fuit pñtatio in cã principali, & poſtea caſſata in cã appella
tionis. ¶Iſtũ art. poſuit Gaſp. cal. in ꝯſ. 13. an acquiraẽ. hoc ti. fo.
2 61. vbi ſuꝑ iſto caſu ꝯſuluit, & cõcludit ꝙ nõ: q̃a ad †hoc vt poſ
ſeſſio requiraẽ, acquiriẽ ꝯfirmationē habuiſſe effectũ: vt dr̃ pate
re in c. cumana. de elect. nã actus carẽs effectu, hoc non inducit
ẽ, illud. c. cũ laici. c. ſuggeſtũ. & c. fi. hoc tit. ¶Scd̃o ꝓ hoc addu-
cit: q̃a talis nõ p̃t dici poſſeſſor bonæ fidei: ergo pñtandi ius nõ
acquirit. ꝓbatur hæc illatio, in c. cũ Bertoldus. de re iud. & in d. c.
cõſultationib. hoc ti. & de elec. dudũ, el 2. poſt prin. & alleg. Inn.
in locis. s. alleg. in x. art. Et ꝙ talis dicaẽ poſſeſſor malæ fidei, pa-
tet (dr̃ ipſe) q̃a nõ poſſidet autoritate iuris vel p̃toris. l. iuſtè à ꝯ
rio. ff. de acq. poſ. & no. ꝑ Inn. in d. c. ꝯſultatiõib. Imo nec bo. fides
dẽt p̃ſumi in hoc caſu: & allegat plura iura. ¶Et ſubdit nõ obſta
re ſi dicaẽ: ꝙ talis pñtatio ſemel fuit ꝯfirmata in cã principali: er
go ex illo vnico actu acquiſita fuit poſſeſſio. d. c. cũ eccleſia Su-
trina. de cã poſ. & ꝓpr. q̃ ſ videtur dictã ꝯfirmationē fuiſſe caſſa
3 tã in cã appellationis. Cõſtat †. n. ꝙ pendente appellatione, is, q
pñtauit, ñ ducebatur poſſeſſor, cũ ꝑ appellationē ſuſpẽſa fuiſſet
ꝯfirmatio. c. veniẽtes. de iureiu. c. ſæpe. & c. oblationes. de app. &
facit optime qd̃ no. Hoſt. in c. cũ literis. in fi. magnæ gloſæ, de re-
ſti. in integ. nec ẽt dici p̃t ſecundũ Cald. ꝙ ꝯſtituerit eum in poſ-
ſeſſione, ipſa pñtatio ꝑ eũ facta, cũ cõfirmatio ſit caſſata: q̃a illa
ꝑ ſe ſumpta, nec ſibi nec alteri tribuit aliqd̃ ius. c. dilecto. de p̃b.
c. ex frequẽtib. de inſtit. reg. j. de reg. iur. lib. 6. effectus. n. eſt ꝯfirma
tio. vt no. Inn. in c. cum ſup. de cã poſ. ſine qua ꝯfirmatione talis
poſſeſſio ſiue retẽtio facti pœnã mereẽ: & inducit. c. noſti. de ele.
c. qualiter. & c. auaritiæ. eo. ti. lib. 6. talis. n. pñtatio, cũ non ſit pfe
4 cta, nõ tribuit ius ſine confirmatione iuris. †cũ confirmatio ſit
pars pñtationis. c. poſtquam. de ele. & c. nihil, & qd̃ no. ꝑ Io. An.
in c. publicato. e. ti. & ꝑ Inn. in c. cũ dilectus. de conſuetu. & in c.
dilectus. el 2. in gl. incip, iſte. n. de præb. & c. 2. de reſt. in integ. Et
ita ẽt tenuit Roch. in hoc tract. in verbo, cõpetens alicui. in 14.
q. in fi. 2. requiſiti. vt diximus. s. in x. ꝓx. præced. art. in fi. 2. req̃ſi
ti remittẽdo nos ad hic dicẽda. & alleg. Cal. vbi. s. & dicit hoc eſ
ſe ſatis de mente d. Alex. in præalleg. conſ. ſ. lxxv. viſis. in 4. vol.
¶Tu aduerte aliter nõ poſſe dici, q̃ Gaſp. cald. cõcluſit illa potiſ
5 ſima rõe: nã inter doct. magna eſt altercatio †an appellatio ex-
tinguat vel ſuſpẽdat ꝓnunciatum, cũ aliqua iura velint ꝙ extin
guat, aliqua vero ꝙ ſuſpendat. de qua late ꝑ doct. in d. c. venien
tes. de iureiu. & ampliſſimè ꝑ Barb. in c. paſtoralis. in §. p̃terea. in
2. col. in ver. nota, ẽt ex eodē verbo. cũ ſex col. ſeq. de offi. del. &
ꝑ Præpoſi. & alios: & p̃ſertim do. me. Corſe. in rub. de appel. in j.
char. & ꝑ Bal. Ang. & Mod. in l. tale pactum. in §. q ꝓuocauit. ff. de
pac. & in plurib. aliis locis. ¶Et aliqui ex eis ꝯcludũt ꝓnunciatũ
extingui, aliq ſuſpẽdi, aliq vero (ꝓut vnus ex eis fuit Im. in d. c.
paſtoralis. in § p̃terea. & do. me. in d. rub.) diſtinguũt: ꝓut ex nũc
extingui, ꝓut ex tunc ſuſpendi: ſuſpendit. n. ſi prima ſñia confir-
matur: ſi vero infirmatur, extinguit: vt ibi ꝑ eos. Cũ igiẽ ad hoc,
vt acquiratur quaſi poſſ. iuris præſentandi, requiratur fieri pñta
tionē, & ſeq inſtitutionem: vt diximus. s. in x. art. in 2. requiſito.
Et in caſu noſtro fuerit facta pñtatio, & ſequuta ꝯfirmatio ſeu
inſtitutio in prima ſñia, & appellatũ ab ea, ſubito inſtitutio fuit
extincta: ꝓut ex nũc: & ſuſpenſa, ꝓut ex tunc: ſed ſequuta ſentẽ-
tia reuocatoria prime fuit illa ſuſpẽſio reducta in extinctionē:
& ſic ꝓnunciatũ: videlicet inſtõ extincta & caſſata non dicetur
facta pñtatio, & inſtitutio ſequuta: nec ẽt inſtitutus habitus eſt
ꝓ rectore: ꝓut omnia iſta in acquiſitione huius quaſi poſſeſſ. re
quiruntur: vt diximus. s. in d. x. art. merito ſine dubio dicendum
6 eſt in hoc caſu non eſſe acquiſitam quaſi poſſeſ. ¶Et †pro hoc
hoc ego adduco in terminis do. Car. imo loquentem in fortio-
ri caſu in c. ex literis. in 2. col. in 3. opp. & in d. c. conſultationib.
in 4. & 5. q. in 2. col. hoc tit. quã retulimus. s. in 2. art. hu9. q. prin
in ver. tu, in fine huius art. nam cum ibi tractaretur, an pñtatus à
male fidei poſſeſſ. & inſtitutus conſtito de malafide præſentan-
tis, debeat remoueri: & doct. dixerint ꝙ ſic: Car. in locis. s. allega
tis tenuit ꝙ non: quia malafides pñtantis non debet nocere in-
ſtituto ꝑ diffinitiuam, niſi ab illa inſtitutione fuiſſet infra termi-
num appellatorium appellatum: quia tũc ſi in cauſa appellatio-
nis conſtaret de malafide, virtute illius appellationis, quæ ſuſpē
dit pronunciatum, & ſic inſtitutionē, conſtito de malafide præ-
ſentãtis, debebit inſtitutus remoueri: ecce qualiter ſimus in for
tioribus terminis: nam non tunc ille pñtans acquirebat quaſi
poſ. ſed iam acquiſiuerat, & erat in quaſi poſ. & ſequuta inſtitu-
tio iſtius nouæ pñtationis in prima cauſa: ſed ab ea poſtmodum
appellatum: & tamen virtute illius appellationis cauſa reuideẽ,
& conſtito de malafide remouebitur inſtitutus: quãto ergo ma
gis hoc debet eſſe in caſu noſtro, vbi ille p̃ſentans non erat ꝑ an
tea in quaſi poſ. ſed nunc acquirebat quaſi poſſeſ. & ſequuta fuit
inſtitutio in prima cauſa, & caſſata in cauſa appellationis. Certe
multo magis. ¶Sed aduerte: nam aut iſta caſſatio inſtitutionis
fuit facta ex defectu pñtantis: puta, quia in cauſa appellationis
conſtitit de non iure, vel malafide eius: & caſus eſt clarus illum
non acquiſiuiſſe quaſi poſſeſ. nam ſi iam in ipſa quaſi poſſeſ. ex-
titiſſet, conſtito de prædictis, & ſuper illis iudicato, quaſi poſſeſ.
amitteret: & hoc eſt clarum. ¶Aut vero inſtitutio, quæ fuerat
facta in prima cauſa fuit caſſata, in ſecũda ex defectu pñtati, vel
alio defectu, & tunc eſſet dubium, an ꝑꝑ talem caſſationem nõ
acquireret quaſi poſſeſſ. Et certe in hoc caſu dicerem eum non
acquirere quaſi poſſeſſ. cum nunc intendebat illam acquirere:
& tamen non eſt ſequuta inſtitutio cum effectu, quæ quidem
requiritur ad illam acquirendam: neſcio quomodo poſſumus
7 dicere, ꝙ acquiſiuerit: cogita tamen ſuꝑ iſto caſu: q̃a † eſt diuer-
ſus à caſu ſeq. cum in illo præſentãs iam perantea fuerat in qua
ſi poſſ. & illam acquiſiuerat: & ideo ſi eius pñtatio caſſatur ex a-
lio defectu, q̃ non iuris, vel non poſſeſſionis ſuæ, nõ debet eius
poſſeſſioni iam acquiſitæ nocere. Cogita, quia forſan poſſet di
ci contrarium, ſed ego ſemper tenerem quod dixi.

¶Decimusquartus art. 3. q. prin. 1. part. 2. Libri.

1 *Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi, an amittatur præſentatione caſſata per patronum facta, qui erat in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi.*
2 *Quaſi poſſeſſio quibus modis acquiratur: quibus item amittatur. & nu.7.*
3 *Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi amittitur caſſata præſentatione per ſententiam cum ius præſentandi alteri adiudicatur.*
4 *Ordinarius punitur non admittendo præſentatum ſine cauſa.*
5 *Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi perditur caſſata præſentatione ex defectu perſonæ præſentate, & præſentantis: vel facta extra tempora.*
6 *Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi amittitur caſſata præſentatione, eo quia cõſtitit præſentantem non poſſediſſe, vel mala fide poſſediſſe, antequam facta eſſet inſtitutio.*

1 Condeſcendo Igitur ad decimumquartum art. † ſi
caſſatur pñtatio per patronum facta
qui antea erat in quaſi poſ. iuris pñtãdi, an per talem caſſationē
ꝑdat quaſi poſſeſ. ¶Iſtum art. ponit ſimiliter Io. Cald. in cõſ. 14.
caſſatur pñtatio. hoc tit. fol. 62. & diſtinxit ꝙ aut caſſatio eſt fac-
ta ſimpliciter: & non ꝑ hoc ille, qui quaſi poſſidebat, ꝑdet quaſi
2 poſſeſ. † quia ſicut ſunt certi modi acquirẽdi quaſi poſſeſ. incor
poralium, ſic & amittendi, de quibus dicit notari ꝑ Inn. in c. in li
teris. de reſti. ſpol. & ille modus non videtur de illis: ergo &c. Et
ita etiam argumentatur in c. petrus. de homi. & in c. cum vene-
rabilis, de excep. adde & in § actionum. inſtit. de act. ¶Aut caſſa
3 tio eſt facta: † quia ius præſentandi per ſententiam alteri adiudi
catur, vel in alium tranſlatum eſt: & ideo caſſatur præſentatio il
lius, qui erat in quaſi poſſeſ. & tunc ꝑ talem ſententiam ille, cõ-
tra quem eſt lata, perderet quaſi poſ. ex quo tranſiſſet in rem iu
dicatam: quia eſt actus ꝯrius ei. facit quod no. Hoſt. in c. cum ec
cleſia. de cauſa poſſ. & ꝓpr. & qd̃ no. Inn. in c. 2. de reſti. in integ.
in prin. magnæ gl. & de conceſ. præb. cũ nobis. Ita reſidet Io. cal.
vbi. s. ¶Tu circa eius dicta aduerte: & primo circa primum mẽ-
brum diſtinctionis dum dicit: aut caſſatio eſt facta ſimpliciter, &
non perdidit quaſi poſſeſ, &c. quia caſſatio nullo modo fieri po
4 teſt ſimpliciter & ſine cauſa, ex quo † ſi ſine cauſa non admitte-
retur, puniretur ordinarius: vt per glo. 1. & ibi Abb. in c. paſtora-
lis. & in gl. in verbo, malitioſè. hoc tit. & Inno. & Abb. in c. cum
autem. eo. tit. & j. dicetur in 2. parte huius. 2. lib. in 8. q. princ. in
5 16. art. & ſeq. cum cauſa ergo caſſatio præſentationis fiet. ¶† I-
deo melius dicerem, aut præſentatio caſſatur ex defectu perſo-
næ præſentate, & præſentantis: puta, quia præſentatio facta fuit
de indigno, vbi eſt culpa vtriuſque, quo caſu pro illa vice amit-
tit ius præſentandi. vt j. dicetur ſimiliter in hac parte in x. q. prin
cip. in 4. art. vel extat facta præſentatio extra tempora, & ſimili-
ter pro illa vice non admittitur. vt j. etiam dicetur in d. 2. parte
huius lib. in 2. q. prin. in v. art. & in iſtis caſibus non perdit quaſi
poſ. nullo modo: & ita intelligi poteſt primum membrum di-
6 ſtinctionis Io. cal. ¶† Aut caſſatur præſentatio ſimpliciter alio
reſpectu: puta quia conſtitit illum non poſſediſſe, vel mala
fide poſſediſſe, antequam eſſet facta inſtitutio, & ideo caſſata
fuit præſentatio, licet non ſit iudicatum ius patronatus alteri
compare

competere:vt in 2.memb.diſtinctionis Io.cal. & in iſto caſu di-
cerem ẽt amiſiſſe quaſi poſ.vel illam ñ acquiſiuiſſe:per d.ſ.in 2.
12.& 13.art.pñtis.q.prin.¶Capio ſecũdum membrum diſtin-
7 ctionis Io.cal.ſ.aut caſſatio eſt facta:quia ius præſentãdi † ꝑ ſen
tentiam alteri adiudicatur,vel ĩ alium trãſlatum eſt: & tũc talis
caſſatio inducit amiſſionem quaſi poſ.¶ Circa hoc membrum
eſt ẽt cõſiderãdum: ꝙ ſi talis ſnĩa eſt lata circa poſ.nõ dicitur a-
miſiſſe poſſ.ſed ſuccubuiſſe in poſſeſſorio:ſi in petitorio,& tũc
recte procedit illud membrũ.ꝓ iſto meo dicto facit totus ti.de
cauſa poſ.& proprie.Et circa hunc art.ñ eſt amplius inſiſtendũ.

¶Decimusquintus art.3.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *In quaſi poſſeſſione iuris præſentandi duo exiſtentes,bis præſentant,& bis e-
orum præſentatio caſſatur,alia ex cauſa q̃ ex defectu quaſi poſſeſſiõis.De-
inde vnus ipſorũ præſentat,alter vero nõ: & præſentatio hæc cõfirmatur,
an præſentãs retineat ſuã quaſi poſſeſſionẽ,& nõ præſentãs eã ꝑdat.n.2.4.*
3 *Quaſi poſſeſſio non amittitur per non vſum.*
5 *Quaſi poſſeſſio non amittitur caſſata præſentatione ex alia cauſa, quàm ex
quaſi poſſeſſione.*

1 Et ex Iſtis ſuccedit decimusquintus art. † duo exiſtentes
in quaſi poſ.præſentãdi bis præſentãt: & bis eorum
præſentatio caſſatur alia de cauſa, q̃ ex defectu quaſi poſſeſ.De-
inde vnus ipſorum præſentat:alter vero ñ:& hæc ꝑſentatio cõ-
firmatur.Quæritur modo,an ꝑſentãs retineat ſuã quaſi poſ. &
non præſentãs perdat eam? ¶ De iſto art. formaliter quærit ẽt
Io.cal.in conſ.xv.duo bis præſentãt.fol. lxii.hoc ti.qui dicit poſ
ſe induci plura ꝓ & ꝯ ſecundum dicta Inn.in c.2. de reſti.in int.
2 tamẽ dicit ipſe ſm terminos propoſitos,† puto nullum perdi-
diſſe quaſi poſſ.ex quo aliud non apparet : de præſentante non
3 eſt dubium:de alio non præſentãte probatur : † nam per nõ v-
ſum quis non dicitur perdere quaſi poſſ. niſi quando appareret
eſſe ſpoliatum:puta quia cum vellet præſẽtare,ñ fuit admiſſus,
vel non pręſentat, ex quo credit ad ſe nõ pertinere ius præſen-
tandi, quod quaſi poſſidebat:vel quia non auſus eſt ꝑſentare ꝯ
voluntatem illorum:quia ad ſe tñ ius pa.ſpectare dicebat : vel
eorum qui quaſi poſſeſſionẽ habẽt:iſta dicit probari in l.3.ff.de
acq.poſ.l.amittenda.& l.quemadmodum.& l. clam poſſidere.
§.qui ad nũdinas.e.ti.oportet ergo per aliquem actum exterio
rem apparere eum ſpoliatũ quod qdẽ ñ eſt in caſu prædicto.Et
hoc confirmatur in caſu propoſito:quia hic ambo poſſidebãt,
& vnus præſentauit: nec apparet ex ſua præſentatione voluiſſe
alterum ſua poſ priuare:& hoc q̃ maximè in præſentatione:cũ
nõ habeat præſentãs requirere alium compatronum:iuxta no.
per Io.An.& doc.in c.3.hoc ti.¶Facit ẽt ſecũdum eum:quia re
4 quiritur ex parte † præſentãtis eius ſciẽtia, vt ſciat illũ priuare in
tendẽdo vti iure ſuo:alias non præiudicaret compatrono:iux
ta not.per Inn.ĩ c.bone.el 2.in gl.magna in verbo, illud autem.
de poſtu.præla.& ita dicit debere intelligi no.per Inn.in c.que
relam.in verbo,dicũt quidam.de electio.Ita Io.cal. vbi ſ. ¶Ad
quæ vltimo loco dicta de ſcientia aduerſarij ſunt addenda,quæ
diximus.ſ.in x.præcedẽ arti.preſertim in primo requiſito: circa
hunc art.Certe non eſt inſiſtendum:quia ſecundũ thema illius,
illi per binam caſſationem præſentationis non amiſerunt quaſi
poſ.quia præſupponitur in eo ex alia cauſa q̃ ñ quaſi poſ. ꝑſen-
tationes fuiſſe caſſatas.quo caſu durat quaſi poſ.per dicta. ſ.in
proximè præced.duobus art.hoc ſic ſtãte , vnus qui ꝑſentauit,
& præſentatus ab eo,fuit inſtitutus, ꝯtinuat ſuam quaſi poſſ.&
in ea non eſt dubium:alter qui nõ ꝑſentauit,nõ dicetur amiſiſ
ſe quaſi poſ. quia nõ interuenerũt requiſita in amiſſione quaſi
poſ.vt hic Io.cald.dicit:& dictum fuit ſimiliter in ꝓximo ꝑced.
art.nam ſi eius quaſi poſſ. non eſt acquiſita à compoſſeſſore, ab
alio etiam nõ eſt acquiſita:remanſit ergo certe penes eum:vt
dicemus ĩ.in ſeq.art.cum diſcutiemus:an aliquibus patronis ꝑ-
ſentantibus,& aliquibus nõ:nõ præſentãtes amittãt quaſi poſſ.
5 de quo.ĩ.in ſeq.art.¶ † Notandum bene eſt,tam ex art.præce.
quam ex præſenti,caſſationem præſentatiõis ex alia cauſa, quã
quaſi poſ.non facere quaſi poſſidẽtem amittere ſuã quaſi poſ.

¶Decimusſextus art.3.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Quaſi poſſeſſionem an amittant non præſentantes : quando aliqui patroni in
quaſi poſſeſſione exiſtentes,præſentant.& n.2.25.*
3 *Poſſeſſio non amittitur ſine animo.*
4 *Ad electionem qui conueniunt,dicuntur facere vnum capitulum.*
5 *Rem ſuam negligens, poſſeſſionem amittit, alio etiam de facto poſſidente
certo tempore,iudicis arbitrio.*
6 *Poſſeſſio exigendi penſionem non amittitur, licet omiſerim ex cauſa illam
petere.*
7 *Poſſeſſio eligendi non amittitur ex non electione ſpectante ad aliquem vt ca-
nonicum.Secus in re ſingulari.n.8.19.*
9 *Iura loquentia de electione quantum ad amittendam vel retinendam poſſeſ-
ſionem,habent locum in præſentatione.& n.26.*
10 *Poſſeſſio iuris præſentandi non amittitur ex non præſentatione cum aliis:
quando illud ius ſpectat ad aliquem vt de collegio.*
11 *Poſſeſſio iuris eligendi amittitur per non eligentes,quãdo electio ſpectat ad
plures,non vt canonicos,ſed ex diuerſis iuribus.*
12 *Patroni vtentes vno iure,excludunt vtentes alio iure.& num.13. Limita
14.23.*
15 *Præſentatione vnius ex patronis ex parte patris,conſeruatur poſſeſſio om-
nium patronorum inde manantium.& n.24.*
16 *Poſſeſſio iuris eligendi, quomodo amittatur, quomodo item poſſeſſio iuris
præſentandi.n.17.18.21.22.*
20 *Res communis poſſeſſa ab vno ex ſociis,ab omnibus ſociis poſſideri intelli-
gitur.& n.27.*

1 Sequitur Ergo decimoſexto loco querere,an aliquib*
† patronis in quaſi poſ.exiſtentibus præſentã
tibus, & aliquibus non, non præſentantes amittant quaſi poſſ.
¶Iſtum art.in terminis ponit Inno.in c.querelam.in glo.ſua ſu
per verbo de nouo.de elect.& ponit quaſi ĩfraſcripta verba for
malia,quoſdam dicere negligentem rem ſuam per annum poſ
ſeſſionem eius amittere alio poſſidente de facto per illum an-
num,ꝓ quibus ſic dicentibus dicit facere in arg.l.ſi finita.§.non
2 tamen.ff.de damno infect.¶Et aliquos † alios dixiſſe,quem vt
amittat poſſeſſionem,debere negligere rem ſuam poſſidere, ꝑ
decem vel viginti annos pro quo facit inſt.de vſuca. §. & cum
hoc.& ff.de vſuca.l.ſequitur.§.ſi viam.& de acquir.poſ. l.poſſi-
dere.§.ſi ſeruus. ¶ Quod quidem ipſe reputat abſurdum : quia
tm̃ tempus videtur neceſſarium eſſe ad amittendam poſ.quan-
tum ad amittẽdam ꝓprietatem:& ideo dicit hoc eſſe relinquẽ-
dum arbitrio iudicis.all.l.j.§.vlt.ff.de iure delibe. ¶Subdit poſt-
modum:ꝙ licet ꝑ vnum annũ vel plus, ego omiſerim ex cauſa
petere debitam penſionem:vel ſi vna vice omiſi intereſſe elec-
3 tioni, non per hoc amiſi poſ.quæ † ſine animo non amittitur:
ſed quãdo peterem penſionem,ſi denegatur,tunc amitto qua-
ſi poſ.alleg.in arg.l.fi. C.de ſerui.& aqua.& tunc poſſum vti in-
terdicto recuperandæ poſſ. & in eo veniunt omnes penſiones
precedentium temporum:vt in d.c.querelam.& ſic à ſimili ſi v-
na vice non interfui electioni,non amitto quaſi poſ.eligen.ſed
alia vice iterata electioni intereſſe potero. ¶ Prædicta autem
intelligit eſſe vera,quando ſum in poſſeſſione intereſſendi ele-
ctioni : ſed ſecus eſſe,ſi eſſem in poſſeſſione, ꝙ ſolus eligerem:
quia tunc ſi eligat alter,& ꝓ electo habeatur à ſubditis,bene a-
mitto poſ. quia non videor habere animum tenendi poſſ.cum
electum ab alio patiar vti dignitate ſua:ſed cum debeo intereſ-
ſe electioni,quia electio nõ fit nomine cuiuſlibet canonici ſin-
gulariter,ſed nomine capituli, ideo non priuatur poſſeſſiõe il-
le,qui contẽnitur,& non intereſt electioni:quia capitulũ quod
eſt in poſſeſ.eligendi,non priuatur poſſeſſione eligendi:nec ẽt
ille,qui non intereſt:quia nõ ſuo nomine, ſed capituli hoc ius
poſſidebat. ¶ Subdit tamen prædicta vera,niſi fortè eſſent plu-
res , qui diuerſis iuribus deberent intereſſe electioni : vt erant
in c.ſcriptum.& in c.Cumana.de elect.nam ſi illi, qui vtũtur v-
no iure, excluderent eos qui alio iure vtuntur:tunc bene poſ-
4 ſunt agere interdicto recuperandæ poſ.quia licet omnes † qui
conueniunt ad electionem,dicãtur quãtum ad hoc vnum capi
tulum facere, tamen quo ad alia diuerſa ſunt & diuerſis iuribus
veniũt ad hãc electionem.Ita Inn.formaliter vbi ſ. qui licet lo
quatur in electione.idem tamẽ dicere poſſumus in pręſentatio
ne patronorum ¶Do.Abb.in fi.d.c.querelam.circa hanc mate
riam breuibus ſe expedit,remittendo ſe ad dicta Inno.ibi:& ad
quoddam conſ.Fed.ĩ allegandum:& ſic nihil aliud dicit. ¶Vn-
de pro clara intelligentia huius materiæ & omnium ſupradic-
5 torum Innoc. ex dictis eius concluſiones eliciam. ¶ † Prima
igitur erit concluſio, ex dictis Inno. de quibus.ſ.negligentem
rem ſuam,poſſeſſionem,eius amittere:alio etiam de facto poſ-
ſidente certo tempore,iudicis arbitrio,quod idem ſequitur Io.
And.Bald.& omnes in d.ca.querelam.& de hac. q.non eſt no-
6 ſtrum differre,cum non ſit materiæ noſtræ. ¶ † Secũda erit cõ
cluſio , ꝙ licet per annum vel plures ego obmiſerim, ex cauſa
petere debitam penſionem,nõ per hoc amiſi poſſeſſionem exi
gendi penſionem, quæ ſine animo non amittitur : ſed ſi quan-
do peterem penſionem, denegatur, tũc amitto poſſeſſionem,
& poſſum vti interdicto recuperandæ poſſeſſionis : & in eo
veniunt omnes penſiones præcedentium temporum : & hoc
idem expreſsè vult Hoſtienſ. Ioann. Andr. in dict. cap. quere-
lam. & ibi aliqualiter Bald. & omnes alij : & de hac concluſio-
ne minime etiam nos tractabimus , Cum ſimiliter non ſit meſ-
7 ſis noſtræ. ¶ † Tertia erit concluſio , quòd ſi vna vice non in-
terfui electioni,non amitto poſſeſſionem : ſed alia vice iterata

electioni intereſſe potero, qñ ſum in poſſeſſiõe intereſſendi pu
ta ſi fieret noĩe capituli: quia ñ ſuo noĩe, ſed capituli dr̃ poſſide-
re: & ideo poſſeſſio nõ amittitur, cũ remaneat pœnes capitulũ.
& ita ẽt in hoc ↄcludit Io. And. in d.c. querelam. in ij.col. & in
c. bonæ, el j. de poſtula. præla. ¶ Quarta erit cõcluſio, ꝙ ſi eſſent
plures, qui nõ vt canonici, ſed ex diuerſis iuribus deberent in
tereſſe electioni, ſi illi qui vtũtur vno iure, excluderẽt eos, qui
vtuntur alio iure, amittunt poſſ. & ideo agent interdicto recu-
perandæ: & ñ cenſebũtur quãtum ad hoc vnũ capitulum: licet
quãtum ad electionem, cenſeantur vnum: & in hoc ẽt concor
dat Io. An. & alij in locis ſ̃. all. ¶ Quinta erit cõcl. ꝙ ſi vnus eſt in
poſſeſſiõe, vt ſolus eligat, & eligit alter: & ille elect⁹ eſt reputa-
tus, & habitus ꝓ electo, exiſtens in poſſeſſione non eligẽs, amit
tet quaſi poſſeſ. ſequitur Io. An. Bald. & alij in locis. ſ̃. allegatis.
8 ¶ † Sexta erit concluſio, que clare ex dictis Inn. nõ elicitur: ſed
tantum Inn. ipſe dicit vnum verbum de ea, vt j̃. Sed ex dictis Io.
An. in d.c. querelam. ipſa clare apparet, ꝙ ſi aliquis ſingulari iu-
re eſt in poſſeſſiõe eligendi, cum aliis, ñ illo iure, vt vnus ex ca-
nonicis vel de capitulo: eo ipſo, ꝙ non eligit, amittit poſſ. quia
non eſt idem, ſicut quando ſpectat ſibi, vt canonico, nec videt̃
retinere in animo, ſi patiatur electum ab aliis reputari, & habe-
ri pro electo in illa dignitate, Ita Io. Andr. aperte in d. ca. quere-
lam. in ij. col. in ver. ſi vero eſt extraneus. & hoc idem videt̃ vel-
le dicere Inn. ibi, dum dicit illa verba: videlicet, ſed cum debeo
intereſſe electioni: quia electio nõ fit nomine cuiuſlibet ſingu
lariter, ſed nomine capituli, &c. quaſi velit aliud eſſe, ſi nomine
cuiuſlibet ſingulariter: & ſic ꝙ ſint plures ſingulares, & non v-
nus tantum: vt in præced. proxima conclu. nec vt noĩe capituli:
vt in 3. concluſione. ¶ Iſta ſunt, quæ volunt Inn. Io. An. & quaſi
omnes in ſ̃. dictis locis, quid dicendum in hac materia, reducẽ-
do illam ad caſum noſtrum. ſ. patronorum ñ præſentãtiũ. ¶ Et
omiſſis primis duabus concluſionibus, quia nõ faciunt ad ma-
teriam noſtram, vt ſ̃. diximus, dico omnes quatuor alias cõclu
ſiões verificari poſſe in patronis eccleſiaſticis, & ſecularibus p̃-
9 ſentantibus: † & ideo quæ dicta ſunt à docto. in locis. ſ̃. alle. de
habentibus eligere circa retinendam vel amittendam poſ. poſ-
ſunt extendi ad habentes p̃ntare, & ſic ad patronos, ad retinen-
dam vel amittendam poſ. nam dicta Inn. in d. locis: & alibi in ma
teria electionis, ſemper trahuntur ad præſentationem: tam in
acquirenda poſ. quam in retinẽda, & amittenda poſ. vt latè pa-
tet in art. præcedentibus totius huius. 3. q. prin. & ideo idem di
10 cendum fore videtur in præſentatione. ¶ † Tertia igitur con-
cluſio, ꝙ quando ſpectat electio ad aliquem, vt canonicum ex
nõ electione, nõ amittit poſ. poteſt verificari, quãdo præſenta-
tio ſpectaret ad aliquod collegium vel vniuerſitatem eccleſia
ſticam, vel ſecularem, ad quod, vel ad quam ſpectare p̃t p̃ſenta-
tio: vt diximus late. ſ̃. in j. li. in j. par. in 7. q. prin. in xv. art. dũ que-
rimus ibi: an ius pa. cõpetere poſſit vniuerſitati vel collegio, &
in 8. q. princ. in j. art. dum tractauimus de populo ſeu plebe pa-
tronis: & in iſto caſu per dicta Inn. Io. Andr. & aliorum in ſupra
allegatis locis vnus de vniuerſitate, collegio, populo, vel plebe
ex non præſentatione, cum aliis non amittat poſ. iuris præſen-
tandi, vt in iterata præſentatione præſentare non poſſit: quia
præſentare poterit ſicut canonicus poterit eligere: & iſte caſus
eſt clarus, & nullũ in hoc vertitur dubiũ: quia iura & rõnes lo-
quentia, & loquentes in electione cõpetenti capitulo, habent
locum ẽt in p̃ſentatione cõpetenti alicui collegio, vel vniuer-
11 ſitati ꝑ ꝓximè dicta. ¶ † Quarta concluſio, ꝙ ſi eſſent plures q
nõ vt canonici, ſed ex diuerſis iuribus deberent intereſſe electi-
oni, ꝙ illi, qui vtuntur vno iure, excludunt vtentes alio iure, nõ
eligentes. Mihi vr̃ hoc poſſe verificari in iſto caſu: licet tactum
ab aliquo ñ inuenerim. ſ. qñ fuerũt tres, qui eccleſiam deduxe-
runt ad eſſe, & ad bene eſſe: quia vnus dedit fundũ, alter cõſtru
xit: & tertius dotauit vno tp̃e, vel diuerſis tp̃ibus cũ cõſenſu tñ
ordinarij, qui omnes ſunt patroni inſolidum ex diuerſis iurib⁹,
quod quidem eſſe poteſt: vt latè diximus. ſ̃. in j. part. j. lib. in 3 q.
prin. in j. cum quinque ſeq. art. & in 6. q. prin. in 1. 3 4. & ſeq. art.
12 † nam deſcendentes ab illo qui dedit fundum, vtuntur vno iu
re: deſcendentes ab illo, qui ↄſtruxit, vtuntur alio iure: deſcen-
dentes vero ab illo, qui dotauit, vtũtur alio iure. Si ergo deſcẽ-
dentes ab illo qui conſtruxit, nõ præſentarunt ſemel, excludẽ-
tur à præſentantibus vtẽtibus aliis iuribus: licet agere poſſint ĩ-
terdicto recuperandæ: ſicut diximus. ſ̃. in d. 4. ↄcluſione. ¶ Quid
dicendum in hoc paſſu? certe omni iure videretur ita eſſe con-
cludendum, quando iſti tres ſeparatim fecerunt prædicta, & ha
betur vera notitia, quemlibet ſuo iure pœnitus ſeparatim ve-
nire ad p̃ſentationem: ſed quando non haberetur vera notitia:
quia cenſendum eſt omnes venire ad ius pa. vno iure vel ex tri
bus iuribus ↄfuſis: tñ quia omnes inſimul fecerunt illa tria, non
debemus dicere tunc fore dicendum: vt dicitur. ſ̃. in d. 4. cõclu.
Cogita tamen circa hoc: quia eſt pulchrum dictũ, & à nemine
quem viderim, ita ĩ ſpecie deductum. quod mihi vr̃ veriſſimũ,
ꝑ dicta Inn. Compo. Io. An. & aliorũ in locis. ſ̃. alleg. & faciunt
quæ diximus. ſ̃. in j. par. j. li. in 3. q. prin. in 8. art. in ver. & circa pri
mum membrum. quod quidem dictum ſi eſt verum, vt ego te-
neo, eſt maxima limitatio ad ea, quæ habemus concludere. j̃. in
13 6. conc. † ꝙ licet, quãdo ſunt plures patroni nõ p̃ſentantes vna
vice, nõ amittant quaſi poſ. quia præſentantes nõ præſumũtur
habere animum ſpoliandi compatronos, vt ibi dicetur: hoc ta-
men nõ procedat, qñ patroni ex diuerſis iuribus præſentant: &
omnes præſentãtes vno iure nõ conueniunt nec præſentãt: pu
ta habẽtes ius pa. ex cõſtructiõe: quia habẽtes ius pa. ex ſoli col-
latione, & ex dotatione, videntur habere animum ſpoliãdi illos
qui veniebãt illo alio iure, per ſupradicta: & hoc videt̃ velle ex
preſsè Abb. in conſ. 54. caſus cõtingentia. & in j. vol. in vlt. col.
dum ponit pro conſtãte, ꝙ vbicunque ius præſentandi ꝑtinet
ad plures ſimul, tunc præſentatio vnius, non nocet alteri: qua-
ſi velit ſecus eſſe, cum ſpectat ad plures nõ ſimul: ſed ex diuer-
14 ſis cauſis. ¶ † Bene tñ dicerem vnum, ꝙ ad hoc dicẽdum, vt lo
cum habeat, neceſſe erit oẽs illos, qui veniũt ex illo iure ↄſtru-
ctionis, ñ præſentaſſe ad effectum, vt veniẽtes ex illis aliis duo-
bus iuribus ſoli collationis & dotationis, videantur habere ani
mum ſpoliãdi eos: quia ſi aliqui ex illis præſentarũt, ñ viderent̃
excluſi nõ p̃ntantes: quia p̃ſentãtes ex illo iure ſuſtinebunt ius
non præſentantium, ex quo ad excludendos venientes vno iu
re neceſſe eſt neminem ipſorum interfuiſſe: vt clare videt̃ vel-
le tex. in c. Cumana de ele. vbi ponderatur omnes illos, qui ve-
niebãt, certo iure nõ elgiſſe &c. vt ibi: & hoc ẽt vr̃ velle Ab. in
15 præal. conſ. 54. in vlt. col. † dum dicit, ex præſentatiõe vnius ex
patronis ex parte patris ↄſeruari poſſeſſionem oĩm patronorũ
inde ꝓuenientium: vnde vnus ↄſeruat poſſeſſionem oĩm. Co-
16 gita circa iſta, quia noua & intacta: & credo ꝓcedere. ¶ † Quin
ta concluſio, ſi vnus eſt in poſſeſſione, vt ſolus eligat, & alter e-
legit, & electus reputatur: & habetur pro electo, qui ſiſtebat in
17 poſſeſſione, amittit poſ. † verificatur hæc concluſio expreſsè
in vno patrono vel exiſtente in poſ. ꝙ ſi alter præſentat, & p̃n-
tatus habetur pro legitimo p̃ntato, & ĩſtituto, qui prius erat in
poſſeſſiõe, amittit poſſeſſionem: & illam acquirit ille alter, qui
præſentauit. & hoc expreſsè probatur in tex. in c. conſultatiõi-
bus, hoc ti. vbi ꝑ vnicam p̃ntationem tex. vult poſſeſſionem ac
quiri: & ꝑ conſequẽs poſſidẽtem amitti: per plenè dicta. ſ̃. in ꝓ-
ximo præced. xj. art. dum ibi quæritur, an quaſi poſ. iuris patr. &
præſentandi acquiratur vnica præſentatione: & concluditur, ꝙ
ſic. Ita & ꝑ habentem eam amittitur quãdo. ſ. habẽs eſt ſolus pa
tronus, vt dicitur hic: & expreſſius dicetur in ſeq. concluſione:
vnde omnia allegata in d. xj. art. hic allegari poterint. & hoc ex-
preſſius vult Fed. in conſ. cij. nobilis quidam. in vlt. dubio. vbi di
18 cit Inn. in terminis voluiſſe in d.c. querelam. † ꝙ ſi aliquis ſit ſo
lus in poſſeſſione eligendi, & ꝑmittit aliũ eligere, amittit ſuam
poſſeſ. & licet Inn. loquatur in electione. & tamen Fed. dicit in
terminis eum loqui in præſentatione. & idem vr̃ velle Abb. in
d. conſ. 54. caſus contingentia. in j. vol. & in d.c. querelam. in fi.
dum allegat Fed. in d. conſi. Et ad prædicta ẽt faciunt, quæ dixi-
mus latè. ſ̃. in proximo preced. xij. art. dum tractauimus ibidem
de tutore præſentante ſemel cum pupillo, qui tutor nũquã fuit
patronus. & ẽt faciũt, quæ diximus. ſ̃. in immediate præced. art.
alleg. Io. cal. in conſ. xv. duo bis præſentant. fol. lxj. vbi etiã hoc
expreſsè videtur velle: & in hoc non eſt inſiſtendum. ¶ Expedi
tis igitur iſtis quinque concluſionibus, nulla illarum (vt ex il-
lis clare apparet) tangit noſtrum art. Sed ea dicta ſint ad maiorẽ
enucleationem art. noſtri, ac præſentis materiæ. Ideo ſequitur
19 6. concluſio, que vere tangit caſum noſtrum. ¶ † Et quia con-
cluſio dicit: ꝙ ſi aliquis ſingulari iure eſt in poſſeſſione eligẽdi,
cum alijs non ex iure, vt vnus ex canonicis, vel de capitulo, eo
ipſo ꝙ non eligit, amittit quaſi poſ. per dicta Io. And. expreſsè:
20 & tacita Inno. in d.c. querelam. ¶ † Iſta concluſio verificari p̃t
in præſentatione patronorum, qui reuera non collegiali iure,
ſed ſingulari vtuntur. Vnde reſpondẽdo formiter præſenti art.
eſſet dicendum ſecundum illam cõcluſionem, ꝙ aliquibus pa-
tronis præſentantibus, & aliquibus nõ, ñ præſentantes amittũt
poſſeſ. ſeu quaſi: quia non eſt idem, ſicut quãdo ſpectat ad eos,
vt ad collegium. vt diximus ſ̃. in 3. concluſio. ¶ Sed circa hoc
aduerte: quia Feder. in d. conſil. cij. nobilis quidam. in vltim. du-
bio. vbi eſt caſus: nam cum eſſent quatuor fratres patroni, tres
pupilli, & vnus pubes, & mater tutrix ipſorum trium, vocari fe-
ciſſet fratrem puberem, vt veniret ad præſentandum vna cum
ipſa tutrice: & pubes noluiſſet comparere, & illa præſentaſſet: &
ſequuta fuiſſet ĩſtitutio, querebatur in vltimo dubio: an ille pu
bes amiſiſſet quaſi poſ. præſentandi? Et dicit Fed. quòd prima fa
cie videretur dicendum quòd ſic: quia illi tres pupilli videntur

eſſe ſoli

eſſe ſoli in quaſi poſ.præſentandi,c.pe.de cauſa poſ. & ꝓprie.c.
conſultationibus.hoc ti.Sed tamen dicit ipſe,veritas eſt in ɔtra
rium: quia noluit eſſe in vno actu,vel eſt negligens : ſeu cõtu-
max,non vr̃ eſſe ɔtumax in alio,nec renũciare eidem,alle.c.cũ
olim.de teſt.& c.2.de dolo & cõtu.lib.6.& Inn.& Hoſt. in c.ec
cleſia veſtra.de elec.& in c.dilectus.de of.dele. & in c.2.de ſup.
negli.præla.¶Poſtmodum ſubdit iſtum art.tangi quaſi ad lite-
ram,per Inn.& Compo.in d.c.quærelam. de elect.ex gl. ipſorũ
21 dicit colligi:ꝙ ſi aliquis † habet ius eligẽdi cum aliis,dato ꝙ v-
na vice condemnetur,vel negligat eligere,non tamen amittet
proprietatem,nec poſſeſſionem.¶Præterea addit ipſe, ad hoc,
22 vt quis amittat quaſi poſ. requiritur † ſpoliantem habere ani-
mum ſpoliandi:ſed cum compatronus nõ habeat animũ ſpoli-
andi,ſed vtendi iure ſuo,merito nõ præſentãs nõ amittet quaſi
poſ.quod q̃ maximè apparet,ex quo tutrix requiſiuit illum,vt
veniret ad præſentandum cum ea. Et iſta dicit ɔcludi ex dictis
gloſarum Inn.& Comp.Ita Fed.in ɔſ.de quo ſ.¶Hoc idem ex-
preſsè tenuit ẽt conſulendo Io.cal.in conſi.15.duo bis p̃ſentant.
fol 62.de cuius caſu latè diximus in proximo præced.art.& mo
uetur per rationes Fed.licet ipſum non nominet:qui etiam all.
Inn.in d.c.quærelam,quem dicit ita intelligi debere: & eũdem
Inn.in c.bonæ.el 2.de poſtula.prælato.¶Hanc eandem ſenten
tiam tenuit ſimiliter conſulendo d.Abb.in ſ.allegato conſ.54.
in vlt col.qui licet etiam eſſet argumentatus ꝓ prima part.ꝓut
fecit Fed.tamen ɔtrarium tenet in vlt.col.& facit concluſionẽ:
23 ꝙ † vbicunque ius præſentãdi pertinet ad plures patronos ſi-
mul,licet appareat aliquos ex eis tñ p̃ſentaſſe,& ad eorũ præ-
ſentationem præſentatum inſtitutum fuiſſe:tamen ex quo nõ
appareat expreſsè illos patronos præſentaſſe animo ſpoliandi
alios ſua quaſi poſ. nõ ſit præiudicium aliis patronis in ſequen.
actib. nec circa ꝓprietatem,nec circa poſſeſſionem:quia negli-
gens in vno actu &c.Et hoc apertè dicit colligi ex ſubtiliter ta-
ctis per Inn. & Compo.in d.c.querelam. & clarius in terminis
noſtris poſuiſſe Federi.in conſ.117.in vlt.art.ſed debuiſſet alle
24 gare in conſ.cij.vt ſ.diximus.¶† Et addit plus dicere,per præ-
ſentationem vnius ex patronis ex parte patris conſeruari poſ-
ſeſſionem omnium patronorum inde ꝓuenientiũ:vt dicit col-
ligi ex locis ſ.allegatis.Iſta ſunt quæ præallegati doct.dicunt in
hoc paſſu quid dicendum:vt tu vides Fede.Io.Cal.& Abb vna-
nimiter videntur hoc concludere,per dicta Inn. & Compo.in
locis præallegatis:& ſ diximus in ipſa.6.conclu.Io. And.in d.c.
querelam.in 2.col.in ver.ſi vero eſt extraneus.videtur tenere
contrarium in hoc caſu.Et hoc idem videtur velle Inno in d.c.
querelam.in illis verbis,dum dicit,ſed cum debeo intereſſe ele
ctioni:quia electio nõ ſit noĩe cuiuſlibet ſingulariter, ſed noĩe
capituli:vnde certè non video,vbi hoc dicat Inn.nam licet.ſ.al
legata verba Inn.non confirment opi.Io.Andreæ vera,quia illa
expreſsè nõ dicunt:& ideo Io.And.vt vides in d.ver.ſi vero eſt
extraneus.ipſum non allegat:tamen nec opi.Fed. verba Inn.ꝓ-
bant:ſed melius illam ꝓbant eius verba in d.c.bonæ el 2.de po
ſtu.p̃la.¶Sed negari nõ poteſt Io. And. tenere ɔ Fed. niſi dica-
mus illa verba Io.And.venire continuatiuè ad præcedentia:nã
cum prius dixiſſet habentem eligere : vt canonicus nõ eligen
do vna vice non amitti poſſeſſionem:poſtea cõtinuat aduerſa-
tiue dicendo, ſi vero extraneus eſt,qui non vt canon.vt in præ-
ced.caſu eſt dictum:ſed ſingulari iure eligit,amittit poſ.&c.q d.
quia eligit cum canonicis,non iure capituli, ſed ſingulari : vt ſi
aliquis Abb.haberet interuenire cum canonicis in capitulo, &
ſic ſicut in caſu.4.concluſionis:& non in caſu huius.vj.conclu-
ſionis.Et ita intelligendo Io.And. non videtur facere concluſi
onem nouam,vt diximus:ſed eandem cum illa.4.concluſione:
& ſic non habendo contrarium expreſſum opinio Fede.Io.cal.
& Abb.tenenda eſt,maximè cum rationes eorum militẽt. Pro
quibus etiam faciunt ea,que diximus.ſ.in x.præcedẽ.arti.dum
ibi quæritur qualiter quaſi poſſeſſio iuris pa.acquiratur:& inter
alia requiritur animus ſpoliandi,& ſcientia ſpoliati,quæ hic cõ
currere non poſſunt: cum nec præſumatur talis animus in com-
patrono,ſed potius vtendi iure ſuo : nec ſcientia in compatro-
no,cum non poſſit ſcire illum velle aliud facere,quam vti iure
ſuo: & hoc potius præſumendum eſt, quam velit aliud facere:
vt vult etiam Abb.in d.conſi.54.& ita ego etiam concluderem
in hoc paſſu.¶Vnum tamen nota:nam Fed.in d.conſ.cij.ponit
magnum verbum:vt etiam ſi ɔdemnaretur alius, pro vna vice,
nõ amittat poſſeſſionẽ:nã ſi ita ruditer intelligeretur, ſequeret̃
ꝙ ɔdemnatus ẽt circa poſſeſſorium,retineat poſſeſſionẽ, quod
quidem non ꝓcedit: vnde intelligẽdum eſt illud verbum,ſi cõ
demnaretur ex aliqua alia cauſa.ita ꝙ pro illa vice non præſen
tauit : vt latè diximus.ſ.in 14.præceden.artic.dum tractauimus
ibi:an per caſſationem præſentationis factæ perdatur quaſi poſ
ſeſſio : & diſtinximus ex quo capite fiat caſſatio. ¶Aduerte ad
aliud circa iſtam concluſionem Fed.nam licet in caſu cõſilij ſui
videatur concluſionem procedere:quia ille compatronus fuit
vocatus:quo caſu videtur apparere compatronos non habuiſ-
ſe animum ſpoliandi compatronum,ex quo ipſum vocabant:
quod tamen Fed.non ponderat:ſed videtur velle hoc ꝓcedere
ſiue fuerit vocatus,ſiue non.Et hoc expreſſe videt̃ tenere Abb.
in d.conſ.54.cum non ponderet ibi aliquam vocationem:ſed
magis expreſsè hoc videtur velle Io.cal.in d.conſ.xv.cũ expreſ
25 sè dicit compatronum non eſſe requirendum,vt ibi.¶† Indi
ſtinctè ergo eſt tenendũ,ꝙ aliquibus patronis præſentantibus,
& aliquibus nõ,nõ p̃ntantes nõ amittunt quaſi poſ.quia p̃ntã-
tes conſeruant quaſi poſ.nõ p̃ntantium.Et iſta ſufficiant quan-
26 tum ad prædicta, quæ ſunt valde trutinata.¶† Collige tamen
ex omnio prædictis:quia ſeruient ad multa,j.dicẽda doct.ſ.alle
gatos adducere iura loquentia de electione in materia p̃ratio
nis:& ſic iura diſponentia in electione,habere locum in p̃ſenta
tione.quod plenè ꝓbatur in c.ſi.de ele.li.6 vbi oẽs.Reperi poſt
modum d.Roc.in hoc tract.in verb.competens alicui.in 17 q.
querentem.de hoc art.& concludentem: vt ſ.concluſimus p au
toritates Abb.Fed.& Cald.in conſiliis.ſ.deductis: non tamen il
la diſcutiendo,vt ſ fecimus.¶Et ꝓ premiſſa ẽt concluſione di-
27 cit facere tex.in l.cõis ſeruus.ff.de acqui.poſ.†vbi ꝓbatur ꝙ ſi
vnus poſſideat rem cõem, ab omnibus ɔſociis poſſideri intelli
gitur:& ꝑpea dicit ibi nota.Bart.ꝙ ſi plures ſunt hæredes,q ha-
beant bona cõia,& vnus ſolus adminiſtrat, & fructus ꝑcip r.di-
cuntur & alij poſſidere:quia ille qui adminiſtrauit totum,vr̃ geſ
ſiſſe iure familiaritatis,& communi nomine:& ita dicit tranſire
alios doct.ibi referre & ſequi d.Alex. ibidem qui legit illam le-
gem cum,l.qui iure familiaritatis præcedente:& hanc conclu-
ſionẽ ẽt ſentire Io.An.& Gem.in c.vnico.in ſi.hoc tit.li.6 poſt
Rofre.in quæſtionibus ſuis in q.18.& ſic reſidet Roch.vbi ſ.

¶Decimuſſeptimus art.3.q.prin.j.partis.2.Libri.

1 *Patroni ſi admittant ſecum in præſentatione aliquem non patronum, an hoc illis præiudicet,& ille admiſſus acquirat ius patronatus, vel quaſi poſſeſſionem ipſius.& n.2.& latè n.4.11.12.13.14,16 18.19.20.21.22.*
3 *Capitulum an poſſit admittere in electione epiſcopi quempiam qui de iure vel conſuetudine electioni ipſi intereſſe non poteſt.*
5 *Bona fides neceſſario non requiritur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem.*
6 *Quaſi poſſeſſio acquiritur ex vnica præſentatione,& inſtitutione ſequuta.*
7 *Tutor præſentans vna cum pupillo,patrono patiente,quaſi poſſeſſionem præſentandi acquirit.*
8 *Donationis natura.*
9 *Eccleſiæ non expedit plures habere patronos.*
10 *Eccleſia ſemel liberam ſeruitutem impoſterum non admittit.*
15 *Ad præſentandum cum patrono admiſſus,an & quando ſit in mala fide.*
17 *Cauſa limitata limitatum effectum parit.*

Quia Supra diximus qualiter compatroni præſentantes
conſeruãt ꝓprietatem & poſſeſſionem compatro-
1 norum non præſentantium,merito decimoſeptimo † contin-
git dubitari,quid ſi patroni admittunt cum eis in præſentatiõe
aliquem nõ patronum:an eis præiudicet,& ille admiſſus acqui-
rat ius pat.vel quaſi poſſ.ipſius.¶Circa materiam electionis de
iſto art.quærit Firma.in ſuo trac.de epiſcopo in 2.lib.in 3.part.
in 50.q. qui licet corrupte loquatur ex defectu impreſſorum:
tamen videtur concludere patronos nõ amittere quaſi poſ. li-
cet alium cum eis ad præſentandum admittent:vnde in alia ele
ctione poterunt eligere.Ita dicit firmare Floria.in l.ſi ſit conſti
tuta.ff.quemadmo.ſerui.amitta.& Inno. in d.c.querelam.de e-
lec.quia nõ ſolum ipſi admiſſi, ſed vna ſimul eligentes vel exi-
ſtentes in quaſi poſ.eligẽdi, & nõ electores admiſſi eligere po-
terunt.Et demum ipſe Firma remittit ſe ad dicta ꝑ eum in præ-
allegato tract.in 2.lib.in 3.parte in 2.q. vbi dum quærit,an cle-
rus vna cum canonicis debeat intereſſe electioni epi? poſt plu-
ra dicit , bene aduertant canonici , ne patiantur alios eligere e-
piſcopum:quia patiendo,perderent quaſi poſ.iuris eligẽdi:que
tamen non perditur ſi ſemel non eligãt ipſi,ad quos pertinet iꝰ
eligendi,ſi alii non eligant.alle.Flo.& Inn.vbi.ſ.in quibus om-
2 nibus dictis Firma.†vt vides ſolum videtur concludere admit-
tentes non habentem ius eligendi ad eligendum nõ amittere
quaſi poſ.niſi ſi cum illis ipſi nõ eligerent:quia tunc bene amit
teret quaſi poſ.vt in proximo præced.art.diximus : & maximè
in v.& vj.concluſione.¶Et ſic,vt vides in iſtis locis Firma. tan-
3 tum tangit, an iſti admiſſi acquirant quaſi poſſeſ.¶†Bene verũ
eſt,ꝙ iſtum art.videtur formare idem Firma.in d.lib.in d.3.par.
in 3. quæſtio. vbi quærit, an capitulum poſſit admittere in e-
lectione epiſcopi aliquem, qui de iure nec de conſuetudi-
ne ipſi electioni intereſſe non poteſt : & reſpondet quòd ſic,
allegando

allegando tex.in c.ſcriptum.de ele. quod dictum modificat dũ
modo vnus de capitulo non ɔdicat vt ibi. ¶ Et certè nec in iſta
q.Firma.videtur decidi art.noſter: nam poteſt eſſe, capitulum
poſſe aliquem non habentem eligere in electione vna cũ eis
admittere ad eligẽdum,& non intelligeretur acquiſiuiſſe quaſi
poſ.in electionibus futuris. quem pũctum non tangunt q̃ones
4 Firma. ¶ † Ego hunc art. videlicet an extraneus admiſſus acq-
rat quaſi poſ.eligendi vel præſentandi, non reperi ab aliquo in
ſpecie tactũ:ſed ex dictis in x.&ſeq.art.huius 3.q.prin.Conſide-
ro iſtum admiſſum acquirere quaſi poſ. quia in iſta admiſſione
ad eligendum vel præſentandum interueniunt oĩa requiſita in
acquiſitione quaſi poſ.de q̃bus.ſ̄. in d.x.art.nam iſta præſenta-
tio,quæ fit cum aliis, fit cum eccleſia vacat,& patronis ſcienti-
bus:& non ſolum non ɔdicentibus, ſed ẽt volentibus ex quo
admittunt ad eligendum,vel præſentãdum:vt hoc expreſsè vi-
deor tangere in d.x.art,in fi.j.requiſiti interuenit ẽt ĩſtitutio ſu-
perioris:quia hoc in themate art.præſupponere debemus:& q̃
5 uis †bonafides de neceſſitate non requiratur ad acquirendam
quaſi poſ.vt diximus in d.x.art. Interuenit tamen bonafides ad
miſſi:quia cum videt ſe admitti putat vel ſe habere ius in illa e-
lectione ſeu p̃ſentatione:vel ꝙ admittentes velint ſibi illud ius
de nouo tribuere: vnde cum iſte admiſſus habeat oĩa requiſi-
ta in acquiſitione quaſi poſ.merito dicendum eſt eum acquire
6 re quaſi poſ. ¶ † Ad quod ẽt facit id quod.ſ̄. diximus in xj.art.
præſentis,q.prin.ex vna præſentatione & inſtitutione ſequuta
7 quem acquirere quaſi poſ.vt ibi late. ¶ † Et facit ẽt,quod cõ-
cluſi in xij. art.p̃ntis q. tutorem p̃ntantem cum pupillo patro-
no acquirere quaſi poſ.p̃ntandi ꝑ latè ibi dicta.& faciũt ẽt,quæ
ſ̄.diximus in xv.art.p̃ntis.q.vnde allegata in dictis loc. poterũt
hic adduci. ¶ Vnum tamen eſt in hac materia,quod me turbat:
nam ſ̄.in j.par.j.li.in 2.q.prin. 2.art poſuimus tres modos ordi-
narios acquirendi ius pa.ſ.ſoli collationis,ɔſtructionis,& dota
tionis:& ibidem in x.q.prin.ꝑ totum poſuimus duos alios mo
dos extraordinarios acquirendi ius pa. ſ. priuilegij & præſcrip-
tionis.In ſecunda vero parte.d.j. libr. poſuimus omnes modos
transferendi ius pa.de patrono in nõ patrono; & tamen in nul
lo prædictorum modorum acquirendi vel transferendi ius pa.
reperitur iſte modus admiſſionis ad præſentãdum cum patro-
nis, merito cum hic modus non reperiatur ſcriptus,permitti ñ
debet, cum ſimus in materia ſtricta, in qua laicus dicitur inca-
pax:&ideo dicitur gratioſe conceſſum illis, qui prædicta tria fe
cerunt,& non aliis.c.3. hoc ti.& ideo non debet ad alios exten
di,& maxima fit difficultas in modo transferendi: vt diximus ſ̄.
in d.2.part.j.lib.in prin. j.q.prin. ¶ Et ſi diceretur hunc modum
8 includi †ſub modo transferendi ti.donationis,de quo diximus
ſ̄.in d.2.par.j.lib.in 4.q.prin per totum. Reſpondetur hoc non
militare;quia iſta non eſt vera donatio:nam nõ abdicat à ſe ius
pat.& alteri dat:vt eſt natura donationis:vt ibi eſt dictũ ex quo
ipſe ẽt vult præſentare, & præſentat cum non patrono. Vel ſi
bene eſſet donatio,vbi eſt conſenſus ordinarij, qui in donatio-
ne iuris pa.interuenire debet:vt diximus in d.2.part.j.lib.in j.q.
prin.in 2.artic. dicendum eſt igitur hunc modum admiſſionis,
9 cum non reperiatur in iure nõ habere aliquid operari. ¶ † Cõ
firmantur prædicta:nam nõ expedit eccleſiæ habere plures pa-
tronos:imo ſuperior debet ꝓuidere, ne ex multitudine patro-
norum eccleſia grauetur: vt dicit Card.in clemen.plures.ante
medium 3.col.hoc tit.& maximè,propter alimenta in neceſſi-
tate præſtanda:vt latè diximus.ſ̄.in j.parte.j.lib.in 3.q.prin.in 6.
art.dum tractauimus, an vno volente omnia facere, poſſit cõ-
pelli aliũ admittere,& ius pat.eſt potius odioſum eccleſiæ par-
ticulari,quã fauorabile: vt diximus.ſ̄.in j.parte.j.lib.in j.q.prin.
in vlt.arti.ſicut ergo eſt odioſum in totum, ita & in parte,ſ.ad-
dendo non patronum patronis:arg.l.quę de toto.ff.de rei ven.
10 & c.paſtoralis.§.item cum totum.de offi.deleg.† & intantum
eſt fauorabile eccleſiæ eſſe liberam,ꝙ ſemel libera non recipit
ſeruitutem.vt dicit Bald.in c.ſignificauit.in j.no.& ibi do.Fely.
de teſti.arg.l.fi.C.de bonis liberto.& diximus.ſ̄.in d.j par.j.libr.
in 2. q.prin.in 4.art.dum tractauimus de edificãte eccleſiam,&
nihil dicente. & latius etiam diximus de eccleſia libera non re-
cipientę ſeruitutem.ſ̄.in d.j.par.j.lib.in 6.q.prin.in j.& ij.artic.Si
igitur ex iſta admiſſione admiſſus efficeretur nouus patronus,
eſſent multo plures patroni,& eccleſia magis grauaretur in ho
noribus & alimentis:vt diximus.ſ̄.in d.j parte.j.lib.in 3. q.prin.
in 6.art.& de proxima libertate eccleſiæ,nõ ita cito ſperaretur:
ergo dici deberet per electionem nõ præſtari ius admiſſo. ¶ Et
ad prædicta etiam facit motiuum,quod feci.ſ̄.in 2.parte.j.lib.in
2.q.prin.in j.art.dum tractauimus an ius pat.ſolum tranſeat ad
hæredes ſanguinis: nam ibi in ſecundo,& tertio motiuo ꝓ par-
te, ꝙ non tranſeat ad hæredes extraneos, induco fauorem ec-
cleſiæ:vt citius efficiatur libera,eodem modo dicere debemus

in caſu noſtro:quia ſi iſta admiſſio non operaretur,citius eccle
ſia efficeretur libera,ꝑ ibi dicta maximè in 3.motiuo:cum iſtud
eſſe patronum ſit ex gratia & exorbitans:& ideo non eſt exten
dendum,vt admittere poſſit nõ patronum:& faciunt etiam di-
cta ibi in 6.motiuo dictæ partis,& licet ibi teneatur pars contra
ria.ſ.ius patr. tranſire ad quoſcunque hæredes dummodo ſint
hæredes: tamen reſponſiones date ad illa motiua in illo caſu à
iure permiſſo.ſ.ſucceſſionis,vt ibi patet non militant in iſto ca-
11 ſu admiſſionis,qui non reperitur à iure permiſſus. ¶ † Quid di
cendum in hoc paſſu? certè ſi ad verba arti. noſtri aduertatur,ſ̄.
ſcripta in oppoſitum adducta,non obſtant.nam nos quærimꝰ:
vtrum per iſtam admiſſionem ad electionem,vel præſentatio-
nem extranei admittentes eum præiudicent ſibi? & dicendum
eſt ꝙ ſic;quia cum ipſi ſoli potuiſſent eligere vel p̃ſentare,mo-
do vox eorum fuit diminuta,ꝓpter admiſſum, prout dicit Ab.
in c.cum Vintonienſis.& in c.ſcriptum de electione:& dicetur
plenè.j̃.in 2.par.2.lib.in 2.q.prin.in 16.art.dum tractabimus:an
vnius patroni ɔtradictio operetur, vt non patronus ad præſen-
tandum non admittatur,tamen ſibi non præiudicant: vt ipſi in
futurum præſentare poſſint; quia poterint præſentare.vt ſ̄.eſt
12 dictum poſt Firma ¶ † Aliud & ſecundum membrum art.no
ſtri eſt: an iſti admiſſi acquirant ius patro. vel quaſi poſſeſ.eius,
& in quaſi poſſeſſione eſt concludendum ꝙ ſic,per ſupra dicta.
13 Contraria non obſtant,† quia loquuntur in acquiſitione veri
iuris patr. in quo dicendum eſt admiſſum illud non acquirere:
cum iſta admiſſio non ſit modus à iure introductus acquiren-
di ius patronat. præſertim ſine ordinarij conſenſu, per fortiſſi-
14 ma motiua rationis.& iura,ſ̄. allegata. ¶ † Vnde ex prædictis
infero duo ab aliis nũquam tacta,ꝙ licet non patronus admiſ-
ſus ad præſentationem cum patronis & inſtitutione præſenta-
ti ſequuta acquirat quaſi poſ. & in ſeq. præſentatione admitti
debeat: tamen conſtito eum non eſſe patronum,non deberet
amplius ad præſentationem admitti ſicut nec alij quaſi poſ. iu-
ris præſentandi,de iure eorum non conſtito:iuxta no. in c.con
ſultationibus.hoc tit.& voluntatem compatronorum non o-
perari aliquid in hoc, cũ ordinariꝰ indagare debeat, ne eccleſia
pluribus patronis grauetur,quãto magis extraneis: ꝑ ſolemne
dictum Car.in d.clem.plures.ante medium.3.col.cũ aliis.ſ̄.ad-
ductis.vt etiam pulchre voluit Phili.Decius in conſ.cxlix. in 2.
dubio in 3.col.in ver.ſecundo reſpondetur.vbi loquit̃ de qua-
ſi poſ.& dicit illam non acquiri ꝑ admiſſum in p̃iudicium eccle
ſiæ,qui in conſ.124.in prin.pe.col.dicit hoc non ꝓcedere, cum
habere talem patronum, quia tunc non eſſet præiudicium, ſed
vtile eccleſiæ.Et ideo hodie ponitur edictũ non ſolum ꝓ inter
eſſe patronorum: ſed etiam ꝓ intereſſe eccleſiæ,ne forte ſit li-
bera vel non omnes præſentãtes patroni:& ſic cognoſcere ha
bet de iuribus p̃ntantium & meritis p̃ntati:vt no.omnes in c.fi.
de ele.lib.6.vnde ſi ordinario hoc non cõſtitit in prima præſen
tatione,cũ ſibi conſtitit,potuit hoc agere,vt ſ̄.dictũ eſt:& quia
nos in hoc caſu præſupponimus hunc admiſſum cũ aliis patro
nis præſentaſſe, & inſtitutionem ad eorum præſentationem ſe
quutam fuiſſe, nõ poſſumus dicere præſentatum ɔſtito de nõ
iure p̃ntantis,amouẽdum,facta diſtinctione bonæfidei vel ma-
læ fidei:vt diximus ſ̄.in hac,3 q.prin.in primis art.Sed bene dici
p̃t,ꝙ ſi in ſcd'a p̃ntatione iſte admiſſus ſolus p̃ntaſſet,& alij veri
patroni non, licet ſequuta fuiſſet inſtitutio, inſtitutus eſſet re-
mouẽdus,ſi ille admiſſus erat in malafide:ſi vero fuiſſet ĩ bona-
fide,non:prout diximus de aliis quaſi poſ.bonæ vel malę fidei,
15 ſ̄.in iſta 3.q prin.in dictis primis art. ¶ † Et ſi diceretur, quomo
do iſte admiſſus poſſet eſſe in malafide,ex quo veri patroni ad-
miſerunt eum? dico hoc poſſe eſſe,quãdo admiſſus ſciret ſe nul
lo modo eſſe patronum,nec habere aliquam ɔiunctionem cũ
illis,nec ſe alias p̃ſentaſſe. qui tñ ſcire debebat de iure illos pa-
tronos ſolos ipſum patronum facere non poſſe, nõ accedentę
cõſenſu epi,cum ignorantia iuris, nõ excuſet eum vulgatis iuri
16 bus. ¶ † Attentarem circa hanc primam illationem vnum, vt
omnia hęc dicta procedant,quando ius pa.ſpectaret aliquibus,
vt ſingularibus.iuxta no. in c.3.hoc tit. ſed ſi ſpectaret alicui v-
niuerſitati,ſeu collegio,vt vniuerſitati,ſeu collegio: tũc diſtin-
guerem,ꝙ aut admittunt illum pro illa vice,& nullum acquirit
admiſſus ius: nec in proprietate,nec in quaſi poſſeſſione: Cum
17 † limitata cauſa limitatum pariat effectum,vulgatis iuribus.Si
vero admiſerunt eum in vniuerſitatem vel collegium, & ſo-
lum fit diminutio vocum ipſorum,vt ſ̄.diximus:& ſicut erãt vi
ginti facientes collegium,erant viginti vnus, & remanet ſola
vniuerſitas,vel collegium patrona,vel patronum: & ſic nõ au-
getur numerus patronorum:&ideo non militant ſ̄.ſcripta nec
dicetur patronus de per ſe: ſed tanquam vnus de collegio
iam patronus,merito ſuprascripta in eo locum non habebunt.
¶ Si vero illi de collegio vel vniuerſitate admiſerunt extra-
neum æquæ

extraneum æque principaliter, vt collegium vel vniuerſitatẽ, augendo p̃ronos, vt ſicut erat collegium ſolus p̃ronus, nũc eſſent p̃roni collegium,& extrane⁹ admiſſus, ex quo oĩa ſ.ſcripta militabãt ĩ ipſo admiſſo: dicendũ erit de eo, ſicut modo dixim⁹
18 in iſta illatiõe ĩ extraneo admiſſo p ſingulares p̃ronos. ¶ † Et ſi diceretur in ſecundo membro huius diſtinctionis, cur nõ requiritur cõſenſus epi, cum videatur illud ius pa.trãſferri in extraneum reſpondetur q principaliter tunc non agitur de tranſlatione iuris pa.ſed de aggregando extraneum in collegium,& in conſequentiam venit, vt p̃ſentet cum collegiatis:& ideo nõ requiritur conſenſus epi, arg.rationis aſſignatæ p doc.in c.ex lite-
19 ris.& in c.cum ſeculum.hoc ti. ¶ † Aliud, quod ex prædictis infero, eſt, patronum non poſſe admittendo extraneum ad p̃ſtã dum dare ſeu donare ius pa. penitus non patrono, eo ẽt patrono remanẽte ſine conſenſu expreſſo ordinarij: quia ille tacitus cõſenſus ordinarij, qui vr̃ adeſſe in inſtõne, q̃ facit, non ſufficit ad faciendum illum patronum: licet ſufficiat illa inſtitutio poſt præſentationem ad faciendum ipſum quaſi poſſeſſorem: quia illa inſtitutio ſolum habet effectum inſtituendi, non conſentiendi, vt de ſe patet. ¶ Et ſi tu diceres, cur tu.ſ.in j.part.j.libr.in 4. q.prin.in x.art.concluſiſti, q ſi fundans, conſtruens: ſeu dotans eccleſiam, voluit illius ius pa.eſſe commune cum altero, vel in totum alterius, qui nihil dedit,& videantur in totum, vel in partem donatũ.& conſenſum epi adhibitum in fundatione eccleſiæ,& acquiſitionis iuris pa.habere ẽt vim conſenſus, qui requiritur in donatione, cur non ſic in caſu noſtro: vt inſtitutio ordinarij habeat vim & inſtitutionis,& illius cõſenſus, qui requirit in tranſlatione iuris pat.faciliter reſpondetur: nam conſentiẽs in fundatione, requiritur ad effectum: vt cognoſcantur qualitates volentium eſſe patronos:& tanq̃ cauſa efficiẽs ipſorum: & ſic põt habere locum in extraneo admiſſo in fundatione: vt diximus.ſ.in j.par.j.li.in 2.q.prin.in v.art.& in 2.par.d.j. lib.in 2.q. prin.in 4.art.inſtitutio vero nõ habet creare patronum, nec indagare qualitates eius: ſed ſolum, an ſit patronus:& an præſentatus ſit inſtituendus. Vnde cum non habuerit intentionem p quirendi qualitates noui patroni, ipſa inſtitutio non poterit ſe
20 extendere ad id, ad quod non habuit intentum. ¶ † Et ex iſtis facio aliam pulchram illationem, vt admiſſio extranei cum cõſenſu ordinarij, qui requiritur in prima fundatione, faciet illum extraneum patronũ, ſi admiſſio eſt facta in limine fundationis: inſtitutio vero hoc non operetur in admiſſo poſt fundationẽ: nota iſta, qa noua & nunq̃ cogitata, nec dicta,& certè p̃cedũt.
21 ¶ † Dicerem bene aliud, quod ẽt puto veriſſimum, q ſi iſte admiſſus eſſet in bonafide, qa putaret ſe admitti, tanquã patronũ, vel ſi ipſe erat in malafide, ſaltem ſucceſſores ĩ bonafide exiſtẽtes ſemper præſentantes ſpatio competenti ad præſcribẽdum, & vt verus patronus haberetur,& de non iure ſuo dicto tpe nõ conſtaret, præſcriberet ius pa.& acquireret illud ex p̃ſcriptiõe, vt ſit patronus cum aliis, vel ſolus, quod quidem fieri poteſt, p latè dicta.ſ.in 4.par.j.lib.in xj.& vlt q.prin.in j.& ſeq.art. & hoc vltimum expreſsè probatur in d.c.ſcriptũ.de elec.dum ibi con
22 ſuetudo ponderatur. ¶ † Eſt & aliud dicendũ, vt hæc admiſſio non patroni ad p̃ſentandum cum patronis fieri nullo modo poſſit vno ipſorum cõdicẽte: quia admiſſio fieri debet nemine diſcrepãte,& non aliter.ita Firma.in d.2.lib.in 3.par.in 3.q.allegando Rom.in ſing.ſuis, quod etiam voluit Abb.in d.c.ſcriptũ.& in c.cum Vintonienſis.in j.col.de elec.& de hoc latè dicetur j.in 2.par.huius 2.li.in 2.q.prin.in 16 art.vbi tractauimus, an patroni poſſint admittere non patronum ad præſentandum vna cum eis vno contradicente? Hic autem tractauimus, an admiſſus acquirat quaſi poſſeſſionem? Et hæc ſufficiant.

### ¶ Decimuſoctauus articulus.3.q.prin.j partis.ij.Libri.

1 *Præſentatio facta à non patrono, etiam ſequuta inſtitutione,& poſtea facta à patrono licet tenet, illa irrita eſt.& n.2.3.*

Sequitur Modo decimooctauo loco dubitare, ſi ſit præſentatio ab aliquo, qui non eſt verus patron⁹, nec eſt in quaſi poſ.p̃ſtandi,& eſt ſequuta inſtitutio ordinarij, ſi poſtea fiet p̃ſtatio à patrono, vel ab exiſtẽte in quaſi poſ.p̃ſtandi, an prima p̃ſtatio & inſtitutio ſequuta, ſit ipſo iure nulla, vel primus p̃ſtãs dicat eſſe in quaſi poſ.& iõ ſcḋa p̃ſtatio nulla. Iſtum art.latè tetigimus.ſ.in j.art.p̃ntis.q.prin.vbi retulimus dicta doctorum, ſed quia ibi poſita non videntur principaliter dicta, ſed in conſequẽtiam dicti primi art.ideo hic magis in ſpecie formabimus hunc art.& dic breuiter cõcludendo, poſt Ab.
1 & doc.in d.c.conſultationibus.hoc tit.† q ſi aliquis non poſſideret, ſed tñ credebatur eſſe patron⁹ ſi p̃ſtauit, & ſequuta fuit inſtitutio,& poſtea p̃ſtat verus p̃ronus, vel exiſtẽs ĩ quaſi poſ. p̃ſentãdi, cum cõſtat illum primum p̃ſtantem, nõ eſſe p̃ronum, nec in quaſi poſ.p̃ſentandi, p̃ſtatio ſecunda tenebit,& prima erit nulla: & remouẽdus eſt inſtitutus. Ita tex.in d.c.cõſultationibus.& ratio decidẽdi fuit in d.tex.in vltima ſui par.nam ex quo p̃ſentans nõ erat in quaſi poſ. p̃ſtandi, non potuit illum fructũ facere ſuum: & ideo quemadmodum occupans poſſeſſionem alterius, tenetur reſtituere omnes fructus: vt in c. non licet. 12. q.2.& in c.grauis.de reſt.ſpo.& in l.ſi nauis.de rei ven.ita & iſte fructus p̃ſtationis ſubiacet reſtitutioni, quę fit p remotionem inſtituti. Ita Abb.ad literam in d.c. conſultationibus. quem ẽt retulimus.ſ.in d.j.art.huius.q.prin.& oĩa ibi p nos dicta, hic adde,& maximè dictum Alex.ibi allegatum referentem d.Ant.in d.c.conſultationibus.dicentem cautum debere eſſe aduocatũ, ſi vult concludere p̃ſentationem eſſe validam, vt non ſufficiat concludere, talẽ credi, reputari,& haberi vt patronum, niſi cõ-
2 cludat talem eſſe in quaſi poſ.iuris pa.ſeu p̃ſtandi. ¶ † Et ad ibi dicta, adde in tãtum hoc eſſe verum, talem p̃ſtationem factam à non patrono, nec ab exiſtente in quaſi poſ.licet ſequatur inſtitutio, non p hoc vr̃ facta à poſſeſſore: & ſic actus retro non trahitur: vnde licet acquirat quaſi poſ.in futurũ: vt diximus latè ſ.in p̃x.p̃ced.art.tamen prima præſentatio non vr̃ facta à poſſeſſore: quia non reuocaretur: vt ſit in d.text.c.conſultationib. Ita Abb.& oẽs ibi hoc tit.vbi ẽt in 2.no.dicit ſolum errorẽ cõmunem abſque poſſeſſione nõ ſufficere, vt actus geſtus à non poſſeſſore valeat:& ſic debere limitari reg.l.Barbarius.ff.de of. præſi.cum vulga. ¶ Et ad prædicta adde ẽt, quod dicit idem Ab.& ibi oẽs in ca.cum Bertoldus. in 3.col.in ver.q̃nq; p̃ſtatio.de re iu.vbi dicit p illum tex.aureum in hac materia, q ſi præſentatio eſt facta p eum, qui nõ eſt patronus, nec in quaſi poſſeſ.præſentãdi,& p̃ſentatus inſtituitur ab epo, putante p̃ſentãtem eſſe patronum, ſi poſtmodum p̃ſentatur alius p patronum exiſtentem in quaſi poſ.vltima p̃ſentatio tenet, prima non caſſata, nec aliter irrita, nec nunciata: & p̃ſtato acquiritur ius ac ſi nulla alia p̃ſentatio præceſſiſſet, & poteſt agere contra primo inſtitutum, vt remoueatur:& ſua p̃ſentatio admittatur,& inſtituatur, p illum tex. vnde colligit ibi primam inſtitutionem eſſe ipſo iure nullam:& tex.in c.illud.hoc tit.dicentem eſſe irritandam debere intelligi, id eſt, irritam declarãdam vt ibi p eum. ¶ Et ſic ex d.tex. c.illud. colligitur etiam q talis præſentans non acquirit in illa præſentatio.quaſi poſ. vt ſ.diximus. Et hoc etiam volũt doc.allegati ĩ d.j.art.hui⁹.q.prin.& Spe.in reper.ſuo aureo hoc tit.in 2.col.in ver.ſi credatur. & ſeq.& hoc etiam ſequitur Pau. de cita.in hoc trac.in vj.pat.in ſi.6.q.& in 17.q.& plenius ibidẽ in j.& 2.col.in 38.q. ¶ Ego ex ſ. dictis concludo talem præſentantem non acquirere quaſi poſſeſ.in illa p̃ſtatione, & eius p̃ſentationem eſſe nullam: an vero ſit nulla ipſo iure, vel annullanda, hic non eſt locus diſſerere: dicemus.j.de hoc in loco magis congruo: quia hic tantum tractamus de acquiſitione & admiſſione quaſi poſſ. præſentandi. Sufficit ergo hic concludere
3 † præſentantẽ non acquirere quaſi poſ.in illo actu: licet ſi non appareret de iure pa.ſeu quaſi poſ.illius acquireret quaſi poſ.in futurum: ſed cũ appareret de patronatu, vel quaſi poſ.alterius, p̃ſtatio prima eſt nulla,& ſcḋo loco facta tenet: vt ſ.prædicta oĩa cõfirmantur, p ea, quæ diximus. ſ.in 14.& 15.art.huius.q.nã ſi aliquis obtinuit in prima cauſa,& in ſecũda fuit inſtitutio caſſata, non acquirit quaſi poſ.& idem, q̃n caſſatur p̃ſentatio vt ibi multo fortius hoc eſſe debet in caſu noſtro, cũ hic nunq̃ fuerit quaſi poſ.& ibi dicta faciunt ad propoſitum præſentis articuli.

### ¶ Decimuſnonus art.3.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Patronus iure ſuo poſſitne vti, etiam non citato nec aliter priuato.2.*
3 *In re ſua quilibet tuendus & defendendus eſt.*
4 *Intellectus ad c.cum Bertoldus.& c.conſultationibus.c.illud.de re iud.*
5 *Patronus proprietarius poteſt donare ius patronat. quod habet altero poſſidente, dummodo concurrant alia, quæ requiruntur, poſſeſſore non citato, nec aliter priuato.*
6 *Præſentatus à poſſeſſore præfertur præſentato à proprietario.*
7 *Patronus proprietarius poteſt præſentare poſſeſſore non citato, nec aliter priuato.*
8 *Poſſeſſor malæ fidei & proprietarius ſi concurrant, an & vtra præſentationum teneat.*

1 Et ex Supradictis ſuccedit decimuſnonus art.† an patronus vti poſſit iure ſuo, ẽt poſſeſſore non citato, nec aliter priuato? Hunc art.ponit Firma.in reperto.ſuo in ver.p̃ronus.in ver.79. vbi concluſiue & affirmatiue dicit patronum vti poſſe iure ſuo etiã quaſi poſſeſſore non citato, nec aliter priuato.& allc. Inn.in c.de multa.de præbẽ.dic in 2. col.in verbo, conferat.& Bald.in ſua margarita, in verbo, patronis.in verſic. ſecundo

2 ſecundo.vnde ex †hoc dici p̄t, ꝙ licet alius quaſi poſſideat ius
pa.verus patronus poterit pręſentare:quia dicetur vti iure ſuo
quaſi poſſeſſore nō citato,nec aliter priuato.ꝑ s̃.dicta. Ad quod
facit tex.in d.c.cum Bertoldus.de quo in ꝓximo præce.art.vbi
verus patronus pręſentauit,quaſi poſſeſſore nō citato,qui iam
præſentauerat:& p̄ſentatus ab eo īſtitutus fuerat ab ordinario:
nec illo priuato, vt ibi:& tamen eccleſia illa adiudicata fuit præ
ſentato à vero patrōo:& idem vr̃ factum in c.ex literis.& in c.
conſultatiōibus.in 2.ſui par.& in c.illud.hoc tit.¶Sed tu aduer
te,quia vidi Inn.in d.c.de multa.qui vr̃ dicere in omnibus,& ꝑ
omnia ꝯ̃rium:nam cū ibi ſuꝑ ver.conferre,colligat ex illo tex.
ꝙ licet is,ad quem ꝑtinet collatio, ēt alio poſſidente, ꝯferre p̄t
beneficiū illud ab alio poſſeſſum:& dicat hoc eſſe ſpeciale à iu-
re inductum in illo caſu,cum generaliter ſecus ſit,ꝑ tex.in c.cū
noſtris.de conceſ.præb.poſtea Inn.dicit non credere verum eſ
ſe,quod s̃.erat dictum fore ſpeciale ī eccleſia, vel beneficio:qa
imo generaliter eſt verum,eccleſias & alias omnes res noſtras
vel ad noſtram collationem ſeu ad ius ꝑtinentes,nos poſſe vē-
dere,& donare,& quocunque alio ti.ius quod in eis habemus,
in alios transferre.all.totum tit. C.de hæred.vel actione vend.
& ff.de contrah.emptio. l.qui tabernam. demum ipſemet Inn.
ibi opponit fortiter de.c.cum eccleſia.de cauſa poſſeſ.& ꝓprie.
3 vbi †dicitur nō valere electionem factam à canonicis,ad quos
de iure electio ſpectabat,contemptis his qui poſſidebant:eodē
modo non debet valere collatio, donatio,vel vēditio alicuius
rei, quam alius poſſidet, quamuis collator ius conferendi ha-
beat in ea. ſoluit ipſe veritatem fore, quemlibet tuendum eſſe
in poſſeſſione ſua,& ratione poſſeſſionis eum colligere fruct⁹.
all.c.ex literis.& ca.conſultationibus.hoc ti.& ideo ille qui eſt
in poſſeſſione eligendi,& ꝑ illa iura in poſſeſſione præſentandi
tuendus eſt in poſſeſſione ſua,& in collatione fructus,ꝙ eſt eli
gere,vel pręſentare:vnde quandiu ille,qui eſt in poſſeſſione e-
ligendi,vel præſentandi de iure eligere vel pręſentare habet.ꝑ
iura.s̃.allegata: & ſi alius elegerit,ad quem non ꝑtinet accipe-
re fructum,qualis eſt ꝓprietarius,non valebit electio, vel præ-
ſentatio eius:& ita dr̃ loqui.c.cū eccleſia.ſed dare alteri ius eli-
gendi,non eſt dare fructus poſ. & ideo non ꝑtinet ad poſſiden
tem ius eligēdi,alteri illud donare, nec impedire illum, ad quē
ꝑtinet,quo minus alteri conferat:vt ibi latè ꝑ eum:ecce,ꝙ Inn.
ibi expreſsè vult patronum non poſſe vti iure ſuo,& ſic p̄ſenta
re poſſeſſore non citato vel priuato. Ad hæc eius dicta faciunt
quæ diximus.s̃.in 6.& 7.art. præſentis.qō.quando concurrunt
in præſentando ꝓprietarius & poſſeſſor, quis præferatur:ergo
Inn.dr̃ totum oppoſitum eius quod dicit:&ad qd̃ ipſum all.Fir
4 ma.vbi.s̃.¶Et licet † iura,quæ.s̃.allegauimus.ſ.c.cum Bertol-
dus.de re iud.& c.conſultationibus.in vltima ſui par.ad c.illud.
in fi.hoc ti.videantur ꝓbare intentionem Firma.tamen illa iu-
ra ꝓbant intentionem Inn.quia c.cum Bertoldus.c.cōſultatio-
nibus.& c.illud loquuntur,quando nullo modo ille erat in poſ
ſeſſione pręſentandi,ſed tantum credebatur patronus,nam tūc
non erat citādus:vt aperte vult Abb.in d.c.cum Bertoldus.ſed
quando illa præſupponunt aliquem poſſeſſorem, illum præfe-
runt ꝓprietario,vt ibi patet.& vt pulchre ibi dixit Inn.& ēt in d.
5 c.de multa.de præb.quid ergo dicendum circa hoc.¶† Ego fa
cerem hos caſus:nam aut iſte patronus ꝓprietarius vult dona-
re ius pa.quod habet,& alter poſſidet: & ſic illo ſuo iure vti.ſ.
de re ſua diſponere : & dummodo alia concurrant.ſ.conſenſus
epi,nulla ſimonia,& ſimilia,non eſt dubiū eum hoc facere poſ-
ſe,vel aliter licite diſponere,non citato nec priuato poſſeſſore:
& ita loquit̃ clare Inn.in d.c.de multa.& hoc eſt indubitate ve-
rum:& idem facere poteſt conferens:quia poteſt conferre be-
neficium:licet alter illud poſſideat:quia ipſe dat illi,cui confert
ius ex eius collatione,& præſupponitur neminem eſſe in poſ-
ſeſſione iuris cōferendi:quia aliter diceretur, vt j.dicemus.ſed
bene alter erat in poſſeſſione beneficij:qa illud aliter habuerat,
vt ibi patet:& in hoc nullum eſt dubium.¶Alter eſt caſus,quia
aliquis eſt in poſſeſſione præſentandi,eligendi,vel ꝯferendi,&
ꝓprietarius prædictorum vult pręſentare,eligere,vel ꝯferre in
beneficio, in quo nemo eſt in poſſeſſiōe:& vt vidiſtis Firma.vr̃
velle nullā requiri citationē vel priuationem poſſeſſoris. Inn.
vero videtur velle oppoſitum,vel ꝙ præferat̃ poſſeſſor:& hoc
caſu eſt aduertendum:nam aliud eſt dicere,quis pręferatur præ
6 ſentatus à poſſeſſore,vel à proprietario:†& in hoc dico pręfe-
rendum præſentatum à poſſeſſore,habita ꝯſideratiōe bone, &
male ipſius fidei,vt latè diximus.s̃.in 6.& 7.art.p̄ſentis q.& hoc
vr̃ velle Inn.in d.c.de multa.ſ.fore p̄ferēdum præſentatū à poſ-
ſeſſore: & in hoc non eſt inſiſtendum.¶Aliud vero eſt dicere,
an proprietarius volens præſentare anteq̃ p̄ntet. habeat citari
facere poſſeſſorem,ſiue ſit bone,ſiue male fidei:& illo citato &
euicto iure pa.poterit p̄ntare,& non aliter:& hoc non vr̃ dice-
re Inn.ſed poti⁹ quēlibet poſſe præſentare, & præſentationem
7 poſſeſſoris pręferri:& ī hoc caſu dicerē nullo iure reperiri:†ꝙ
ꝓprietarius anteq̃ præſentet,prius habeat citari, & priuari face
re poſſeſſorem Sed videmus in oībus iuribus.s̃.all.in d.c.cōſul-
tationibus.in j.ſui par.in c.illud.in c.ex literis.& etiam in c.cum
Bertoldus.non requiri citationem,illum tex.ſic inducendo:nā
ſi pars,quæ ſuccubuit,fuiſſet in poſſeſſione,fuiſſet prælata pro-
prietario: & tamen ꝓprietarius præſentauerat ēt poſſeſſore nō
citato, nec priuato:ꝑut ſimiliter fecit in d.c.ex literis.& in c.ꝯ-
ſultationibus.non ergo requiritur ꝙ anteq̃ præſentet , habeat
citari,vel priuari facere poſſeſſorem:præſentabit ergo ꝓprieta
rius, etiam poſſeſſore non citato nec priuato : ſed de eius præ-
ſentatione habebitur illa rō,quæ habenda erit in inſtitutiōe cō
cedenda,vel in inſtitutione retractanda:vt in d.c.cum Bertold⁹.
& in aliis iuribus.s̃.all.quæ ita velle vidētur: & hodie ſic in pra
ctica obſeruatur:nā tam ꝓprietarius,q̃ quaſi poſſeſſor præſen-
tant:non facta citatione alicuius ipſorum: ſed ſolum fit citatio
generalis ꝑ edictum.iuxta diſpoſitionem.c.fi.iuncta gl.de elec.
lib.6.& in fi.ille inſtituitur qui eſt præſentatus ab habente po-
tiora iura.ſecundum iuris diſpoſitionem:& hoc modo pōt in-
telligi dictū Firma.& Bal.in marg. vt s̃.diximus:& ꝯcordabitur
cum Inn.vt s̃.¶Reperi poſtmodum d. Roc.in d.verſ.cōpetens
alicui.in xix.q.in ver.ſecūdo limita pręmiſſam conclu.vbi vult,
8 ꝙ ſi concurrant poſſeſſor male fidei & † ꝓprietarius,neutra ip
ſarum præſentationum teneat malæ fidei: quia eſt in mala fide
ꝓprietarij: quia ſibi non licet ꝓpria autoritate reaſſumere poſ-
ſeſſionē:tamen ꝯ̃rium ipſemet dicit ibidem in xx.q. vult.n.ve-
rum patronum poſſe præſentare: licet nō ſit in quaſi poſſeſſio-
ne,vt de eius ꝯ̃rietate diximus.s̃.in 8.art.nec dicetur ꝓprietari-
um non poſſe propria auctoritate reaſſumere poſſeſſionem:qa
ſemper illam in mente habuit:& effectus eius dependet ab inſti
tutione.vt s̃.dictum eſt,quare tene quod.s̃.concluſimus.

¶Vigeſimus art. 3.q.prin.j partis.ij.Libri.

1 *Quaſi poſſeſſio iuris patronatus an acquiratur per exercitium alterius actus competentis patrono,quam præſentationis.*
2 *Per exercitium vnius iuris ſeu articuli cōprehenſi ſub vniuerſo,infertur ad poſſeſſionem iuris vniuerſalis.*
3 *Quaſi poſſeſſio iuris patronatus,acquiritur præſentatiōe facta,& inſtitutione ſequuta.*
4 *Eccleſia manere nequit ſine rectore canonice inſtituto.*
5 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non acquiritur per exercitium alterius fructus iuris patronatus,& non præſentationis.*
6 *Quaſi poſſeſſione acquiſita omnium aliorum fructuum iuris patr.non queritur quaſi poſſeſſio fructus præſentationis,in quo requiritur inſtitutio.*

Quia Supra in vndecimo art.fuit cōcluſum ex vnica p̄n-
tatione cōcurrentibus aliis,de q̄bus.s̃.acquiri qua-
1 ſi poſ.iuris pa. Quærit̃ vigeſimo,†an ꝑ exercitium alterius act⁹
cōpetētis patrono,acquiratur dicta quaſi poſſeſſio ? vt puta qa
honoratur quis in eccleſia, & tractatur vt patron⁹.iuxta tex. &
ibi notata in c.nobis.hoc tit.Fed.de ſenis in conſ. ſuo. 224.ſuꝑ
primo puncto.in pe.col.in fi.decidit ꝙ ſic:& mouet̃,qa iſti ſunt
actus:vt cui debetur vnus,debetur in reliquis:quia ex eodē fō-
te ꝓcedunt. vnde concludit illum qui in aliis actibus compete̅
tibus p̄rono fuit in quaſi poſſeſſiōe,etiam præſumi eſſe in quaſi
poſſeſſione præſentādi:& hoc idem clarè firmat Io.An.in c.qd̃
alicui gratioſè.in fi.de reg.iur.lib.6.in mercuria. vbi formaliter
dicit ꝑ exercitium vnius actus cōpetentis p̄rono,eſſe quaſi poſ
ſeſſorem iuris pa.hanc eandem ꝯcluſionem aperte ſentit Abb.
ꝑ illum tex.in c.j.ver.& hæc faciunt.de relig.do.vbi dicit, ꝙ q̄n
2 non †ꝯſtat ius pa.ꝑtinere ad alium,præſumendum eſt ꝑtinere
ad illum,qui exercuit vnum ius competens patrono tm̄:& ibi-
dem in vlt.no.in prin.dicit eſſe menti tenendum,& ſatis notan
dum:ꝙ ꝑ exercitium vnius iuris ſeu art.cōprehenſi ſub vniuer-
ſo,infertur ad poſſeſſionem iuris vniuerſalis.¶Contrarium tm̄
tenet Ludo.Roma.in conſ.ſuo.368.præſens conſultatio.vt e-
ius dicta retulimus.s̃.in 2.part.j.libr.in vlt.q.prin.in 4.art.¶Do.
Roch.vero in d.verb.competens alicui.in xv.q.dicit hunc art.
eſſe notabilem,& de facto plerunque contingere poſſe:& rela
tis s̃.dictis duabus opinio. dicit præcedentem opinionem ma-
gis ſibi placere:& ꝑ illa Ludo.aliqua ex prædictis fundamentis
adduxiſſe:& q̃uis poſtea tenendo ꝯ̃rium illis reſpondeat:tamē
ille reſpōſiones dicit nō tollere ipſa fundamēta in ꝓpoſito no-
ſtro.Subdit tamen pręfatos doct. maximè Fed.in d.cōſ.ſentire.
d.concluſionem non procedere : vbi appareret alium p̄ntaſſe:
& ſic eſſe in quaſi poſſeſſiōe illius actus,quod dicit eſſe ſatis rō
nabile: & ad hoc facere plura ſimilia, quæ accumulat do. Fel.in
c.auditis

c.auditis.in 8.col.in ver.ſecunda declaratio.de p̃ſcr. ¶Et ratio
poteſt eſſe, ſecundum eum: quia tunc ceſſat p̃ſumptio, quæ ori-
ebatur in fauorem illius, q eſt in quaſi poſ. aliorũ actuum, vel al
terius actus q̃ p̃ſentationis. ¶ Dicit ẽt ipſam concluſionem li-
mitari ꝑ p̃dictos, vt non ꝓcedat, quando quis ꝓbaret quaſi poſ.
circa primordia actus: qa tunc non diceretur ꝓbaſſe quaſi poſ.
actus.alleg.tex.vt ibi illum Abb. declarat in 8.no.ca. Cumana.
de elect. ¶Et ſubdit quandoque ſecus eſſe: vt dicit eſſe tex.in l.
ſi partem.in prin.ff.quemadmo.ſerui.amitta. quem no.d. Fran.
de are.in l. 3.in prin.ff. de acqui.poſ.& demum ad p̃miſſam quæ
ſtionem, dicit fore omnino videndum d.Ant.de bu.in rep.c.fi.
col.29.& ſeq.de cauſa poſſeſ.& ꝓprie. & fore concludendum,
vt ibi ꝑ eum: quia plenè loquitur poſt alios per eum allegatos.
8 ¶† Tu conſidera qũo p̃dicta eſſe poſſunt ꝑ ĩ.ſcripta: nã qua-
ſi poſſeſſio iuris pa.ſeu p̃ſentandi, acquiritur p̃ſentatione facta,
& inſtitutione ſequuta: & hoc eſt magis neceſſarium requiſitũ
ꝙ ſequuta fuerit inſtitutio: vt in tex.c.conſultationibus. hoc ti.
& diximus latè.ſ.in x.art.p̃ſentis.q.prin.nec eſt tex.dicens qua-
ſi poſſeſ.acquiri inſtitutione. In aliis igitur fructibus iuris pat. q̃
p̃ſentationis, nõ cadit inſtitutio, vt de ſe patet: quomodo ergo
ex exercitio alterius fructus, quam p̃ſentationis, in quo nõ ca-
dit inſtitutio: quia illa ſolum requiritur in fructu p̃ſentationis,
poterit acquiri quaſi poſſeſſio in fructu p̃ſentationis. ¶ Inſuꝑ
quomodo poterit conſiderari diuerſitas caſuum, quæ fit ꝑ tex.
& doct.in d.c.conſultationibus.an fuerit ſequuta inſtitutio, vel
non ſequuta, an p̃ſentans ſit in bona fide vel in mala, an p̃ſenta
tio ſit facta mota lite vel non: an ante litẽ conteſtatam, an poſt:
iuxta ea quæ diximus.ſ.in pluribus art.præſentis.q.Ideo neſcio
videre qualiter ꝑ exercitium alterius actus, & fructus iuris pat.
poſſit acquiri quaſi poſſeſſio in fructu p̃ſentationis. ¶ Inſuper
4 hoc ꝓbatur iſto medio: † nam eccleſia non poteſt manere ſi-
ne rectore canonice inſtituto: reg.j.de reg.iur.li.6.c.ex frequẽ-
tibus.de inſt.tunc ſic aut loquimur de eccleſia libera: & illi pro
uidetur ꝑ ordinarium.c.2.& per totum.de conceſ.præb.nec ad
dit, ꝙ laicus ſe immiſceat, cum nec contra libertatem illius pro
iure pa.acquirendo p̃ſcribere poſſit: niſi ſpacio tanti temporis,
cuius initij &c.& tunc potius ex p̃ſumptione, ꝙ illa fundauerit
conſtruxerit, vel dotauerit eccleſiam, q̃ ex p̃ſcriptione dicitur
patronus: vt latè diximus.ſ.in j.par.j.lib.in x.q.prin.in v.art. Vn-
de cum ſit clarum illam eccleſiam eſſe liberam, & illi ꝓuideatur
ꝑ ordinarium, non cadit alium poſſe acquirere quaſi poſ.p̃ſen-
tandi: cum abſque p̃ſentatione illi ꝓuideatur. ¶ Si vero loqui-
5 mur de eccleſia patronata: & tunc neceſſe eſt † ꝙ appareat de
inſtitutione vltimi rectoris, ꝑ cuius ceſſum vel deceſſum eccle-
ſia vacat, ad cuius p̃ſentationem inſtitutus fuerit: & ſic ſemper
apparebit alius, qui p̃ſentauerit iuxta limitationem datam ꝑ Fe
de.quã.ſ.retulimus poſt Roc.niſi appareat alium p̃ſentaſſe &c.
& ſi bene fuerit ſequuta ꝓuiſio illius eccleſiæ, nõ ꝑ viam p̃ſen
tationis: ſed ꝙ ordinarius illam contulerit, dicetur ipſe eſſe in
quaſi poſſ.ꝯferendi: iuxta no.ꝑ Inn. in c.de multa.de p̃b.quæ.ſ.
retulimus in ꝓximo præced.art. Ergo non eſt dare caſum, ꝙ qs
poſſit acqrere quaſi poſſeſſionem p̃ſentandi ꝑ exercitium alte-
rius fructus iuris pa.& non p̃ſentationis. ¶Autoritates vero.ſ.
allegate loquuntur in p̃ſcriptione iuris pa.quæ non acquiritur
ꝑ vnicum actum.de quibus latè diximus.ſ.in 2.part.j.lib.in vlt.
q.prin.in 4.art.ad quæ ibi dicta me remitto. Et ſic concludo, ꝙ
6 † acquiſita quaſi poſ.omnium aliorum fructuum iuris pa.non
eſt acquiſita quaſi poſſeſſio fructus p̃ſentationis, in quo requi-
ritur inſtitutio. Et ad hoc adduco pulchrũ conſ.Phil. decij.149.
in cauſa iuris pa.in 2.dubio in 3.& 4. col.volentis quaſi poſ.iu-
ris p̃ſentandi, non acquiri nec ꝓbari ꝑ mandatum factum de p̃-
ſentando: imo nec ꝑ p̃ſentationem factam, inſtitutione non ſe
quuta ex aliquo defectu: & illum actum non præiudicare com
præſentanti, nec acquiri, nec probari, quia conſenſerit commẽ
de factæ per Papam de beneficio patronato, vbi expreſsè dicit
quaſi poſ.acquiſitam in commenda: & ſic in vno actu non ha-
bere locũ in præſentatione ſicut in alio actu: vide ibi omnino.

¶Vigeſimusprimus art.3.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Præſentans vltimo præfertur in quaſi poſſeſſione iuris patronatus præſentandi antea pluribus vicibus. & n.6.10.*
2 *Electores ad hoc vt dicantur conſtituti in quaſi poſſeſſione eligendi, an neceſſe ſit electum vixiſſe per tempus xl.annorum.*
3 *Eligendi ius an quis habeat, vbi dubitatur, ſufficit probare quòd dederit vocem in proxima præcedenti electione.*
4 *Poſſeſſio iunior clandeſtina præſumitur.*
5 *Poſſeſſio vbi apparet antiquior, nouus poſſeſſor in mala fide præſumitur.*
7 *Præſumptio vna aliam elidit.*
8 *Clandeſtinitatis præſumptio tollitur per Iudicis inſtitutionem.*
9 *Præſentatio acquiritur per præſentationem præſertim vnicam, ſi inſtitutio ordinarij ſequuta fuerit.*
11 *Poſſeſſor vltimus præfertur illi, qui erat in poſſeſſione in pluribus anterioribus quaſi poſſeſſionibus.*

Circa Prædicta quæro vigeſimoprimo, de ſæpe occurren
ti art. pone ꝙ Titius p̃ſentauerit pluribus vicibus re
ctorẽ ad eccleſiam: vltimo loco Sempronius p̃ſentauit, q̃s iſto-
rum dicatur in quaſi poſſeſſione, & ſic qs erit potior in p̃ſenta
tione de nouo facienda diuerſos p̃ſentãdo ꝓ aſſecutione inſti-
tutionis. ¶Hũc art.tangit Fed.de ſenis in ſ.allegato conſ.224.
1 incip.ſuꝑ primo puncto.in pen.col.† & tandem decidit in poſ-
ſeſſorio obtinere illum, qui vltimo loco p̃ſentauit.alleg.tex.in
c.cum eccleſia ſutrina.ibi vlt.& immediate de cauſa poſ.& pro
prie.cũ aliis ꝑ eum adductis. Idem tenet Oldr.in conſ.ſuo.312.
thema q̃onis.circa fi.& Card.in c.ex literis.in 2. opp. hoc tit.&
Io.An.quem ibi refert & ſequitur Abb.in 7.col.in d.c. cum ec-
cleſia ſutrina. vbi dicunt non eſſe neceſſe electum vixiſſe ꝑ tp̃s
2 xl.annorum ad hoc † vt electores dicantur conſtituti, in quaſi
poſſeſſione eligendi: & ſic ſufficere vltimum, & vnicum actũ.ſ.
vnicam electionem, & vltimam eandem ꝯcluſionem facit do.
Fel.in c.cum acceſſiſſent.in antep.col.de conſt.allegando Fed.
in ſ.allegato conſ.dicunt tamen Fed.& Fel.in dictis locis: ſecus
eſſet, vbi ageretur petitorio: quia poſſeſſio non p̃ſcripta legiti-
mo tempore non tolleret p̃cedentem p̃ſcriptam.all.no.in c.cũ
de beneficio.de præb.lib.6.hoc idem ſentit Bart.in l.j.§.2.ff.de
3 itinere actuque priua.dum dicit, † ꝙ ſi dubitetur, an aliquis ha-
beat ius eligendi ſufficit ꝓbare, ꝙ dederit vocem in proxima p̃-
ceden.electione.& pro iſta opinione faciunt omnia per nos ad
ducta.ſ.in 11.artic. præſentis. q.prin. dum tractauimus: an pro
acquirenda quaſi poſſeſſione iuris præſentandi ſufficiat vnica
præſentatio inſtitutione ſequuta: an vero requirantur plures?
& concluſimus ſufficere vnam ergo vltimam.vt ibi latè. ¶ Cõ
4 tra tamen p̃dictam ꝯcluſionem † facit reg. quæ vult iuniorem
poſſeſſionem, p̃ſumi clandeſtinam.c.licet cauſam.vbi Inn.& a-
lij: p̃ſertim Ab.in x.no.de ꝓb.hinc dixit Bar.in l.celſus.in v.col.
5 ff.de vſuca.† ꝙ vbi poſſeſſio antiquior appareat, nouus poſſeſ-
ſor præſumitur in mala fide, & debere vincere probantem an-
tiquiorem poſſeſſionem: & idem Bart p̃dicta firmat in l.ſi duo.
in prin.in pe.col.ff.vti poſ.videtur ergo illum eſſe p̃ferendum,
qui prius fuit in quaſi poſ.poſteriori in præſentatione de nouo
facienda. ¶Sed ad hoc motiuum p̃õt reſponderi, ſm Io.An.(li-
cet Abb.ſibi contradicat) in d.c.licet cauſam.qui Io.And.alleg.
notata in c.j.hoc tit.vbi dicitur ius pat. & alia iura incorporalia
eſſe apud plures inſolidum.& hoc idem in ꝓpoſito ſentit Bart.
in.d.l.celſus.in v.col.ergo quaſi poſſeſſio iuris pat. poterit eſſe
licite apud eum, qui vltimo loco præſentauit.ita ſoluit d.Roc.
dum tractat de iſto art.in ſæpe dicto verb. competens alicui.in
6 16.q. † Tu vero dic hanc ſol.eſſe ꝯ concluſionẽ.ſ.formatam.
ſ.enim eſt concluſum præferendum eſſe illũ, qui eſt in vltima
quaſi poſ.illi, qui erat in pluribus quaſi poſſeſſionibus anterio-
ribus in noua præſentatione. In iſta vero ſol.ꝯcluditur ambos eſ-
ſe admittẽdos, cum ſimus in iurib.incorporalib. q̃ poſſunt eſſe
apud plures inſolidum. Et ideo d.Roc.trãſiuit ad aliam ſolutio
nem, q̃ eſt, ꝙ in terminis noſtris quaſi poſſeſſio iunior præfertur:
quia antiquior poſſeſſor fuit priuatus quaſi poſſeſſione ſua pa
tiendo & nõ ꝯdicendo vltimo præſentãti: iuxta not.ꝑ Inn.in d.
c.2.de in inte.reſt.in ſua gl.mag.& clarius ꝑ Bal.in l.j.in vlt.col.
ver.tu ad intelligentiam horum.C.de ſer.& aqua.& ꝑ d.Car.in
d.c.ex literis.in 2. ꝯrio. hoc tit.niſi enim ſcĩa & patientia primi
poſſeſſoris interueniſſet, vltimus poſſeſſor non acquiſiuiſſet
poſſeſſionem: vt ſæpius dictũ eſt, maximè ſ.in x.art.p̃ntis q̃õis.
& ꝑ Cal.in conſ.ſuo.xv.inc.duo bis p̃ntant.hoc tit.de quo latè
diximus.ſ.in xv.art.p̃ntis.qu. ¶Et nec iſta ſol.mihi placet: nam
reg.ſ.in ꝯrium adducta, vult iuniorem poſſeſſionem præſumi
clandeſtinam de iure: ſi præſumitur clãdeſtina de iure: qũo præ
ſumemus ſcientiã & patientiam primi poſſeſſoris in re præſum
pta clandeſtina à iure, ꝯ notata in c.is qui fidem.de ſponſa.cum
ſi. ¶Niſi diceremus huiuſmodi præſumptionem ñ eſſe iuris &
7 de iure, ꝓut eſt in d.c.is q fidem.& † iõ recipe ꝓbationem in ꝯ-
riũ, iuxta no.in c.quia veriſimile.de præſum.& tanto magis ho
die cũ facta p̃ntatione apponatur edictũ, vt oĩbus innoteſcat: iux
ta no.in c.fi.de ele.li.6.& ſic vna præſumptio elidit aliam: iuxta
no.ꝑ Abb.& doc.in c.cum inter.R.de elec.in 2.col.& in c.mu-
lieri.in j.col.& hoc modo poteſt ſaluari hæc ſcd̃a ſolutio, quã
ex prædictis credo procedere. ¶ Sed quia do.Roch.dubitabat
de ea ad prædicta nõ aduertens, tranſiuit ad tertiam ſol.& dicit
illam reg.ꝙ iunior poſſeſſio præſumatur clandeſtina, eſſe verã,
ſed tolli ipſam præſumptione: quia in caſu noſtro præſupponi-
mus vltimũ p̃ntantẽ fuiſſe in bona fide, & eius præſentationẽ
fuiſſe con

fuiſſe confirmatam per iudicem,ad quem ſpectat confirmatio
ſeu inſtitutio:& alia cõcurriſſe neceſſaria,ad legitimam acqui-
rendam ipſam quaſi poſſeſſionem : quæ dicit ſe enumeraſſe in
d.verbo,competens alicui, in 14.q.in ver.ſed pro intelligentia.
8 ¶Tu aduerte † circa hanc tertiam ſol. ꝙ ſi nos diceremus illã
præſumptionem clãdeſtinitatis tolli per iudicis inſtitutionem,
bona eſſet ſolutio,niſi forſan & ipſa inſtitutio fuerit clandeſti-
na,puta,quia eſſet facta abſque appoſitione edicti: quo caſu nõ
ſolum ipſa inſtitutio dicitur clandeſtina,ſed etiam nulla,vt vo
lunt doct.in d.c.fi.de ele.lib.vj.de quo latè dicemus ĩ.in 2.part.
huius ſecundi lib.in 6.q.prin.in 12.art.& ſic ad euitandam præ-
ſumptionem clandeſtinitatis,magis operatur appoſitio edicti,
quam inſtitutio,cum illa poſſit eſſe clandeſtina:edictum vero
9 non. ¶† Imo plus dico,ꝙ abſque appoſitiõe edicti hic vltim⁹
poſſeſſor nõ acquiſiuiſſet quaſi poſſeſſionem: quod probatur:
nam ita demũ quaſi poſſeſſio acquiritur per præſentationem
preſertim vnicam,ſi ſequuta fuerit inſtitutio ordinarij,alias ſe-
cus:vt latè diximus. ſ̃.in j.& xj.art.præſentis,q.princ. & clarum
eſt,vt proximè diximus,inſtitutionem ſequutam , eſſe nullam
ipſo iure,non preuio edicto : ergo illa vltima præſentatio fuiſ-
ſet ſine inſtitutione,cum idem ſit, non ſequutam inſtitutionẽ:
& ſequutam,tamen ipſo iure nullã. ¶Quo vero ad aliam par-
tem tertiæ ſol.dum Roch,dicit in caſu noſtro pręſupponi debe
re pręſumi vltimum pręſentatorem fuiſſe in bona fide propter
inſtitutionem,tenendo ſuam opinionem bonam fidem requi
ri de neceſſitate in acquiſitione quaſi poſſ. quod quidem nos
non tenuimus.ſ̃.in x.art. præſentis.q. prin.in vlt,requiſito.ma-
ximè,cum non ſequatur id,quod dicit Roc.ſequuta eſt inſtitu-
tio:ergo præſumitur bona fides in præſentante:quia poterit ſe
qui inſtitutio præſentati per malæ fidei poſſeſſorem:vt pręſup
ponit tex.cum ibi notatis,hoc eſſe poſſe in c.conſultationibus.
10 hoc tit.ergo malum præſuppoſitum d.Roh.¶Et ꝙ † pro qua
ſi poſſeſ.attendatur vltima pręſentatio & inſtitutio,voluit pul-
chre do.Phi.dec.in conſ.cxlix.in cauſa iuris pat, in prin, ſecun-
di,dub. & alij per eum ibi alleg.& in conſ.117.diuino &c.& ꝓ
tenui,in prin.3.col.& in conſ.126.in cauſa domini Franciſci.in
2.col.vbi tractat an præualeat vltima collatio præſentationi:vi
de ibi.& in conſ.129.diuino &c.& pro tenui.in 2.col.& 3.& in
conſ.134.viſo puncto.in prin.¶Demum do. Roch.in fi.16.q.
de materia regulæ,ꝙ poſſeſſio iunior præſumatur clandeſtina,
remittit ſe ad Bar.Imol.& doct.in l.ſi de eo.§.fi.ff.de acqui.poſ.
& ad Alex.in apo.ad Bar.in d.l.ſi duo.& ad do.me. Bartho.ſoci.
quem appellat excel.doctorem ætate noſtra in ſua repe.l.rem,
quæ nobis.in 4.q.& aliquid in ſecunda.ff.de acqui.poſ. Et tãdẽ
concludit eum,qui vltimo loco præſentauit pręferri in præſen
tatione de nouo facienda aliis, qui antea etiam plurib.vicibus
11 præſentauerant:& ſic reſidet ipſe do.Roch.¶† Quid dicendũ
in hac difficultate?breuiter ego concludo cum ſ̃.ſcripta cõclu
ſione,niſi in pen.præſentatione ambo præſentaſſent : quia tũc
primus non amitteret quaſi poſ.licet ſecundus ſolus in vltima
præſentatione pręſentaſſet:quia eſſemus in caſu conſilij.xv.Io.
cal.de quo latè diximus.ſ̃.in xv. art.præſentis quæſtionis prin.

¶Vigeſimusſecundus art.3.q.prin.j.partis.2.Libri.

1 *Poſſeſſio alia patris,alia filij.*
2 *Quaſi poſſeſſio patris ſeu anteceſſoris dicitur poſſeſſio filij ſeu hæredis ſuc-ceſſoris.*
3 *Iuris patronatus proprietas ſicut transfertur in hæredes,& quoſcunque habiles ſucceſſores,ita & poſſeſſio.*
4 *Quaſi poſſeſſio iurium incorporalium tranſit in ſucceſſores hæredes abſque exercitio actus,per quem inducitur quaſi poſſeſſio.*
5 *Auctor teſtis fuit in matrimonio ſereniſſime domine Bonæ Sforciæ cum rege Pollonie.*
6 *Poſſeſſionem probare debet,qui allegat ſe ſpoliatum.*
7 *Quaſi poſſeſſio iuris pat.eſt ius incorporale.*

Quæritur Modo.22.loco, ſi pater meus præſentauit
ſeu quilibet meus anteceſſor,& ſequuta fu
it inſtitutio,adeo ꝙ eſt in quaſi poſ.præſentandi, an ego hæres
vel alter ſucceſſor in ipſo iure patronatus & p̄ſentandi,licet nũ
quam præſentauerim, ſeu quis ſucceſſor p̄ſentauerit: qa caſus
vacationis non accidit,dicemur eſſe in quaſi poſſ. ſicut diceba-
1 tur eſſe in quaſi poſ.noſter prædeceſſor?¶† Et primo videre-
tur dicẽdum ꝙ non: quia alia eſt poſſeſſio patris:alia filij,ſeu al-
terius ſucceſſoris.Nec obſt.id quod no,ꝑ doct.in l.in ſuis.ff.de
lib.& poſthu.patrem & filium dici eodem tempore poſſidere.
& hoc ex vi ſuitatis;quia hoc non procedit in iure patronatus:
quia patre patrono viuente filius in eccleſia iuris patronatus
patris vacante p̄ſentare non p̄t ; vt latè diximus.ſ̃.in 2.q.princ.
huius prime par.ſecundi lib.in v.art. & ideo videretur dicendũ
nos ſucceſſores nõ eſſe in poſſeſſione niſi ꝑ nos fiat p̄ſentatio,
2 & ſequuta ſit inſtitutio.¶† Tamen contraria pars eſt veritas,
ꝙ quaſi poſ.patris ſeu anteceſſoris dicatur poſſeſſio filij ſeu hæ
redis ſucceſſoris. ¶ Et ꝓ hoc primo adduco verba diffinitionis
iuris patronatus,de quibus.ſ̃.in j.part.j.lib.in j.q. prin. in j.artic.
dum dicitur ibi, ipſe vel is à quo cauſam habet. Cum ergo nos
habeamus patronum & quaſi poſſeſſorem idem cenſeri: vt dixi
3 mus.ſ̃.in prin. p̄ſentis.3.q.prin.† ergo ſicut in hæredes & quoſ
cunque habiles ſucceſſores transfertur ꝓprietas iuris patrona
tus:vt ſ̃.latè dictum eſt in 2.part.j.lib. ꝑ totum.ita transferri di-
citur etiam quaſi poſſeſſio iuris patronatus,& p̄ſentandi in hæ-
redes, & legitimos,ac habiles ſucceſſores.¶Secundo ꝓ hoc ad
duco in terminis Fede.in conſ.cij.nobilis quidam.in vlt.dub.v-
bi figurat caſum, de quatuor filiis,& ſic fratribus, vno pubere,
& tribus pupillis ſuccedentibus patri: & ſic in iure patronatus
patris mortui : & matre tutrice trium filiorum pupillorum,ec-
cleſia p̄dicta vacante,præſentante , & inſtitutione ſequuta fra-
tre pubere etiam vocato p̄ſentare nolente, an pp hoc ipſe ami
ſerit quaſi poſ.p̄ſentandi?& concludit Fede.ꝙ non : quia p̄ſen-
tatio tutricis & ſic fratrum conſeruant quaſi poſſeſſionem pu-
beris non p̄ſentantis:ecce qualiter hic pubes nunquàm p̄ſenta
uerat poſt mortem patris : & tamen dicitur eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione p̄ſentãdi eo modo,quo erat pater illi ſuccedẽdo.& quã-
uis in prima vacatione eccleſiæ poſt mortem patris, tutrix fra-
trum pupillorum p̄ſentauerit,& non ipſe,nihilominus ipſe nõ
amiſit quaſi poſſeſſionem,quam habebat à patre : ergo conti-
nuatur poſſeſſio de patre in filium:& idem dicerem in quocũ-
que ſucceſſore, ꝑ illa verba diffinitionis , ipſe vel is à quo cau-
ſau habuit.de quo caſu Federici dixim⁹ ſ̃.in 16.art.p̄ſentis quæ
4 ſtionis prin.in ver.ſed circa hoc aduerte.¶† Tertio ꝓ iſta par.
adduco,quod pulchre voluit Bald.in reper.l.in ſuis.ff.de lib.&
poſthu.in prin,quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium trã-
ſire in ſucceſſores hęredes abſque quo ipſi ſucceſſores exerce-
ant actum,ꝑ quem inducitur quaſi poſſeſſio:quæ quidem auto
ritas Bal.cum d.cõſ.Fede.p̄buerunt mihi maximum honorem
Neapoli in ſacro regio Cõſilio. nam cum Neapolim petiiſſem
cum illuſt.domina duciſſa Mediolani domina Iſabella de Ara-
gonia,& ſereniſ.domina Bona Sforcia eius chariſſima filia pro
contrahendo matrimonio cum ſereniſ.Sigiſmundo rege Pol-
lonie ꝓ obſequiis ipſarum dñarum in quo quidem matrimo-
5 nio,† vt vnus teſtis rogatus fui, cum quampluribus aliis reue-
rendiſſimis dominis p̄latis,reperi magnificos dominos Baldaſ-
ſarem ſaluatorem & Laurentium de Alexandro fratres domi-
ne ſororie mee,litigantes cum nobilibus ſedilis ſeu platee por
tus dicte ciuitatis Neapoli:qui egerunt velut ſpoliati honorib⁹
dicti ſedilis:& in calculo ferendæ ſententię domini de conſilio
6 mouerunt dubium:quia † aſſerens ſe ſpoliatum debebat ꝓba-
re ſuam poſſeſſionem:& dicti actores nullam quaſi poſſeſſionẽ
honorum dicti ſedilis in eorum ꝑſonam ꝓbarunt,& ſic ſe qua-
ſi poſſediſſe.&ideo dicebatur fore repellendos à dicto iudicio:
quia non ꝓbarunt ſubſtantialia iudicij.& facto mihi tali dubio
&viſo ꝓceſſu,quia in eo reperi ipſos ꝓbaſſe patrem & alios an
teceſſores eorum quaſi poſſediſſe honores dicti ſedilis,dixi ta-
lem quaſi poſſeſſionem extendi ad eos, cum ſimus in iuribus
incorporalibus:& ſic ipſos etiã eſſe quaſi poſſeſſores:& ex hoc
ꝓbaram fuiſſe eorum intentionem,allegando dictum conſili-
um Fede.& doctrinam Bal.de quibus ſ̃.pp quę ipſi excellentes
doct.ſacri conſilij declarauerunt in fauorem dictorum meorũ
affinium:& ſic fuerunt reſtituti in honoribus dicti ſedilis,velut
nobiles dicti ſedilis: ꝓut nũc ſunt, & erunt.ſic & in caſu noſtro
7 dicendum eſt de quaſi poſ.iuris pa.† cum ſit ius incorporale,ꝙ
tranſeat ad ſucceſſores &c. & vltra tunc allegata hoc vult ex-
preſsè.Rota.exlj.poſſeſſor bo.fi.hoc tit.in nouis,ꝙ tranſlato iu
re pa.in aliquo cum villa,etiam ꝙ adhuc non p̄ſentauerit , dici-
tur eſſe in quaſi poſ. iuris p̄ſentandi. ita ergo etiam tranſlato iu
re pat.cum hæreditate vel alio titu.habili.& quod voluit Rota
voluit etiam Card.in c.ex literis.per illum text.in j.col.in j.opp.
hoc tit.& Gay.in rep.c.fi.de elect.lib.6.in fi.17.col.quorum di
cta retulimus.ſ̃.in primo art.p̄ſentis quæſtionis.in ver. & Rot.

¶Vigeſimustertius art.3.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Quaſi poſſeſſio quibus modis amittatur.*
2 *Quaſi præſentatio alicuius quando fuit caſſata per ſententiam,& ille ꝑmiſit eã tranſire in rem iudicatã,an tunc ꝑdat quaſi poſſeſſionẽ quã habebat.*
3 *In quaſi poſſeſſione iuriũ incorporaliũ retinenda nõ ſemper ſufficit animus.*

Quia Supra ſatis eſt dictum de effectibus quaſi poſſeſſio-
nis de modis acquirendi,& conſeruandi eam meri-
to modo

1 to modo 23. loco quærendum eſt, † quibus modis amittatur
quaſi poſſeſſio iuris pat. & licet ex s. ſcriptis pateant aliqui mo-
di. tamen dic in genere ſecundum Cald. in conſ. ſuo 15. duo bis
preſentant, hoc tit. fol. 62. quem perdere quaſi poſ. quando ap-
paret eum ſpoliatum, puta quia voluit præſentare: & non fuit
admiſſus: vel quando non præſentat, quia credit ad ſe non perti-
nere ius præſentandi, quod poſſidebat, vel quando non eſt au-
ſus preſentare contra voluntatem eorum, qui dicunt ad ſe tm̃
ſpectare ius præſentandi: & ſic quando per aliquem actum exte-
riorem appareat eum amiſiſſe ipſam quaſi poſſeſſionem. all. l. 3.
§. in amittendo. & l. quemadmodum. & l. clam poſſidere. §. qui
ad nundinas. ff. de acq. poſ. ¶ Et idem Cal. in conſ. 14. hoc tit. di-
2 cit, ꝙ quando præſentatio † alicuius fuit caſſata per ſententiam,
& ille permiſit eam tranſire in rem iudicatam, tunc perdet qua-
ſi poſſeſſionẽ, quam habebat. De quo dicto late diximus s. qua-
liter ꝓcedat in 14. art. præſentis q. ¶ Et ꝙ ille perdet quaſi poſ.
iuris pa. & etiam aliorum iurium incorporalium, qui excluditur
ab exercendo actum, & actus ille exercetur ꝑ alium: ꝓbat ẽt tex.
in c. cum eccleſia Sutrina. & ibi not. Abb. in 1. col. de cau. poſ. &
ꝓpri. & ibi dicit Abb. eſſe notandum, ꝙ in retinenda quaſi poſ-
3 ſeſſione † iurium incorporalium, non ſemper ſufficiat animus.
de quibus ẽt per Inn. in c. ex literis. de reſt. ſpol. & in c. 2. de reſti.
in integ. vbi ẽt Abb. & do. Flor. in l. ſeruitutes. la vlt. ff. de ſeruit.
ſequitur prædicta do. Roc. in hoc trac. in ver. competens alicui.
in 18. q. reliqua quo ad hunc art. poteris colligere s. in 10. 13.
14. 15. 16. & 17. art. huius quæſtionis.

¶ Vigeſimusquartus art. 3. q. prin. j. partis. ij. Libri.

1 *Ius patronatus an dicatur poſſideri vel quaſi.*
2 *Verba laicorum craſſo & vulgari modo accipienda ſunt.*
3 *Verba impropriantur vt actus valeat.*
4 *Incorporalia quædam vt nomina debitorũ, non poſſunt poſſideri. Et quid ita.*
5 *Poſſideri vel quaſi nihil poteſt, niſi certus ſit locus.*
6 *Poſſidere, eſt ſenſu ſentire ſe poſſidere.*

1 Quia Sæpe s. diximus de exiſtente in poſ. † ſeu quaſi iuris
pa. & præſentandi, merito 24. & vlt. loco expedit vi-
dere ius pa. an dicatur poſſideri, vel quaſi poſſideri. hunc art. for
mat Bal. in c. quanto. in fi. de iudi. qui poſt gl. ibi dicit ius pa. poſ-
ſideri. ſed ipſe Bal. dicit debere exponi. i. quaſi poſſideri. & all. ff.
de re. domi. l. ſeruus. §. incorporales. vnde ſubdit, ꝙ ſi teſtis dice-
ret ſe vidiſſe talem poſſidere ius pat. exponetur. i. quaſi poſſide-
re. all. ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſor. §. ſed ſi rerum. vbi eſt text.
2 no. † verba laicorum debere intelligi groſſo & vulgari modo:
vt not. Cy. in l. ſi cum ante. C. de don. ante nupt. ¶ Barb. vero ibi
in fi. 8. col. ſequitur dictum Bal. cum eius illatione: ꝓ qua addu-
3 cit rationem, † nam verba impropriantur vt actus teneat. alleg.
tex. & gl. in l. & puto. ff. fam. erc. l. & Proculus. ff. de vſufr. l. ſi pa-
ter. ff. de vul. & pup. c. conſtitutus. de reli. do. l. pater Seuerinam.
§. conditionum verba. ff. de cond. & dem. addit ẽt text. in c. exa-
minata. de iudi. in ver. ius pa. eccleſiæ poſſidebis. & tex. in c. con-
ſultationibus. in ver. poſſidebas. hoc tit. vnde ſi Papa, qui eſt iu-
ris ſummi lator, vtitur illo verb. poſſidebas, multo fortius nos,
qui ſumus riuuli, poterimus libellando vti illo modo loquen-
di. ¶ Et addit ideo Bal. in c. j. qui feu. da. poſ. in vſi. feu. in 13. col.
in ver. extra quæritur. dicere etiam imperatorem fuiſſe loquu-
tum groſſo modo, & non ſubtili. all. no. in l. 1. ff. de ſer. fug. & de-
mum ꝓ expoſitione q̃ facit Bal. ad d. gl. in c. quanto. adduxit tex.
cum ſua gl. in c. conqueſtus. de fo. comp. in ver. quaſi poſſeſſio-
nem ¶ Adde ad omnia prædicta eundem Bal. in c. quærelam. de
ele. in 3. col. in ver. item cum populus dicere incorporalia ꝓprie
non poſſideri, ſed quaſi poſſideri: quia non plene nec corpora
liter poſſidentur. alleg. ff. de rer. domi. l. ſeruus. §. incorporales. s.
4 all. & l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuc. ¶ † Subdit ẽt eſſe quædam
incorporalia quæ quaſi poſſideri non poſſunt: vt ſunt nomina
debitorum obligatorum. & l. fi. ff. quor. bon. & dicit eſſe ratio-
5 nem: quia † nihil poſſideri vel quaſi poteſt, niſi locus ſit certus.
l. locus. & l. 3. §. incertam. ff. de acq. poſſ. ſed nomina debitorum
nullum habẽt locum circũſcribentem ea, vel circũſcriptum ab
eis: quia non reſpiciunt certi loci facultates: nec ſubiacẽt alicui
rei corporali, qua mediante poſſunt quaſi poſſidere. vt ff. de iu-
di. l. fideicommiſſum. §. tractatum. l. fi. C. de præſcr. long. tempo.
6 ¶ Item omne † poſſidere, eſt ſentire ſenſu ſe poſſidere: ſed no-
mina debitorum non ſunt hmõi: quia non ſentiuntur. & natu-
raliter patet ẽt ex diffinitione poſſeſſionis ſeu quaſi ergo. Item
quaſi poſſeſſio incorporalium non acquiritur niſi per patien-
tiam aduerſarij. vt C. de ſer. & aqua. l. 2. ſed in nominib. debitorũ
non reperitur acquiſitio per patientiam, ſed ꝑ præſtationem: vt
per ſe patet ergo, &c. In iure pa. vero omnia prædicta reperiun-
tur: quia eſt locus certus, ſcil. eccleſia, capella, ſeu beneficium: & locus corporalis ſentitur poſſeſſio ſeu quaſi ꝑ ſenſum eius quaſi poſſeſſio acquiritur ꝑ patientiam aduerſarij. vt diximus s. in x. art. huius q. ergo licet non dicatur poſſideri, dicetur tamẽ quaſi poſſideri: vt per Bald. vbi s. ¶ Adde ẽt ꝓ dicto Bal. de quo s. ꝙ ius pa. dicatur quaſi poſſideri, tex. apert. in c. querelam. vbi oẽs. de ele. ibi populus in quaſi poſſeſſione preſentandi clericũ exiſtebat: ecce ille tex. vult ius preſentandi quaſi poſſideri. & tex. in c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſ. & ꝓpr. ibi in cauſa quaſi poſ. vbi electio dicitur quaſi poſſideri. Et gl. ibi dicit quia incorporalia quaſi poſſidentur: & quia prædicta omnia ſunt clara, non eſt aliter inſiſtendum. & per iſta ſit expedita diſcuſſio materiæ, quaſi poſſeſ. patronorum iuris patronat. & præſentandi, imo & eligentium iuris eligendi melius, vt puto quam alibi.

Modo Vt omnia diſcuſſa in s. ſcriptis 24. art. clare pateãt, facies concluſionem generalem, ꝙ non ſolum veri patroni, ſed ẽt exiſtentes in quaſi poſſeſſione iuris pa. ſeu præſentandi valide præſentant: & eorum præſentatio eſt admittenda: & inſtitutio ſequi debet, per dicta s. in 1. art. vbi de rõe dubitandi & decidendi. ¶ Declara hanc concluſ. ꝙ prædicti dicuntur exiſtere in quaſi poſſeſſione iuris pat. & præſentandi & non in poſſeſſione: ex quo eſt ius incorporale, ꝑ dicta s. in vlt. art. ¶ Reſtringe iſtam declar. ꝓcedere, niſi eſſemus in dicto teſtis deponentis talem poſſidere ius pa. quia eius dictum interpretari debet. i. quaſi poſſidere: & ñ vitiabitur, ꝑ dicta s. in d. vlt. art. ¶ Amplia modo primo d. conclu. ꝓcedere non ſolum in quaſi poſſidente ius pa. ſed ẽt in inuaſore violento poſſeſſore, tolerato vel intruſo, ꝑ dicta s. in 1. art. in ver. & prædictam omnia ẽt vult. & in 3. art. ꝑ tot. ¶ Amplia ij. d. conclu. ꝓcedere ẽt in patrono putatiuo poſſidente, ꝑ dicta s. in 9. art. in verſ. aut loquimur de patrono. ¶ Amplia iij. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, ꝙ in literis apoſtolicis gratioſis eſt facienda mentio. Ita de quaſi poſ. iuris patr. vel præſentandi alicuius, ſicut de vero patrono, & iure pa. alicuius ꝑ dicta s. in j. art. in ver. & idẽ Car. in conſi. ¶ Amplia iiij. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, vt cautius ſit concludere, præſentantem eſſe in quaſi poſ. iuris pa. vel præſentandi, q̃ eſſe verum patronum: quia eſt facilioris ꝓbationis quaſi poſſeſſio, q̃ ꝓprietas, ꝑ dicta s. in 1. art. in ver. prædictam ẽt concluſionẽ, & ẽt ꝓprietati præfertur: vt j. dicetur. ¶ Amplia v. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, ꝙ attendetur vltima quaſi poſ. ex vltima præſentatione inſtitutione ſequuta acquiſita, & non præcedens quaſi poſ. ꝑ dicta s. in fi. 1. art. & in fi. xj. art. & latius in xx. artic. q̃uis iunior poſſeſſio dicatur violenta: quia non habet locũ in hoc caſu vt ibi. ¶ Reſtringe hanc ampl. niſi in penult. præſentatione præſentauerit alter cũ ipſo vltimo loco præſentante: quia q̃uis iſte alter in ipſa vlt. præſentatione non præſentauerit adhuc dicetur eſſe in quaſi poſſeſſione: vt in d. 20. art. in fi. & latius in 15. art. ¶ Amplia vj. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, ꝙ ꝑ ſolam vnicam præſentationem inſtitutione ſequuta quis dicitur eſſe in quaſi poſſ. præſentandi: & illam acquirit ad effectum conclu. s. ſcriptæ ꝑ dicta s. in x. art. ¶ Amplia vij. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, ꝙ ſi tutor præſentauit vnica vice ꝓprio nomine cum pupillo vere patrono, dicetur eſſe in quaſi poſſ. præſentandi. & tanto fortius ſi poſtea filius & hæres tutoris præſentaſſet cũ pupillo effecto pubere inſtitutione ſequuta: quia fortius dicetur eſſe in quaſi poſſeſſione, vt in caſu ſilingeriorum. de quo s. in 12. art. ¶ Reſtringe mõ has duas ꝓx. præced. ampl. vt ꝑ vnam præſentationem inſtõne ſequuta acquiratur quaſi poſſeſſio, primo ꝓcedere, niſi in cauſa appellationis inſtitutio & præſentatio ſit reuocata: quia non dicetur acquiſiuiſſe quaſi poſ. ꝑ dicta s. in 13. art. ¶ Reſtringe modo iſtam primam reſtric. ꝓcedere, ſi eſt caſſata inſtitutio in cauſa appella. ex defectu non iuris, vel non quaſi poſ. vel malæ fi. quaſi poſ. ſed ſi caſſatur alio defectu præſentantis vel præſentati, pñtans non amittet quaſi poſ. ꝑ dicta in d. 13. art. in ver. ſed aduerte, ꝙ aut iſta. ¶ Reſtringe ij. d. duas ampl. & ipſam conclu. ꝓcedere ipſa vnica præſentatione, & inſtitutione ſequuta in pedib. exiſtẽre: ſed illa caſſata ex quacũque cauſa, non dicetur illum acquiſiuiſſe quaſi poſſ. præſentandi, cum non fuerit ſequuta inſtitutio, ꝑ dicta s. in 14. art. & faciunt, quæ diximus s. in 21. art. in ver. imo plus dico. ¶ Amplia viij. iſtam conclu. & reſtric. ꝓx. factas intm̃ ꝓcedere, ꝙ exiſtens in quaſi poſ. præſentandi, illam non amittit: & vacante eccleſia valide præſentat, ẽt ſi bis caſſata fuerit eius præſentatio, non ex defectu quaſi poſ. vel adiudicationis alteri factæ: ſed ex aliis defectib. nã nihilominus valide velut exiſtens in quaſi poſ. præſentabit, cum iterum vacare contigerit eccleſia, ꝑ late dicta s. in xv. art. ¶ Amplia ix. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, ꝙ præſentantibus aliquib. in quaſi poſſ. exiſtentibus, & aliquibus non, ex non præſentatione eorũ non præſentantes, non amittent quaſi poſ. quando iura collegij patroni præſentare habent, ꝑ dicta s. in 16. art. in ver. tertia erit concluſio. & in ver. tertia igitur concluſio.

¶Amplia x. prædictam conclu. & præcedentem ampli. intantũ procedere, ꝙ ex habentibus præſentare iure ſingulari, ſi aliqui præſentant, & aliqui non, non præſentantes non amittunt nec proprietatem, nec quaſi poſſ. vt in caſu Fede. de ſenis, de aliquibus fratribus præſentantibus, & aliquibus non: vt diximus ſ. in 16. art. in 6. conclu. in ver. iſta concluſio verificari poteſt. ¶Amplia. 11. prædictã conclu. & præced. duas ampl. intantum procedere, ꝙ aliquibus patronis vel quaſi poſ. præſentantibus, & aliquibus non, non præſentantes non amittunt quaſi poſ. etiam ſi vocati eſſent ad præſentandum, & nollent accedere vel non eſſent vocati: nihilominus non amittunt quaſi poſ. vt in d. 16. art. in verſi. aduerte ad aliud. ¶Reſtringe modo primo iſtas tres prox. præced. ampl. vt aliquibus præſentantib. & aliquibus non, non præſentantes non amittunt quaſi poſſ. nec proprietatem: quia compatroni vel compoſ. non videntur habere animum eos ſpoliandi, quando præſentatio ſpectat ad plures iure collegij vel iure ſingulari ex vna met cauſa: ſed qñ exiſtentes patroni ex diuerſis iuribus præſentant: puta ſoli dationis, aliq conſtructionis, & aliqui dotationis, ſi omnes habentes præſentare ex vno iure, puta conſtructionis, non præſentant, & alij præſentant non p̄ſentantes amittunt quaſi poſſ. licet agere poſſint interdicto recuperandæ ꝑ meam nouam conſiderationem, de qua ſ. in 16. art. in verſi. quarta concluſio, ꝙ ſi eſſent plures. ¶Reſtringe primo iſtam primam reſtri. quando omnes habentes præſentare vno iure puta ꝯſtructionis non præſentarent: quia amittunt quaſi poſſ. vt ſ. ſed ſi aliqui ipſorum præſentant cum aliis: licet aliqui alij ipſorum non p̄ſentent, non p̄ſentantes non amittunt quaſi poſ. ꝑ nouiter etiam dicta per me in d. 16. art. in ver. bene tamen dicerem vnum. ¶Declara iſtam reſtri. vt locum habeat, qñ habetur vera notitia tales eſſe in quaſi poſ. ex vno iure, & tales ex alio. ſed quando iſta notitia non haberetur, illud non eſt dicendum: ſed omnes vno iure venire per ſimiliter nouiter dicta ꝑ me. in d. xvj. art. in ver. quid dicendum in hoc paſſu. ¶Reſtringe ij. prædictas tres vlt. ampl. ꝓcedere in caſibus, de quibus ſ. ſed ſi vnus, qui nunquam fuit in quaſi poſ. p̄ſentat, & p̄ſentatus habetur ꝓ p̄ſentato, exiſtens in quaſi poſ. qui ſolus p̄ſentare habebat hoc patiendo amittit quaſi poſ. ꝑ late dicta. ſ. in d. 16. arti. in ver. quinta concluſio, ꝙ ſi vnus. ¶Amplia. 12. d. conclu. intantum ꝓcedere, ꝙ ſi patroni vel exiſtentes in quaſi poſſeſſ. admittant cum eis in p̄ſentando aliquem nõ patronum non amittunt ipſi quaſi poſ. ꝑ dicta. ſ. in 17. art. ¶Reſtringe iſtam ampli. ꝓcedere, vt non amittant quaſi poſ. in totum, ſed bene illa minoratur & debilitatur: quia admiſſi acquirunt quaſi poſſ. & ſic ſunt plures numero: & minor eſt pars cuiuſlibet, ꝑ ea, quæ dicũtur in d. 17. art. in ver. ego hunc articulum, diſtinguendo tamen vt ibidem in verſi. quid dicendum. vſque ad fi. ¶Et ex iſta reſtri. colligitur. 13. ampliatio ad d. cõclu. vt non ſolum dicantur eſſe in quaſi poſ. p̄ſentantes, ad quorum præſentationem ſequuta eſt inſtitutio, ſed etiam admiſſi cum patronis ad p̄ſentationẽ inſtitutione ſequuta, dicuntur etiam eſſe in quaſi poſſ. ita vt eorũ p̄ſentatio poſtea ꝑ dicta in 17. art. in d. ver. ego hunc art. ¶Reſtringe primo iſtam ampli. ꝓcedere in quaſi poſſ. quia ꝑ talẽ admiſſionem admiſſus illam acquirit, non tamen in vero iure pat. quia illud non acquiritur ꝑ admiſſionem ſolam ꝑ nouiter dicta & cõſiderata ꝑ me ꝑ rationes vrgentiſſimas in d. 17. art. in verſ. vnum tamen eſt quod me turbat. & in ver. quid dicẽdum. & in ver. aliud quod ex p̄dictis. vnde cõſtito de non iure admiſſi, amplius admitti non debet, vt ibi dicitur. ¶Reſtringe modo iſtam reſtric. ꝙ licet non habeat locum in acquiſitione iuris pat. tamẽ ſi ꝑ hæredem admiſſi tp̄e debito continuaretur, ex quo eſſent in bona fide, bene acquirerent etiam ius patr. ex præſcriptione ꝑ dicta. ſ. in d. 17. art. in verſ. dicerem bene aliud. ¶Reſtringe. 2. d. ampli. ꝓcedere, ꝙ admiſſus cum aliis patronis ad p̄ſentandum acquirat quaſi poſ. quãdo fit eo modo quo fieri poteſt. ſ. ab omnibus patronis nemine ipſorum diſcrepante: quia alias vno cõtradicente fieri nõ poteſt admiſſio, nec facta tenet, per dicta in xvij. art. in ver. eſt & aliud dicendum. ¶Amplia 14. d. concl. intm̃ ꝓcedere, ꝙ ſi nullo modo exiſtens in quaſi poſſ. p̄ſentauit & ſequuta fuit inſtitutio: quia credebatur patronus, ſi ſuperuenit exiſtens in quaſi poſ. amouebitur p̄ſentatus ab illo qui credebatur eſſe in quaſi poſſ. etiam prima p̄ſentatione non caſſata nec irritata, ꝑ dicta. ſ. in 18. art. ¶Amplia 15. d. cõclu. quam maxime ꝓcedere in exiſtente in quaſi poſ. bona fide: quia tunc præſentatus ab illo & inſtitutus: licet poſtea ꝯſtet de non iuribus præſentãtis: & ius pa. euincatur ab alio: nihilominus inſtitutus non remouebitur: quia ille fructus eſt acquiſitus bon. fi. quaſi poſſ. ꝑ late dicta. ſ. in j. art. & in fi. 6. art. in 4. caſu. ¶Amplia. 16. d. concl. & ꝓxime p̄ced. ampl. intm̃ ꝓcedere, ꝙ ad effectum ꝓxime dictũ ſufficit aliquem eſſe in quaſi poſſ. bo. fi. in ꝯſequentiam. puta, q̄a bona fide poſſidebat villam, in qua erat ius pat. licet nunquam in iure patr. illo p̄ſentaſſet poſtquam villam habuit, quia non vacauit eccleſia, ꝑ ſingulare dictum Rote in d. j. art. in ver. & rota. ¶Amplia. xvij. d. cõclu. & ꝓximas p̄ced. duas ampli. intantũ procedere, ꝙ ſi vnus eſt p̄ſentatus ab exiſtente in quaſi poſ. p̄ſentandi principaliter vel in ꝯſequentiã bonæ fidei: vt ſ. & alius à proprietario p̄fertur, & inſtitui debet p̄ſentatus à bo. fi. quaſi poſ. & non p̄ſentatus à ꝓprietario, ꝑ dicta. ſ. in 6. art. ꝑ totum maxime in quarto & vltimo caſu. ¶Amplia xviij. d. cõclu. & ꝓxime p̄ce. tres ampli. & maxime immediatam intantum ꝓcedere, ꝙ ſi exiſtens in quaſi poſſ. bo. fi. p̄ſentauit vnum, & dicens ſe ꝓprietariũ præſentauit alium: & aliter ipſi non ꝓſequuntur litem: ſed p̄ſentati & ambo probant intentionem p̄ſentantium, & ꝙ inſtitutio non ſit facta p̄ſentato à bo. fi. quaſi poſ. illi & nõ p̄ſentato ꝓprietario fieri debet, ꝑ dicta. ſ. in d. 6. art. in verſi. tu dic ꝓ poteſt eſſe. ¶Amplia. xix. d. conclu. & ꝓxime p̄ced. quatuor ampli. intantũ ꝓcedere, ꝙ ſi exiſtens in quaſi poſ. bo. fi. p̄ſentauit vnum, poſtea ꝓprietarius comparuit & p̄ſentauit alium, & mouit litem poſſeſſori ſuꝑ ꝓprietate: & p̄ſentatio fuit facta ab exiſtente in quaſi poſſ. bo. fi. ante litem motam vel ante litem conteſt. inſtitui debet p̄ſentatus ab exiſtente in quaſi poſ. bo. fi. ꝑ dicta in d. 6. art. in 2. caſu. ¶Amplia. 20. d. cõclu. & ꝓxime p̄ced. quinque ampli. ꝙ ſi aliquis eſt in quaſi poſ. bo. fid. & vacat eccleſia, & ipſe p̄ſentat aliquem clericum in ea, qua p̄ſentatione facta comparet dicens ſe proprietarium: & fatetur illum eſſe in quaſi poſſ. ſed vult ſe ꝓbare ꝓprietariũ: nihilominꝰ ille p̄ſentatus ab exiſtẽte in quaſi poſ. bon. fi. debet inſtitui non obſt. ꝯtrouerſia mota: ex quo ille fructus p̄ſentationis collectus fuerat ab illo, q erat in quaſi poſ. bo. fi. & non ſubiacebat reſtitutioni, ꝑ dicta. ſ. in 4. art. in ver. vñ ꝓ clara intelligentia in primo caſu. ¶Amplia. 21. d. ꝯclu. & ꝓxime p̄ce. 6. ampli. intantum ꝓcedere, ꝙ ſi aliquis eſt in quaſi poſ. bo. fi. & vacat eccleſia, & mouetur ſibi cõtrouerſia ab aliquo ſimiliter ſuꝑ ꝓprietate illius iuris patr. & ille fatetur ipſum quaſi poſſidere: & lis adhuc non eſt conteſtata: ſed ſunt in dilatoriis exceptionibus, quæ ꝓponuntur ante litem cõteſt. p̄ſentatus ab eo inſtitui debet: q̄a adhuc eſt in bo. fi. ex quo non eſt lis ꝯteſt. vnde ille fructus non venit reſtituendus, per dicta. ſ. in d. 4. arti. in ſecundo caſu. ¶Amplia. 22. d. cõclu. & ꝓxime præced. 7. ampli. intantum ꝓcedere, ꝙ ſi bene lis mota ſuꝑ quaſi poſſeſ. quia vnus ſe quaſi poſſidere dicit, & alter idem, ꝙ p̄ſentatio vtriuſq; admittenda eſt, ꝑ dicta ſ. in d. 4. ar. in v. caſu. in fi. ¶Reſtringe primo ꝓximam p̄ced. ampli. ꝓcedere quo ad actum p̄ſentationis & admiſſionis ipſius tantum, ſed non quo ad inſtitutionem: quia illa in caſu p̄dicto retardabitur vſque ad finem litis: vt ille inſtituatur, qui fuerat p̄ſentatus à vere exiſtente in quaſi poſſeſ. ſiue lis fuerit conteſtata, ſiue non. ꝑ dicta. ſ. in d. 4. art. in d. quinto caſu. in fi. vbi ratio diuerſitatis inter iſtam amplia. & duas proxime præced. aſſignatur. ¶Reſtringe ij. p̄dictas 8. p̄ced. ampl. ꝓcedere, vt in eis eſt dictum niſi exiſtens in quaſi poſ. bo. fi. p̄ſentaret vnũ & ꝓprietarius alium. quæ p̄ſentationes ſiue ſint factæ ante, ſiue poſt litem cõteſt. ex negligentia tamen fuit retardata inſtitutio intantum quòd conſtitit de iure ꝓprietarij. nam tunc inſtituetur p̄ſentatus à ꝓprietario. ꝑ ea, quæ diximus in d. 6. art. in tertio caſu. ¶Reſtringe. 3. prædictas ꝓxim. p̄ce. 8. ampli. ꝓcedere, vt inſtitutus ab exiſten. in quaſi poſ. bo. fi. iure pat. euicto, non remoueatur, vt alter ibi p̄ſentetur: ſed bene iure patro. euicto ꝑ ꝓprietarium illum inſtitutus ex tunc in antea: in patronum recognoſcet. & non illum qui eum p̄ſentauit: & in quaſi poſ. erat: cum ex euictione ceſſet eius quaſi poſſeſſio, ꝑ dicta. ſ. in 1. art. in ver. dicit etiam do. Card. ibi. ¶Amplia. 23. d. conclu. etiam ꝓcedere in patrono putatiuo quaſi poſſidente bo. fi. vna cum patrono proprietario, & diuerſos p̄ſentantes eodem tempore ſequuta inſtitutione in ꝑſonam p̄ſentati à patrono putatiuo bo. fi. quia amoueri non debet: ſed omnia in eo habebunt locũ quæ dicta ſunt in 8. p̄ced. ampli. ꝑ ea quæ diximus. ſ. in 9. art. præſertim in verſi. difficultas remanet. ¶Amplia. 24. d. conclu. intantum ꝓcedere, quòd etiam exiſtens in quaſi poſſ. mala fide valide præſentat: & ſequitur inſtitutio, ꝑ dicta. ſ. in 1. 2. & 3. art. & in x. art. in 3. requiſito. in ver. aduerte ſecundo ad aliud. ¶Amplia. 25. d. conclu. & ꝓxime præced. ampli. intantum ꝓcedere, quòd in præſentatione præfertur exiſtens in quaſi poſſ. ma. fi. ꝓprietario non exiſtẽte in quaſi poſ. ꝑ dicta. ſ. in 7. art. ¶Reſtringe primo ꝓxime præced. duas ampli. procedere, quando adhuc de ma. fi. exiſtentis in quaſi poſſ. non conſtat, & ipſe præſentat vnum; & proprietarius alterum: quia præſumitur eſſe in bona fide. & ideo præfertur ꝓprietario; & præſentatus ab eo inſtituitur. Sed ſi de eius mala fide conſtaret, vel mota lite poſt conteſtationem illius præſentaret: ſecus eſſet, quia præferretur, & inſtitueretur p̄ſentatus à ꝓprietario: vt diximus. ſ. in d. 7. art. in 1. 2. & 3. caſu. ¶Reſtringe. 2. dictas duas præced. ampli. ꝓcedere quo ad actum præſentationis, & etiam in caſibus ſuis, quo ad actum inſtitutionis, ſed non

quo ad

quio ad actum deſtõnis:quia licet quis ſit pręſentatus& inſtitutus,ſi poſtea de mala fi. pręſentantis ↄſtat,remouebitur pręſentatus:& alter ab euincente ius p.p:æſentabitur: & inſtituetur, per late dicta.ſ.in j.& latius in ij.art. ¶Extende modo j.iſtam ij. reſtric.etiam procedere,ſi conſtaret de mala fide præſentantis & de bona fide alterius in quaſi poſ.exiſtentis non præſentantis:quia remouebitur præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſ. ma.fi.inſtitutus:& exiſtens in quaſi poſſ.bo.fi.præſentabit aliũ, & inſtituetur:vt diximus ſ.in v.ar.vbi habetur,quomodo hoc eſſe poſſit. ¶Extende ſecundo. d. ſecundam reſtric.etiam procedere,quòd ſi patroni admittant ad præſentãdum cum eis nõ patronum;licet admiſſus acquirat quaſi poſſ.tamen cum apparebit de non iuribus ſuis,& ſic de mala fide,non admittetur in alia præſentatione,per nouiter dicta.ſ.in 12. art.in ver.vnde ex prædictis:& ſi non eſſet illud,quia cum aliis præſentauit,in totum amoueretur,vt ibi. ¶Reſtringe modo primo iſtam ſecundam reſtric. & ipſas duas eius extenſiones procedere, quando ad ſolius exiſtentis in quaſi poſ.præſentationem, fuit facta inſtitutio:quia conſtito de mala fide præſentantis,fiet inſtituti amotio.ſed quando eſſet aliquis præſentatus à ma.fi.quaſi poſſ. & ab vno ex veris patronis vel aliquo exiſtente in quaſi poſſ. bo.fi.& ſequuta eſſet inſtitutio: licet conſtet de ma.fi.alterius præſentantis,non remouebitur inſtitutus:ſed habebit vires inſtitutio à præſentatione aliorum,videlicet proprietarij,vel exiſtentis in quaſi poſſ.bo.fi.per ſingularia dicta.ſ.in 12.art.in ver ſi.& ex hoc motiuo. ¶Reſtringe.2.d.ſecundam reſtric. procedere, vt ſ. ſed ſi patroni admiſiſſent cum eis non patronum ad præſentãdum,licet appareat de ma.fi.admiſſi:nihilominus nõ remouebitur inſtitutus:ſed remanebit ex virtute præſentationis aliorum,per dicta pulchre,& nouiter in 17.art.in ver.& qa nos in hoc caſu. ¶Reſtringe. 3. iſtam ſecundam reſtric. procedere quando ſequuta fuit inſtitutio in præſentatione exiſtentis inquaſi poſſeſ.mala fid.& ſumus infra quadrimeſtre adhũc quia tũc inſtitutus remouebitur:ſed ſi extra quadrimeſtre vel ante, edicto poſito non debet remoueri per nouam conſiderationem,de qua.ſ.in 2.art.in ver.tu.in fi.huius ſecundi.vſque ad fi.licet aliqui contrarium teneant,vt ibi. ¶Reſtringe iiij.iſtam ſecundã reſtric.procedere,quando ab inſtitutione facta ad præſentationem exiſtentis in quaſi poſ.ma.fid.fuit appellatum:qa tunc remouebitur inſtitutus, conſtito de ma. fi. præſentantis: ſed ſi à proprietario vel exiſtente in quaſi poſ.bo. fi. appellatũ non fuit cum inſtitutio ſapiat naturam diffinitiue ſententiæ,trãſire dicitur in rem iudicatam: non remouebitur amplius inſtitutus, ſimiliter per meam nouam conſiderationem, de qua in d.2.art.in ver.tu.in fi.huius ſecundi art. vſque ad fin.& pulchre etiam in v.art.in ver.quod dictum Inno.do.Car.&c. ¶Amplia 26.d.conclu.& tres præce.ampli.intantum procedere:& multo fortius,vt omnia dicta in eis circa ma.fid.poſſeſ. habeant ẽt locum in putatiuo patrono ma.fi.poſſeſ.etiam præſentante vna ſimul, diuerſos tamen cum proprietario:& eodem tempore ſi inſtituatur præſentatus à putatiuo: multo magis amouebitur,per dicta.ſ.in 9.art.in ver.aut loquimur de patrono.&in ver ſi vero nos loquimur. ¶Declara modo primo has duodecim proxime præced. ampli. incipiendo à quintadecima cum earum reſtrictionibus,extenſionib.& aliis ſupraſcriptis,loquẽtes & loquentib.de exiſtente in quaſi poſ.bo.fi.vel ma.fi.ꝙ habens conſcientiam rei aliene,&ſic iuris patr.vel quaſi poſ.alterius,dicitur in mala fide.In bo.fi.vero dicitur eſſe,qui poſſidet cogitatione domini.puta,quia credit ſe eſſe patronum:vt diximus.ſ.in 2.art.in ver.ſed circa iſta duo: ¶Declara. 2. dictas ampli.& omnia ſ. dicta, ꝙ in dubio an quis dicatur eſſe in bo. vel ma.fi.eſt aduertendum,quòd ſi autoritate iudicis fuit miſſus in poſſ.ſeu quaſi alicuius rei ſeu iuris,præſumitur in bona fide:dũmodo iudex iuris ordine ſeruato hoc fecerit:vnde in dicto caſu,quando iudicis autoritate poſſidet ſeu quaſi, ſi vere erat in bo.fi.præſentatus,& inſtitutus ad eius præſentationem nũquã amouetur:vt diximus.ſ.in xv.ampli. per latè dicta.ſ.in d.2.art. in ver.in dubio vero. ¶Declara.3.dictas ampli.& omnia ſ. ſcripta,quòd ſi aliquis iudicis autoritate fuit miſſus in aliquã poſ. ſeu quaſi alicuius rei iuris ordine ſeruato, licet pręſumatur poſſidens ſeu quaſi in bo.fi.tamen eſt aduertẽdum in caſu noſtro, cum patroni non vtantur vera iuriſdiõne ex publico, quòd ille qui iudicis auctoritate iuris ordine ſeruato poſſidebat ſeu quaſi erat in mala fi.& præſentauit nemine ↄ̃dicente:& fuit inſtitutus:& tenebit inſtitutio:aut non nemine ↄ̃dicẽte,& non tenebit per dicta.ſ in d.2.art.in ver.aut erat ille in mala fi.& in ver. do.Car.vero.& iſta declaratio facit pro illis duabus reſtrictionibus per me nouiter datis ad ſecundam reſtric. præced.xxv.ampli.de quadrimeſtre elapſo,vel nõ:& de appellatione interpoſita vel non,de quibus ibi. ¶Declara.4.dictas ampli.& ſupradicta per aliam concluſionem,quæ eſt,quòd in dubio poſſidens reſiſtente iure præſumitur in mala fide; & idem in quaſi poſſidente,niſi longo tempore poſſideat ſeu quaſi,vel poſſeſſionẽ, ſeu quaſi ꝓbabilibus coniecturis acquiſiuerit,ſi vero non poſſidet iure reſiſtente:in dubio præſumitur in bo.fi.per dicta.ſ.in d.2.art.in ver.alia eſt concluſio,quæ traditur,vbi remiſſiue ponuntur exempla, quando quis dicatur iure permittente poſſidere,ſeu quaſi, vel non: ¶Declara quinto dictas ampl. & pręedicta omnia per aliam cõcluſionem,quæ eſt,quòd in dubio poſſeſſor ſeu quaſi ſine tit. præſumitur in ma. fi. maxime in rebus ſpiritualibus,vel quaſi:& in annexis, ſiue ſit titulus verus, ſiue putatiuus:vt puta:quia dicatur quaſi poſſidentem eccleſiæ dediſſe fundum:illã conſtruxiſſe vel dotaſſe ipſe vel is à quo cãm habet:& ſic quod putetur aliquod prædictorum à prædictis factum fuiſſe,per late dicta.ſ.in d.2.art.in ver.& ex iſtis nota aliã cõcluſionem vbi etiam additur idem eſſe,ſi habet titulum ſucceſſionis,donationis,& ſimilium de quibus.ſ.in 2.part. primi lib.quòd etiam ſi aliquis titulus ex prædictis ſit putatiuus in dubio præſumẽdum eſt,quaſi poſſeſſorem eſſe in bo.fi.donec aliter conſtet expreſſe de eius ma. fi. vt ibi late vbi etiam remiſſiue,quando requiratur titulus in incorporalib. & quando non. ¶Amplia.27.d.conclu.intantum procedere, quòd quaſi poſſ. prædeceſſoris,qui pręſentauit,tranſit in ſucceſſorem,quamuis adhuc ſucceſſor non præſentauerit: quia eccleſia non vacauit, per ea quæ nouiter diximus.ſ. in 22.articul. ¶Extende hanc ampli.intantum procedere, quòd ſi prædeceſſor præſentauit, & ſequuta fuit inſtitutio,& poſt mortem ipſius poſſeſſoris vacauit eccleſia,& aliqui ex hæredibus præſentarunt,aliqui non, adhuc non præſentantes ſunt in quaſi poſſeſſione dependente à quaſi poſſeſſione prædeceſſoris conſeruata per præſentationem cohærendum, per pulchrum conſilium Fed. de quo in d.22.artic. ¶Extendæ.2.hanc ampli.intantum procedere & continuari quaſi poſ.prædeceſſoris in ſucceſſorem in iurib. incorporalibus,quòd ſi ſucceſſor egerit interdicto recuperandę ſeu ſpolio,& nullam ſuam quaſi poſſeſ.probauerit,ſed prædeceſſoris ſui,reſtituetur in quaſi ſua poſſ. in qua ſuus prædeceſſor fuerat, tanquam ſi probaſſet ſuam quaſi poſ.vt in caſu dominorum de Alexandro de Neapoli de quo diximus in d. 20. art.in ver.3.pro iſta part. ¶Iſtis ampl.cum ſuis reſtric.extenſ.& decl.expeditis tranſeo ad limitationes huius principalis limitationis,& limito primo ipſam & omnia.ſ.ſcripta procedere,dũmodo exiſtens in quaſi poſ. dicatur vere exiſtere & exiſtat in quaſi poſ.ſed ſi tantum credebatur eſſe patronum, vel in quaſi poſſ.qui tamen nunquam fuit,&ideo ad ipſius præſentationẽ ſequuta fuit inſtitutio , conſtito quòd nunquam fuerit patronus nec extitiſſet in quaſi poſ. amouebitur indiſtincte inſtitutus:quia nulla præſentatio & inſtitutio,per dicta.ſ.in 1.arti. in ver.& ex his dicit ipſe.& plenius in 18.art. ¶Limita.2.d. conclu.& omnia ſ. ſcripta procedere,dummodo exiſtens in quaſi poſ.acquiſiuerit illam per requiſita à iure, de quibus.ſ.in x.art. alias non cẽſebitur verus quaſi poſſeſſor, vt gaudeat ſupraſcriptis omnibus prærogatiuis,vt ibi late. ¶Reſtringe tamen dict. 2.limi. procedere, vt prædicta omnia acquirantur ad effectum acquirendi verum effectum præſentationis & inſtitutionis:& ſic quòd inſtitutus non amoueatur amplius,ſed quo ad effectum acquirendæ quaſi poſſ.vt poſſit cum vacauerit eccleſia ꝑſentare,ſufficit præſentatio, & ſola inſtitutio ſequuta : vt diximus in d.x.art.in verſ.tamen ego conſidero.& in 12.art.in ver ſi.conſidera & ſeptimo. ¶Limita.3.d.conclu.& omnia.ſ.ſcripta ꝓcedere in acquirente quaſi poſ.pręſentandi:ſed ſi quis acqſiuerit quaſi poſ. aliorum fructuum iuris patro. puta honoris, proceſſionis,oneris,& vtilitatis,in quibus non cadit inſtitutio non ſe extendet ad fructum præſentationis:& ideo non admittetur eius præſentatio,per dicta ſupra in 20.artic. ¶Limita.iiij. d. conclu.& omnia ſupraſcripta procedere,dummodo exiſtẽs in quaſi poſ. præſentauerit antequam aliqua lis ſibi mota fuiſſet à proprietario ſuper ipſo iure patr.vel poſt ante tamen litẽ conteſt.quia ſequi debet inſtitutio:& eo exiſtente in bo.fi.nõ remouebitur inſtitutus: vt ſ.ſed ſi lis eſſet mora, & conteſtata, non debet ſequi inſtitutio,ſed expectari euentus litis, propter malam fidem,& illius fructus reſtitutionem,per dicta.ſ.in 4.artic.in ver.tertius eſt caſus. ¶Reſtringe modo iſtam quartam limit procedere,vt ſ.quòd retardabitur inſtitutio vſque ad finẽ litis,ſi lis terminatur infra tempus datum ad præſentãdum:ſed ſi lis moueretur, & eſſet conteſtata,& præſentatio fieret per exiſtentem in quaſi poſ.& illa nõ terminaretur infra dictum tẽpus,inſtitui debet præſentatus ab exiſtente in quaſi poſ.& non expectabitur euẽtus litis,vt inſtituatur præſentatus à proprietario, cum hoc eſſe nõ poſſit ex quo ſumus extra tempus,nec ab epiſcopo fiet collatio,vt fraus euitetur,per nouiter dicta &

conſiderata, per me in d. 4. art. in ver. ſed ego multum miror. &
in ver. ſed quartus eſt caſus. ¶Limita. v. d. conclu. & omnia ſu-
praſcripta ꝓcedere, quo ad omnia p̄dicta, quæ fieri poſſunt per
exiſtentem in quaſi poſ. ſed non tamen, ꝙ ꝓprietarius non ci-
tato exiſtente in quaſi poſ. non poſſit vti iure ſuo, & præſenta
re cum vacat eccleſia: licet poſtea inſtituendus ſit ille, qui de
iure inſtitui debet ꝑ dicta ſ. in 17. art. ¶Limita. 6. ſupraſcriptam
conclu. & omnia p̄dicta ꝓcedere, niſi exiſtens in quaſi poſ. illā
amiſerit certis modis, quibus amitti pōt, de quibus ſ. in 23. art.
quia tunc non poterit præſentare, nec inſtitutio ſequi, vt ibi.
¶Declara modo primo omnia ſupraſcripta, ꝙ quamuis in nō
patrono requiratur quaſi poſſeſſio, alias ad p̄ſentandum non
admittitur, vt ſ. in patrono tamen proprietario etiam non exi-
ſtente in quaſi poſſ. dicendum eſt admitti ad p̄ſentandum, nul
lo alio in quaſi poſſ. exiſtente, ꝑ dicta. ſ. in 8. art. ¶Declara ſecū
do ſupraſcripta omnia, ꝙ quamuis aliquis ſit putatiuus patro-
nus; tamen ſi non exiſtit in quaſi poſſ. præſentandi, eius p̄ſenta
tio eſt nulla, ꝑ dicta, ſ. in 9. art. in ver. & ſubdit fore notandum.
¶Et per iſta omnia tacta in omnibus ſ. ſcriptis vigintiquatuor
art. & ſic in tota p̄ſenti. 3. q. princ. ſunt breuiter & ordinate de-
ducta magis congrue & clare quam alibi inuenire poteris.

### ¶Quarta princ. q. primæ partis. 2. Libri.

1 *Patroni an eccleſia vacante præſentare poſſint per patronum.*
2 *Præſentare, eſt dare votum.*
3 *Patronus vel exiſtens in quaſi poſ. præſentandi, poteſt præſentare per procu ratorem in eccleſia vacante, vel pro illa vice alicui cedat ius præſentandi. & num. 6.*
4 *Præſentandi ius habens, poteſt præſentare clericum per literas.*
5 *Procurator datus ad eligendum ſubſtituere poteſt.*
7 *Canonici abſentes poſſunt vices ſuas alteri committere. & n. 9.*
8 *Prohibitus cedere, vel eligere, vel procuratorem ſuum conſtituere: poteſt tamen ſimplicem procuratorem conſtituere.*
10 *Electio tribuit ius electo in re, præſentatio ad rem.*
11 *Permiſſum cenſetur, quod non reperitur prohibitū in materia maxime permiſſiua.*
12 *Electio fieri poteſt per procuratorem.*

Quæro Quarto principaliter: quia ſ. viſum eſt,
patronos vel exiſtētes in quaſi poſ. præ-
ſentandi, vt late dictum eſt. ſ. merito quærendū eſt,
an iſti tales debeant p̄ſentare ꝑ ſeipſos, an poſſint
p̄ſentare ꝑ alia media: ex qua quæſtione oriuntur infraſcripti
1 art. ¶Et primus † erit, an eccleſia vacante poterunt p̄ſentare ꝑ
2 procuratorem. ¶Et poſſet prima facie dici ꝙ non: † quia p̄ſen
tare, eſt dare votum: vt ꝑ totū hunc titulum. & maxime ꝑ doc.
in cle. plures. hoc tit. & vox ꝓprie ſignificat clamorem & aeris
verberationem ſecundū deriuatores, & voluit Io. cal. in conſ.
17. p̄ſentato vno. hoc titu. fol. 62. vnde ipſe patronus p̄ſentare
3 deberet & non ꝑ ꝓcuratorem. ¶† Tamen contraria pars eſt
verior, patronum, vel exiſtentem in quaſi poſ p̄ſentandi, ꝑ pro
curatorem p̄ſentare poſſe: vt de hoc eſt text. ſecundum glo. &
omnes ibi in c. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. vbi Ab. &
Imo. poſt Car. & alios ex illo tex. colligit in 2. not. ibi, aut ꝑ lite
4 ras habentem ius præſentandi † poſſe præſentare clericum ꝑ li
teras: quia ꝑ eas cōſtituitur ꝓcurator. & ſic à maiori, ſi ꝑ literas,
ergo & per ꝓcuratorem. Sed clarior tex. eſt in c. fi. de conceſſ.
p̄b. vbi ꝓhibetur conſtitutio ꝓcuratoris ad p̄ſentandum bñfi-
cium vacaturum rōne voti captandæ mortis, & fraudis. Ergo
ꝯrium in bñficio iam vacante, vt non militet illa ratio: & hoc
omnes doc. ibi volunt ſaltem à ꝯrio ſenſu: vt. ſ. & p̄ſertim Inn.
Io. An. Card. Abb. & Imo. ibi & videtur tacite voluiſſe Abb. in
conſ. 76. inuocato, plura ſunt examinanda. in 3. dub. in 2. vol. &
expreſſius voluit Lap. allega. 8. p̄ſentatus ꝑ patronos, in 1. col.
vbi dicit expreſſe patronos cōſtituere ꝓcuratores ad p̄ſentan-
dum, etiam ſi ſint p̄ſentes, vel nō impediti: vt dicit notare Fed.
de ſen. conſ. xcix. quod quidem conſilium non reperi: ſed for-
ſan voluit allegaſſe cōſiliū. lxv. j. ſcriptæ qōnes. in fi. quinti du-
bij. & in 7. hoc idem videtur voluiſſe Rota. ccxj. non ſufficit pa
tronis. hoc tit. in nouis. voluit ēt Abb. vbi Præpo. in 2. col, vbi
etiam do. me. Corſe. in c. conſtitutus. el 2. de ap. & Paul. in trac.
de ſed. vacan. in 2 par. in v. q. in vlt. col. in verſ. quinimo. & pul-
chre Gay, in repe. c. fi. de elec. lib. 6. in xlix. col. poſt prin. vbi ēt
vult talem procuratorem poſſe p̄ſentare ſubſtituentem: vt in
d. ver. quinimo. de quibus tamē. j. dicemus latius in iſto primo
lib. in hac j. part. in 8. q. prin. in x. art. ꝑ cuius dicto facit glo, quæ
loquitur in electione, in verbo, de certa. in c. penul. in §. porro.
5 † quæ vult, ꝓcuratorem datum ad eligendum, poſſe ſubſtitue
re. quam gl. ibi ſequitur Io. And. ſed Dom. poſt alios ibi diſtin-
6 guit: ita & tu diſtinguere poteris in hoc caſu. ¶† Et iſta eſt veri
tas, quæ ꝓcedit in beneficio vacante: quia tūc conſtitui p̄t pro-
curator ad p̄ſentandum, & etiam ſubſtitui: vt ſ. ſi inſtitutus ha-
buit poteſtatem ſubſtituendi, ꝑ ea, quæ dixit Paulnus in d. trac.
de ſed. vac. in v. q. in vlt. col. in ver. quinimo. & in beneficio va-
cāte loquuntur omnes doc. allegati in locis ſ. ſcriptis. quid aūt
in vacaturis, dicetur. j. in ſeq. art. ¶Et ita reperi tenere Paul. de
cita. in hoc trac. in 6. par. in 32. q. & in hoc nulla eſt difficultas,
cum omnes concordent. & ita tranſeāt & in practica ſeruetur.
7 ¶Verum eſt aduertēdum, ꝙ abſentes canonici † ēt poſſunt vi-
ces ſuas alteri committere. c. ſcriptum. & ibi gl. c. quia pp. & ibi
glo. c. cum nobis. & c. congregato. de elect. ſed multa in eo re-
quiruntur. Primum, ꝙ abſens ſit iuſte impeditus vel iniuſte, dū
modo p̄ſentes conſentiant: vt ꝑ doct. in d. c. ſcriptum. Item, ꝙ
ſit abſens in loco in quo citari non debeat, d. c. quia pp. Item, ꝙ
committat vocem vni de capitulo, & non extraneo, inuitis ca
nonicis. d. c. quia pp. c. congregato. c. ſi quis iuſto. & ibi docto.
hoc tit. & ꝑ Præpo. poſt Abb. in c. conſtitutus. de ap. vt omnia
iſta plene ponit Firma. in trac. de epō. in j. lib. in 3. par. in 14. qu.
Nihilominus iſta non requiruntur in patrono conſtituente ꝓ
curatorem: quia non debet habere conſenſum compatrono-
rum, non eſt adſtrictus compatronum conſtituere: nec requiri
tur abſentia ipſius: ſed etiam ſi eſt p̄ſens, hoc facere p̄t: & quan
do eſt abſens, nō requiritur cauſa iuſta, vel ne, vt apparet ex di-
ctis ſ. ſcriptorum, qui indiſtincte loquuntur. Et facit ratio, qa
nō ſumus in actu electionis, qui tribuit ius electo, & ideo mul
te ſunt differentiæ inter meram electionem & p̄ſentationem:
de quibus ſ. in ꝓxima p̄ced. j. princ. part. in v. art. vbi vide. ¶Ad
uertendum eſt etiam ad aliud quod dixit idem Firma. in trac. de
epō. in 3. lib. in j. part. in xx. q. vbi dicit, ꝙ facta electione ꝑ ꝓcu-
ratorem: confirmatur ius eligendi, ſicut quando fit ꝑ principa-
lem. allegat. l. in argumentum, ſi is qui Stichum. & ibi Bar. ff. de
ꝓcu. vbi dicit fore videndum, qui tamen Bart. ibi nil aliud po-
nit niſi ſolum ſummarium. videlicet, electio facta ꝑ ꝓcuratorē
ita ꝙ ſumit ius eligendi, ſicut ſi facta eſſet per dominum: & ibi
apoſtilla dicit, ꝙ ꝑ illam. l. Bar. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud. de
8 verb. obl. ponit pulchrum dictum, † ꝙ ꝓhibitus cedere vel eli
gere, vel ꝓcuratorem in rem ſuam conſtituere, poterit tamen
ſimplicem ꝓcuratorē conſtituere: & geſta ꝑ eum conſumma-
bunt factum, ſicut ſi geſta forent ꝑ ipſum conſtituentem. & al-
le. d. l. ſi is qui Stichum, & ꝑ iſtorum confirmatione facit quod
dicit Lap. alleg. 22. an ſufficiat. in 6. char. ꝙ canonicus contem-
ptus ratificando electionem factam de vno, non poteſt de con
temptu agere ꝯ electionem factam de alio: quia iam conſum-
pſit ius ſuum eligendi, vt ibi: & ſic conſumptio actus eſt magni
affectus. Hoc non poteſt eſſe in ꝓcuratore conſtituto ad p̄ſen-
tandum, nam non conſummabit ius p̄ſentandi: quia ex quo ſi
ipſemet patronus p̄ſentaret, poſſet variare & aliū p̄ſentare, ac-
cumulando tamen: vt in c. quod autem. & in c. cum autem. &
in c. cum pp. hoc tit. & erimus dicturi. j. in 2. par. huius ſecundi
lib. in 7. q. prin. in 17. art. & melius. j. in hac. 4. q. prin. in 6. art. &
ſic ius p̄ſentandi non eſt conſummatum, eo modo non dēt eſ-
ſe conſummatum quādo p̄ſentat ꝑ ꝓcuratorem, quia ipſemet
patronus poterit alium p̄ſentare: vt expreſſe vult Card. in d. c.
fi. in j. q. de conceſ. p̄b. ibi dum dicit, nam & ſi ipſe. ſ. ꝓcurator p̄-
ſentaſſet, ipſe. ſ. patronus alium p̄ſentare poſſet, vt ibi. & idē cla
rius vult Io. And. ibi poſt ſummarium, ſup verbo, non vacanti-
9 bus, nam dicit † vacantia poſſe ꝑmitti, non tamen ita ꝙ ꝑmiſ-
ſio afficiat. nam & ſi iam p̄ſentaſſet. ſ. ꝓcurator vel ipſe poſſet a-
lium præſentare. alleg. c. quod autē. & c. paſtoralis. hoc tit. quan
10 to magis ſi ſolum ꝑmiſerit p̄ſentare: & in † hoc etiā differt ele
ctio à p̄ſentatione: illa ēt ratione, quia electio tribuit ius electo
in re: p̄ſentatio vero ad rem. c. cum Bertoldus. vbi Abb. plene
de re iudi. & dictum eſt ſ. in j. q. prin. huius par. in v. art. ¶Ad p̄-
11 dicta adde, ꝙ nō ſolum † patronus p̄t conſtituere ꝓcuratorem
ad p̄ſentandum, ſed etiam poteſt cedere vel concedere alicui
ꝓ illa vice ius ſeu poteſtatem p̄ſentandi aliquem in eccleſia, ta
men iam vacante: vt pulchre concluſit Rota prima. patronus
clericus. in 2. dubio. hoc ti. in antiquioribus. ¶Reperi poſtmo
dum do. Roch. in hoc trac. in verbo, honorificum. in v. q. quæ-
rentem de hoc art. & concludentem, vt ſupra. & adducentem
ꝓ hac conclu. Fel. in c. cum venerabilis. in prin. de excep. in v-
no verbo. & adducit etiam in arg. tex. in c. accedens. de præb. v-
bi abſens poteſt inueſtiri de beneficio ꝑ ꝓcuratorem. dicit ēt
hoc ꝓbari, qa non reperitur ꝓhibitū: ergo cenſet ꝑmiſſum, ex
quo materia eſt ꝑmiſſiua. l. ne quando. §. ꝙ eis. ff. ex quib. cauſ.
ma. c. inter corporalia. circ. med. vbi pulchre gl. de tranſl. epi. &
ſubdit hoc arg. vſum fuiſſe in hac materia conſtitutionis ꝓcu-
ratoris Abb. in d, c. conſtitutus. de ap. & dicit etiam facere text.
per locū à ſpeciali in c. quia propter. §. illud. vbi hoc notatur

de elec

de elect.alleg.etiam Lap. allegatione. lxxix.in Dei nomine.in
4.col. volentem etiam patronum non impeditũ id facere poſ-
4 præſentare per ſ dicta. †Et pro clariori intelligentia dicerem
ꝙ ſi loquimur de coadiutoribus, qui aliquando hodie dantur,
&ſunt futuri etiam perpetui ſucceſſores in beneficio:&de iſtis
non eſt quærendum:quia eos nemo poteſt dare,niſi ſolus pa-
5 pa:†ex quo eſt dare beneficium viuētis quod dari non poteſt.
7 q.1.nouatianus. & c.non furem.& c.eum qui.& c.audiuim⁹.
4.q.1.& 2.q.1.in primis.in c. denique. Solus ergo papa hoc fa-
cere poteſt.c.petiſti.7.qu.1.& eſt tex.in c.2.de præb.in 6.& ibi
gl.in verbo,vacauit.&ita voluit Firma.in trac.de epiſcopo.in j.
lib.in j.char. in 4.col.in 3.q.& hoc ne mors captetur.c.ne cap-
tande.de conceſ præb.lib.6.Vnde ſi de huiuſmodi coadiutori-
bus,& futuris ſucceſſoribus loquimur, & papa illos concedit,
& derogat expreſſe patronis laicis,quod facere poteſt.c.cũ di-
lectus.hoc tit.& plene per do.Fel.in tract.quando lite.apoſto.
no.patro. per totum : alias ſi non derogaret expreſſe, dicerem
non intelligi eis pręiudicatum:vnde moriente illo rectore,pa-
troni laici poterunt præſentare,nõ ita dicerem de patronis ec-
cleſiaſticis,cum illis poſſit papa præiudicare,&etiam legatus.d.
c.cum dilectus.& c. dilectus.de offic.lega. licet ego dubitarem
6 †an legatus poſſit dare perpetuum ſucceſſorem.per c.dilectus
filius.de præb.& gl.in c.2.in verbo,vacaturi.de præb.libr.6.ſed
de hoc hic nõ ſum tractaturus,ſufficit concludere,ꝙ ſi legatus
7 poſſet hoc facere, idem eſſet dicendum. ¶†Aut vero loqui-
mur de coadiutoribus temporalibus,qui durant,donec viuit il
le,cui dantur:vt pulchre vult Abb.& omnes in d.c.fi.de cleric.
egrotan.& doct.in d.c.vlt.eod.titu.lib.6.& in iſtis dicerem re-
quiri conſenſum patronorum:ex eo quia vertitur intereſſe ec
cleſiæ,quam ipſi defendere habent.& diximus late ſ.in diffini-
tione iuris pat.in 1.part.1.lib.in 1.q.prin.in 1.art.in fi.& ꝙ mor
tuo illo,cui adiutor eſt datus,patroni poterunt præſentare,pa-
tet, quia ſimiliter dicemus ꝙ mortuo epiſcopo, cui datus eſt
coadiutor,adminiſtratio ad capitulum deuoluitur.Bar. in l.ſo-
let.ff.de tutel.Ang.in l.j.C.qui petant tutores. & ſic poſtea ca-
pitulum eliget alium epiſcopum:vt de elect.per totum. ¶Et ꝙ
requiratur conſenſus patroni,facit quod dicit Abb.in c. quæſi
tum.ante fi.j.col.de rer.permu. vbi exemplificat & à pari ponit
ꝓcedere permutationem , quam facit epiſcopus:& dationem
coadiutoris:vnde ſicut ibi conſenſus patroni requiritur, ſic &
8 hic. ¶†Et de iſtis coadiutoribus pulchre Firma. ponit in ſuo
tracta.de epiſcopo.in j.par.j.libri in 4.col.prime char.in 3.q. vbi
9 de duce Frãciſco Fuſcaro duce venetorum, cui†in vita fuit da
tus ſucceſſor in ipſo ducatu.& in 2.part.4.libr.in 13.q.in fi.14.
char.& in prin.25.operis vbi quando datur coadiutor propter
furorem,propter egritudinem:propter ſenectutem,& ſimilia,
quæ non ſunt tranſcribēda. de qua etiam materia coadiutoris
eſt recurrendum ad ea,quæ dicunt doc.in toto tit.de cler. egr.
in antiquis.& in 6.& in decretis.in 7 q.1.per totum.& ad doct.
in c.grandi,de ſupplen.negli.præla.lib.6.& maxime in ſolenni
repe.quam ibi facit.d.me.Corſe.&ad repertorium ipſius d.me.
ad abbatem in verbo,coadiutor.quia iſta materia non eſt præ-
ſentis ſpeculationis.

¶Vigeſimusprimus art.6.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Beneficium patronatum habens , an poſſit ſibi ſucceſſorem eligere , vel ſal-
tem cum epiſcopo & patrono in illo.& n.7.8.*
2 *Epiſcopus non poteſt ſibi ſucceſſorem eligere.*
3 *Moſes filios ſuos in principatu ſucceſſores elegit,& conſtituit.*
4 *Papa ſucceſſorem non poteſt ſibi eligere,etiamſi Cardinales id ſtatuant.*
5 *Ignatius in Antiochia ſibi ſucceſſorem elegit,cum Romam peteret.*
6 *Petri ſucceſſor in pontificatu fuit Linus,dein Cletus,proxime Clemens.*
9 *Papa poteſt preiudicare,expreſſe etiam patronis laicis.*
10 *Patroni poſſunt ſibi eligere ſucceſſorem,conſuetudine ſtante.Et electio fa-
cta tenet.*

1 Et ex Iſtis reſultat dubitatio.21.art.†an habens beneficiũ
patronatum poſſit ſibi eligere ſucceſſorem,vel ſaltē
vna cum epiſcopo,& patrono in illo?& dubitatio præſentis ar
tic.& proximi præced.prouenit ex his,quæ diximus.ſ.in 19.ar
tic. vbi concluſimus non poſſe fieri præſentationem ad bene-
ficium vacaturum, nec promiſſionem de præſentando : per c.
fi.de conceſ.præb.¶Et ideo dic breuiter, ꝙ ſi querimus,an be-
neficiatus ſolus poſſit ſibi eligere ſucceſſorem in beneficio pa
tronato?& non eſt dubium non poſſe maxime in pręiudicium
patroni:quia ſi epiſcopus non põt patrono præiudicare. c.de-
cernimus. 16.q.7.multo fortius nec ipſe beneficiatus, qui nul
lam habet auctoritatem diſponendi in beneficio poſt ſuã mor
2 tem.c.accepimus:de pactis.& 7.q.1.quaſi per totum. ¶†Vnde
dicitur epiſcopum viuentem non poſſe ſibi ſucceſſorem elige
3 re,quamuis hoc fecerit Moyſes, qui†filios ſuos in principatu
ſucceſſores conſtituit : & fuit amicus Dei loquens cum eo de
facie ad faciem. 8.q.1.Moyſes.cũ hoc in aliis non permittatur.
c.epiſcopus.& ſeq.& ſeq.& c.apoſtolica.§.his omnibus.ea.cau
4 ſa & quæſtione. †Et idem in papa, qui non poteſt ſibi eligere
ſucceſſorem,ẽt ſi cardinales hoc ſtatuant,ſecundum Pau. de e-
leaza. & Car.poſt alios in cle.ne Romani.de elec.verſi.4.& ibi
omnes.Nec poteſt dici Petrum hoc feciſſe , ergo alij hoc face-
5 re poterunt:quia quamuis†Ignatium in Antiochia cum Ro-
mam petiit,ſibi ſucceſſorem dimiſerit : tamen hoc exemplum
non trahitur ad alios,ſecundum gl.in c.ſit tranſitus. lxxix. diſt.
ita Firma.in trac.de epiſcopo.in 3.par.1.lib.in xl.q. & vltra dic-
ta per eum hoc tenet Arch.in d.c.quid tranſitus.&gl.in d.§.his
omnib.& Abb.in ca licet.vbi oẽs.in fi.j.not.de elect.& in c.ac-
cepimus.de pact.ſed reuera Ignatius nõ fuit ſucceſſor Petri ge
neralis , ſed ſolũ in Antiochia dimiſſus ipſo Petro adhuc papa
remanente Rome per vigintiquinque annos,menſes ſeptem,
6 dies octo,vbi ipſe Firma.dicit in j.col.ſui procemij,†ſucceſſor
ergo Petri fuit Linus& poſt Linum,fuit Cletus:& poſt Cletũ,
7 Clemens. ¶†Aut nos loquimur quia beneficiatus velit ſibi e-
ligere ſucceſſorem,cum voluntate epiſcopi:& ſimiliter nõ po
teſt,ẽt ſi ex pacto ꝓceſſerit.d.c.accepimus.de pact. quanto ma-
gis non poterit ſine conſenſu patronorum,in beneficio patro
8 nato propter diſpoſitionem.c.decernimus. 16.q.7.†quia epiſ
copus hoc facere non poteſt per prædicta iura niſi ſolus papa
per.c.accepimus.¶Aut vero loquimur,quia papa dat licentiã
alicui beneficiato:in beneficio patronato eligendi ſibi ſucceſ-
ſorem,&tunc aut dat iſtam licentiam ſimpliciter non facta mē
tione de iure patr.& maxime laicorum, & dicendum eſt non
valere:vt in c.cum dilectus.hoc tit. & notatur in c. dilectus. de
offic.leg. facta tamen expreſſa derogatione poteſt illis præiu-
dicare , per dicta iura. ¶Si vero non fecit de patronis laicis ex-
preſſam mentionem,& illis non derogauit:& tunc aut dedit li
centiam ipſi beneficiato, & intelligi debet de conſenſu patro-
norum & non aliter:vt diximus in permutatione ſ.in 6.art.pñ
tis quæſtionis prin. vnde omnino requiretur eorum ſaltē con
ſenſus.¶Aut data eſt licentia bñficiato & epõ,&idem,& rãto

magis,ſi licentia datur beneficiato epiſcopo:& patronis,vt fie-
ri poſſit electio ſucceſſoris:per d.c. petiſti.7.q.1. & dicta Abb.
in d.c.accepimus. ¶ Aut papa dat licentiam beneficiato vel epi
ſcopo cum expreſſa derogatione iuris pat.laicorum, & valebit
9 electio ſucceſſoris:quia † poteſt papa p̄iudicare expreſſe etiam
patronis laicis,iuribus s̃.ſcriptis.& late Fel. in d. tract. quando
lit.apoſt.noc.patro. per tot. ¶ Aut dedit licentiam papa om-
nibus,ſcilicet beneficiato epiſcopo,& patrono:& ſic concurrē
te papæ licentia,quæ eſt ſummum agens in hac materia,per d.
c.petiſti.7.q.1.& tunc poterit fieri electio ſucceſſoris per bene
ficiatum de conſenſu patronorum,qui conſenſus loco pręſen
tationis habebitur:vt diximus.s̃.in permutatione in 6.art.in 4.
dub.& epiſcopus poterit inſtituere ſub conditione, ſcilicet,il-
lo decedente,vel reſeruare inſtitutionē poſt mortem benefi-
ciati,vt reſeruatur confirmatio:vt in d.c.petiſti.quem tex.alle-
10 gat Abb.in d.c.accepimus.& in d.cap.licet. ¶ † Bene dicerem
vnum,ꝙ ſi extaret conſuetudo in loco,ꝙ patroni cum benefi-
ciato ēt in vita beneficiati poſſunt eligere ſucceſſorē, tenebit
talis electio ſucceſſoris, ēt ſine papæ licentia:quia iſta conſue-
tudo habetur loco priuilegij:ſed per priuilegium poteſt fieri.
d.c.petiſti.ergo & per præſcriptionē,vt late diximus s̃.in j.par.
j.lib.in ix.q.prin.in 3.art.in 4.motiuo partis affirmatiue,in ver-
ſi.poteſt ēt prędictis obſtare,cum in caſu noſtro fiat electio de
ſucceſſore,dum loquuti fuimus de hac conſuetudine,quæ vi-
get Trani in quibuſdam beneficiis procedentibus de ſacerdo-
te in ſacerdotem: in quib. beneficiatus eligit ſibi ſucceſſorem.
Ad quę ibi dicta me remitto:licet ibi non requiratur patronus:
quia ſacerdos eſt ibi patronus: & ſic fungitur vice vtriuſque
ſcilicet rectoris & patroni.

¶ Vigeſimusſecundus art.vj.q.prin.j.part.ij.Libri.

1 *Patronus an præſentet in beneficio patronato vacante in Curia:& ſic an ec
clesia patronata vacet in Curia, adeo quòd ſint reſeruata Papæ, ſicut &
alia beneficia ibi vacantia.& n.11.12.*
2 *Beneficia omnia officialium Curiæ & capellanorum Papæ,dicuntur vacare
in Curia.*
3 *Patronus non habet ius in eccleſia.*
4 *Patronus laicus eſt de iuriſdictione eccleſiæ quo ad ius patronatus.*
5 *Præſentatio patroni eccleſiaſtici,electionis vim habet.*
6 *Beneficia patronata ſi conferrentur per Papam, laici auocarentur ab ediſi
catione eccleſiarum.*
7 *Beneficia patronata laicorum non includit reſeruatio generalis.*
8 *Odioſa reſtringenda.*
9 *Præſentatio an includatur ſub illis verbis:Conferre,Eligere,Prouidere,&
Præſentare.*
10 *Ab opinione gl non recedendum.*
13 *Patronos præſentare poſſe beneficio renunciato ,niſi renuntiatio ſimoniacè
ſit facta.*

Pro Complemēto igitur huius.6.q.prin.22.erit articulus,
1 † an patronus præſentet in beneficio patronato vacā
re in curia,& ſic an eccleſia patronata vacet in curia,adeo ꝙ ſint
reſeruata papæ,ſicut & alia beneficia ibi vacantia? & ſic an.c.2.
de præb.lib.6. habeat locum in beneficiis patronatis: & etiam
2 an regula cancellariæ:que vult,vt omnia † beneficia officialiū
curie & capellanorum papæ dicantur vacare in curia:& hodie
eſt extrauagans Pau. ſecundi ad perpetuam &c.ad Roma.pon
tificum,q̄ eſt ſub rub.de beneficiis acceptis,vult ꝙ ſint reſerua-
ta omnia beneficia omnium officialium curiæ collectorum,&
ſubcollectorum,ac omnium familiarium papæ & cardinalium
ſiue viuant cardinales,ſiue ſint mortui:ſiue ſint in ſeruitio vel
officio,ſiue fuerint & nunc non ſint: an in iſtis reſeruationib.
includantur vacationes beneficiorum patronatorum,& maxi
me laicorum. ¶ Et dic breuiter,ꝙ gl.in verbo collatio in c.2.de
præb.lib.6.quærit de hoc:& in principio tenet illū tex.non cō
prehendere p̄ntationes patronorum laicorum. poſtea in verſ.
ſed eadem ratione,quærit,an comprehendat beneficia quæ p-
tinent ad præſentationem perſonarum eccleſiaſticarum? & pri
mo argumentatur ꝙ non:poſtea dicit,ꝙ per verbum,quacun
que autoritate:& per verbum,prouiſio,in tex.appoſitum dicit
ꝙ videantur cōprehendi prædicta:& intelligit ibi gl. ¶ De hoc
etiam q̄rit Arch.in d.c.2.in vlt.col.vbi dicit illam ꝯſtitutionem
non extendi ad beneficia patronata vacantia in Ro.cu.ſi perti-
nent ad præſentationem patronorum laicorum:vt ait quidam
Io.cardinalis, qui ita ſeruari vidit: & poteſt eſſe rationem, ſe-
cūdum eum,quia illa conſtitutio de eo beneficio,quod ad pa-
tronum pertinet, nullam facit mentionem:ſed tm̄ de electio-
ne prouiſione ſeu collatione ad aliquem pertinentem iure or
dinario vel delegate poteſtatis: ideo illud ius laicorum.ſ.præ-
ſentationem intelligitur non immutaſſe: ſed eis reliquiſſe ius
ſuum,cum ſupradicta differant à præſentatione.cap.cum in il-
lis.§.cum autem.de præben.lib.6.& c.dilectus.el 3.de præben.
3 ¶ Subdit † tamen papam potuiſſe,ſi voluiſſet mutare,& etiam
illa beneficia reſeruare.c.cum dilectus.hoc ti.& rationem eſſe.
quia patronus ſecundum veritatē non habet ius in eccleſia.ca.
nouerint.9.q.j.ſed tantum ex gratia ſuſtinentur. 16.q.2.ſi quis
4 epiſcoporum.& c.3.hoc tit. ¶ † Et pro hoc vltimo addit aliam
rationem : quia patronus laicus eſt de iuriſdōne eccleſiæ quo
ad ius pat.c.quanto.de iudi.cum ſimi.igitur ſi ipſe papa,qui ip-
ſam gratiam talibus contulit,vult de illis beneficiis diſponere,
poterit ſecundum eius beneplacitum, cum ſit s̃.ius.c.ꝓpoſuit,
de conceſ.præb.poſtea ipſe Archi.quærit,quid de præſentatio
nib.patronorum eccleſiaſticorum:& dicit primo comprehen-
di ſub illa conſtitutione , cum de præſentatione nullam faciat
mentionem,& præſentatio differat à prædictis.ſ.electione,col
latione, & prouiſione,vt in iurib.s̃.alleg. ¶ Item illa conſtitu-
5 tio eſt odioſa,ergo intelligenda in caſu ſpecialiter ſuo:ſed † cō
traria pars ſibi videtur verior : quia illa conſtitutio generaliter
loquitur,vt ibi patet:cum dicit quacunque autoritate.& argu.
c.dilectus.de offi.leg.& c. cum dilectus. hoc tit. quia præſenta-
tio patroni eccleſiaſtici vim habet electionis:vt no.Inn.in c.cū
autem.hoc ti.& ita ipſe Arch.pertranſit vbi.s̃.& ſic videtur te-
nere cum dicta gl. ¶ Io.mo.vt eum refert Io.An.in d.c.2.ſup d.
gl.in 2.col.& ēt ipſe Io.And.refert & ſequuntur Arch. vbi ꝓ-
xime. ¶ Sed Gemi.recitatis dictis Arch.Io.mo.& Io.And. in d.
c.2.ſup gl.in verbo,collatio.in ſi.2.& in 3.col.narrando opi. ꝙ
non extendat ſe dicta conſtitutio ad eccleſias patronatas lai-
corum poſt Zenzelinum, & Lap.adducit ibi rationem, quam
ponit gl.pe.in ver.præſentare.circa ſi.in c.cum dilectus.hoc ti.
6 ꝙ ſi beneficia patronata conferrentur † per papam,laici retra-
herentur ab edificatione eccleſiarum , ꝯ quam rationem non
eſt veriſimile papam venire in ſpecie:ergo in ſuis generalibus
verbis ꝯuenire non intelligitur.c.cum in generali. de offi. vic.
lib.6.& ad id quod dicit Archi. papam hoc facere poſſe reſpon
det hoc eſſe fatendum:ſed hic non diſputamus de poſſe papæ:
ſed de eius velle,quod in dubio non eſt dicendum ipſum velle
vt ibi Lap.& Gem. ¶ Lap.Abb. vero vltra lecturam in d.c.2.de
hoc art. in ſpecie quærit in allegatione ſua.96.beneficia vacā-
tia quærendo de beneficiis vacantib. in curia, & reſeruatis ex
officio vel familiaritate:an in illis includantur beneficia patro-
nata, & multū ample hoc diſputat primo arguendo illa inclu-
di ſub reſeruatione,& diſpoſitione.d.c.2.p pulchras rationes li
cet non concludentes,poſtea in ver.veriorem puto adducit ra
tiones pro parte negatiua.ſ.ꝙ non includantur,& primo illam
de qua.s̃.quia retraherentur laici à fundatione eccleſiarū,&c.
& ideo concludit beneficia patronata laicorum , non includi,
quaſi velit illa patronata clericorum, ſic, vt prædicti Arch.Io.
mo.Zenzel.Io.And.ipſemet Lap.in lectura & Dom.voluerūt
vt s̃.eſt dictum addendo Lap ꝙ ſi aliter eſſet in patronatis laico
rum attenta cupiditate p̄latorum de facili laici eorum iure pri-
uarentur,vt ibi per eum. ¶ Et prædicta ſequitur Pet.de anch.in
d.c.2. ¶ Et demum do.Phil.francus ibid.in d.gl.in ver.collatio.
in ſi.3.col.allegando prædictos doc.& Lap.in d.alleg.cxvj.& in
alleg.lxxxiiij. in 6.col.& facere gl.& ibi Io.And.in d.c.dilectus.
de of.leg.& gl.in cle.j.de præb.in ſi.& Spe.in ti.2.§.nunc tracte
7 mus.ver.ſed nunquid legatus.& car.in d.cle.j.de præb.in 6. † q
dicit in generali reſeruatione.d.c.2.& in alia quacunque reſer-
uatione non includi beneficia patronata laicorum , niſi fiat de
eis ſpecialis mentio.& allegat etiam ad hoc Rotam prædicta
plene tractantem 331. ſuppoſito facto de p̄b.in nouis. ¶ Sub-
dit tamen diſpoſitionem.d.c.2.habere locū in eccleſiis de iure
pat.eccleſiaſticarum perſonarum : quia eorum p̄ntatio habet
vim electionis.alle.Inn.in c.cum autem.hoc tit. ¶ Et hoc idem
ꝙ diſpoſitio.d.c.2.& hmōi reſeruationes non includant bene
ficia patronata laicorum,ſed bene clericorū:tenuit Car.in cle.
2.in 7.q.per gl.in verbo apoſtolicis.in cle. per literas. de præb.
tenuit etiam Fel.late in prin.ſui trac.quando lit.apo.no.patro.
vbi alleg.s̃.ſcriptam rationem,ne laici retrahantur à fundatio-
ne eccleſiarum.& ibidem etiam late in ix.ampli.& in 2.limi. &
tangit ſimiliter ipſe Fel.in c.in noſtra.in 27.& in 38.corrolario
de reſcript. & faciunt quæ dicit Abb.& doct.in c.cum dilectus.
in ſi.hoc tit.& doct.& ibi Barb.in c.dilectus.de offi.lega.voluit
etiam Alex.de imo.in conſi.lxxv.viſis ponderatis.in 4.vol.& in
ſeq.ſubſcriptione.& Gay.in repe.c.ſi.de elect.lib.6.in ſi.26.co
lum.& Roch.in hoc tract.in verbo,honorificum.in 4.q.in iiij.
col.in ver.an autem reſeruatio.& plenius in verbo, compet ēs
alicui.in 24.q.& remiſſiue Firma.in ſuo repert.in verbo,patro
nus.in 6.col.in ver. 100. qui.d.Fel.& Roch.vbi s̃. dicunt hanc
eſſe communem opinio. ¶ Tu aduerte , ꝙ pro iſta communi
8 opi.eſt tex.in d.c.2.illum ponderādo,vt facit Arch.quia † cum
ſimus in

ſimus in materia pœnali & odioſa eſt reſtringenda diſpoſitio.
& tex.ibi non loquitur,niſi de beneficiis,in quibus proceditur
per electionem prouiſionem,vel collationem.& ſub iſtis non
includitur præſentatio ſ̄.allegat.c.cum in illis.§.cum autem.de
præbend.libr.6. loquitur etiam de ſpectantibus ad aliquos iu-
re ordinario vel delegato,& p̄ſentatio non competit iſto iure
ſed ex gratia.c.3.hoc tit.ergo nullo modo poteſt loqui de pa-
tronatis laicorum. Igitur ille text.potius eſt pro concluſione
noſtra,quam ↄ̄ ¶Secundo aduerte,ꝙ attenta diſpoſitione d.c.
cum in illis.§.cum autem de præb.lib.6.quæ facit differentiam
9 inter iſta verba † conferre,eligere,prouidere,& præſentare,&
ſub iſtis verbis nõ includi præſentationem:nec diſtinguitur de
præſentatione patroni laici vel eccleſiaſtici,& ſumus in mate-
ria odioſa, nec patroni eccleſiaſtici includantur maxime cum
etiam illi non habeant præſentationem iure ordinario,nec de
legato:ſed ſimiliter ex gratia.c.ſi q epiſcoporum.16.q.7.& late
diximus ſ̄.in j.par.j.lib.in j.q.prin.in iiij.art.dum tractauimus an
ius pa.ſit ex gratia,an ex debito,&concluſimus eſſe ex gratia ēt
ius patr. eccleſiaſticarum perſonarum. tamen quia communis
opin.omnium doctorum eſt in contrarium,non eſt diſceden-
dum ab illa. & poſſet reſponderi ad hoc motiuum, ꝙ licet ius
patr.clericorum ſit ex gratia,hoc eſt,quo ad alios fructus quā
p̄ſentationis:quia quo ad fructum præſentationis: ex quo illo
fructu eccleſiaſtici patroni ſunt capaces,nõ dicitur eſſe ex gra-
tia: vt diximus in d.4.art.& de illo fructu,& non de aliis nunc
agitur.¶Tertio aduerte,ꝙ d.Roch.in d.verbo,competens ali
cui.in 24.q.dixit expreſſe gl.in verbo collatio.in d.c.2. tenere
etiam beneficia patronata laicorum includi. & Gemi. & alios
tenere ↄ̄ eam:ſed aliquos,quos idem Gemi.refert tenere cum
ea.Tu dic,ꝙ ſalua pace do.Roch.nunquam Gemi. ibi dixit gl.
tenere ius patr.laicorum includi in diſpoſitione.d.c.2. imo Io.
And.referendo Arch.tenentem ius pat.laicorum non includi.
dicit Arch.tenere cum gl.& ſic alij faciunt.& ideo vidētur vel
le gl.tenere ius pat.laicorum non includi. & certe ita ipſa glo.
loquitur,vt eam.ſ̄.retuli.nam gl.de duobus quærit primo : an
includantur in diſpoſitione.d.c.2.beneficia,de iure patr. laico-
rum.& reſpõdit ſepe in curia fuiſſe receptum, ꝙ illa diſpoſitio
non extendatur ad patronata laicorum,& in hoc reſidet:&po
ſtea quęrit quid de beneficiis patronatis eccleſiarum,monaſte
riorum,& monachorum, & arguit pro & ↄ̄:& poſtea dicit illā
diſpoſitionem extendi ad prædicta non intelligo de iure patr.
laicorum & eccleſiarum:ſed ad prædicta.ſ.de iure patr.eccleſia
rum monaſteriorum &monachorum.& ita intelligit illam gl.
Io.An. ibi cum dicit eam concordare cum Archi.qui Arch.ita
voluit.¶Eſt bene verum,ꝙ Barb.in quodam ſuo conſi.quod
eſt ſituatum inter conſilia.do. Ale.de im.in n.74.viſo puncto.
in pen.col.in 4.vol.dicit,ꝙ gl p̄dicta dicat oppoſitum ſc. ꝙ illa
10 diſpoſitio † extendatur ēt ad beneficia de iure pat.laicorum:&
ideo dicit cum ea tenendum, quia ab opinione gl. non debe-
mus recedere.& allegat ibi plura de autoritate gl.& Io.An.ta-
men eius opinio non tenetur : ſed omnes tenent oppoſitum:
vt ſ̄.eſt dictum.Nec ipſa gl. tenet id, ad quod ipſe eam allegat,
ſed ↄ̄rium:vt ſ̄.deduximus:cum ita eam intelligat Io.And.qui
eam fecit,cum dicit illam tenere,ꝙ Arch.& Arch.teneat in illa
diſpoſitione non includi beneficia patronata laicorum,ſed ſo-
lum clericorum.ergo ita ēt intelligitur illa gl.¶Quarto aduer
te,ꝙ omnia ea quæ ſubtiliter & nouiter induximus, & cõſide-
rauimus.ſ̄.in 12.art.p̄ſentis.q.princ.per quæ demonſtrauimus
11 ibi.c.j.vt lit.pend.lib.6. loquens de electione non extendi † ad
præſentationes laicorum militant & deduci p̄ñt pro corrobo
ratione cõis opi.p̄ſentis art. ¶Dic tamen talem cõem opi.ꝓce
dere in bñficiis patronatis laicorũ, qñ laici ſunt patroni ex ali-
qua ex illis tribus cauſis.ſ.quia fundarunt,cõſtruxerunt,vel do
tarunt eccleſiam.vt not.in c.pie mentis. 16.q.7.non tamen in
patronis ex priuilegio vel p̄ſcriptione: quia ad beneficia patro
nata illorum extenditur reſeruatio.Ita Card.in d.clem.2.vt lit.
pen.& in conſ.ſuo.dcj.vacãte. in ij.dub.& Fede.conſ.lxv.j̄.ſcri-
ptæ qõnes.Barb.in d.conſ.74.viſo puncto.in fi.col.inter con-
ſi.Alex.in 4.vol.& ib.Ale.pulchre in ſeq.conſ.& ſic.75.viſis&
ponderatis.& mouētur illa potiſſima ratione,quia ceſſat rõ,de
qua.ſ̄.ne laici retrahantur à fundatione &c. quia non acquiſi-
uerunt ius pat. ex illis cauſis: ſed priuilegio vel præſcriptione,
in quibus non militat talis ratio.& ita plene do.Fel.in d.tracta.
qñ lit.apoſt.no.patro.in 11.limi.& in d.c.in noſtra.in d.38.cor
rolario.de reſcri.& voluit ēt do.Roch.in d.verbo,competens
alicui.in 24.q.ſed de hoc plene dicemus(deo duce).j̄.in 3.part.
huius ij.libr.in 8.q.princ.in 3.art. vbi magis generaliter tracta-
bimus,an laici patroni ex priuilegio vel præſcriptione reputen
tur,vt laici,vel vt eccleſiaſtici,quo ad reſeruationes papæ,&di
12 ſpoſitiones legatorum.¶ † Vnum adde pro ampliatione ſ̄.ſcri
ptæ communis opi.ꝙ non ſolum beneficia vacantia de iure pa
tron.laicorum,non dicuntur vacare in curia,ſi vacant vera va-
catione:ſed ēt ſi fieret ꝑmutatio in curia de beneficiis patrona
tis laicorum, quamuis ex cauſa ꝑmutationis dicantur vacare,
vt diximus.ſ̄.in 6.art.p̄ſentis quæſtionis prin.maxime in j.dub.
non tamen dicentur vacare in curia,niſi fiet mentio de iure pa
tron.laicorum,& illi derogetur expreſſe per papam.Ita Lap.d.
alleg.xcvj.ad fi.& voluit pulchre do.Fel.in d. tract. quando lit.
apoſt.no.patro.in 6.col.in 9.ampli.& iſta ſufficiant quia mate-
ria eſt clara.

Ex omnibus Dictis in ſ̄.ſcriptis 22.articu.huius 6.q.
prin.collige conclu. patronos ſeu exi-
ſtentes in quaſi poſſ.preſentandi ſemper habere ius præſentan
di in habitu,in actu vero nõ niſi eccleſia vel beneficium vacet:
vt in j.art.& vere dicitur vacare per mortem rectoris:vt in 2.ar
ti.¶Amplia primo d.concl. ꝓcedere,vt patroni poſſent p̄ſen-
tare cum eccleſia vacat, ēt ſi eccleſia vacat per ceſſionem, vel
renunciationem,per dicta.ſ̄.in 3.art.¶Extende primo.d.ampl.
ꝓcedere, ēt ſi patronus eccleſiaſticus p̄ſentet vnum, & ille re-
nunciet etiam in manibus ſuis,q̄uis non poſſit variare:poterit
tamen pręſentare ſecundũ hoc caſu,ꝑ dicta ſ̄.in 4.art.¶Exten-
de ſecundo.d.ampli.intantum ꝓcedere,ꝙ in caſibus præſcrip-
tis non cadit collatio ordinarij, nec expectans apoſtolicus ad-
13 mittitur:ſed patronus p̄ſentabit ib.¶ † Reſtringe primo.d.am-
pli.ꝙ beneficio renũciato poterunt patroni præſentare,niſi re
nunciatio ſit facta ꝑ ſimoniam:quia tunc non tenebit: vt dixi-
mus in fi.3.art.¶Reſtringe.2.d.primam ampli.ꝙ beneficio va-
cante ꝑ renunciationem patroni poterunt p̄ſentare,niſi renun
ciatio fieret cauſa ꝑmutationis.quia tunc licet vacet beneficiũ
tamen patronus non p̄ſentat,ſed conſentit,ꝑ late dicta.ſ̄.in 6.
art.¶Amplia,limita, extende, reſtringe, & declara præſentem
reſtri.ꝓut nos fecimus in fi.d.6.art.vbi omnia dicta ibi in 12.du
biis reduximus.¶Amplia.2.d.cõclu.& p̄dictam primam ampl.
vt vacante eccleſia poſſit patronus p̄ſentare intm̃ ꝓcedere,ꝙ ſi
p̄ſentatus non conſenſit p̄ſentationi illi renunciauit, moritur
ante inſtitutionem,vel aliter non tenet p̄ſentatio,poterũt ite-
rum patroni p̄ſentare,ꝑ dicta,ſ̄.in v.artic.¶Reſtringe primo.d.
ampli. ꝓcedere, niſi eſſent duo qui litigarent ſuꝑ inſtitutione
habenda,iuxta caſum.c.j.vt lit.pen.lib.6. quia vno renuncian-
te vel moriente,non poſſet alter p̄ſentare:vt diximus in fi.12.
art.dato tamen pro vero,ꝙ d.c.j.habeat locũ in p̄ſentatione de
quo in ſeq.ampli.dicetur.¶Reſtringe.2.hanc ſecundam amp.
niſi prima p̄ſentatio non eſſet caſſata:quia ea non caſſata,ſecũ-
da non teneret.¶Declara primo hanc reſtric.vt ꝓcedat quan-
do p̄ſentatio ꝑtinet ad clericos iure collegij: quia tunc prima
non caſſata non tenebit ſecunda:vt in d.7.art.in ver.ꝓ veritate
ſecus ſi pertineret ad vnum clericum ſolum ratione eccleſiæ.
quia tũc ēt prima non caſſata tenebit ſcd̃a p̄ſentatio: vt in d.7.
art.in ver.aut p̄ſentatio ſpectaret. Declara.2.d.reſtri.vt non ꝓ-
cedat,ſi p̄ſentatio ſpectaret ad laicos,ſiue vt collegium,ſiue vt
ſingulares, quia adhuc prima pręſentatione non caſſata ſecun
da p̄ſentatio tenebit:vt in d.7.art.in verſi.aut ſpectat.& idem ſi
ſpectaret ad clericos,ratione patrimonij: quia vt laici cenſen-
tur in hoc:vt in d.7.art.in ver.aut ergo ſpectaret.¶Declara ter
tio p̄ced.declar. ꝓcedere, niſi præſentatio fuiſſet facta inſimul
ab omnib. q̄a tunc cēſeretur tanq̄ facta ꝑ collegiũ:& iõ prima
non caſſata non teneret ſecunda: iuxta dicta in prima declara.
vt in d.7.art.in ver.aut ergo ſpectaret. ¶Declara quarto. d.re-
ſtric.ꝓcedere,niſi patroni laici vellent p̄ſentare,& variando ac
cumulare : quia ambe p̄ſentationes tenebunt,ēt vna ipſarum,
non caſſata:vt in d.7. art.verſ.aut volunt.Declara.v.d.reſtr.niſi
fiat p̄ſentatio ꝑ ſingulares patronos:quia quilibet poteſt face-
re ſuam etiam alia non caſſata,ꝑ dicta.ſ̄.in d.7.art. in ver.aut p̄-
ſentant.¶Amplia.3.d.concl.& ꝓxime p̄ced.ampl.ſcd̃am intm̃
procedere,vt vacante eccleſia patroni præſentent,ꝙ licet ca.j.
vt lit.pend.lib.6.velit,ꝙ vno ex electis litigantib.moriente vel
cedente,alter eligi non poſſit:tñ eius diſpõ non habebit locũ
in patronis:& iõ vno ex p̄ſentatis litigantib. cedente vel dece-
dente ante inſtitutionem poterunt patroni,qui p̄ſentarunt il-
lum,alterum p̄ſentare:quia adhuc d̄r vacare non obſtante diſ-
poſitione.d.c.j.ꝑ late dicta.ſ̄.in 12.art.ſecũdum meam opinio-
nem q̄ dico cõem.¶Extende hanc tertiam ampli.ideo ꝓcede-
re,quia patroni laici poſſunt variare accumulãdo j̄.quadrime-
ſtre,tamen ēt duob.litigãtib.de inſtitutione,ꝑ dicta in d.12.art.
ver.quid dicendum in hoc paſſu. ¶Extende hanc extenſio. vt
accumulatio fieri poſſet per patronos laicos duob.litigantib.q̄
maxime ꝓcedere,ſi fieret variatio accumulatiua in vno ex ipſis
litigantib.q̄a ꝓcedet ſine vllo dubio:vt diximus in d.12.art.in
ver. vltimo loco reperi do. Roch.cum plurib. ſeq. ¶Extende
ſecundo hãc ampli.& ſuam primam exten.vt poſſit fieri accu-

mulatio ēt duobus litigantib. intm̃ ꝓcedere, ꝙ ordinarius inſtituens accumulatum, & non vincentem, non punietur: vt in d. 12. art. in ver. item ipſe do. Roch. ¶Extende. 3. d. ampli. & preced. extenſi. vt duobus litigantibus poſſit fieri accumulatio in tantum ꝓcedere, ꝙ non ſolum inſtituens accumulatũ non punietur: ſed nec patronus illum accumulans: vt in d. 12. artic. in ver. ſimiliter dico. ¶Reſtringe primo hanc tertiam ampli. vt vno ex p̃ſentatis cedente vel decedente patroni poſſint in eius locum alium præſentare procedere, ſi hoc fiat infra quadrimeſtre: q̃a permittitur ex quo p̃nt variare accumulando: ſed poſt quadrimeſtre nõ poterunt præſentare: quia ñ p̃nt variare, in d. 12. art. in ver. ſecunda eſt concluſio. ¶Reſtringe ſecũdo. d. tertiã ampl. vt duob. p̃ntatis litigantib. vno cedente vel decedente poſſint patroni p̃ſentare, ſi ſunt patroni laici: ſi vero ſunt eccleſiaſtici, non: quia in eis habet locum diſpõ. c. j. vt lit. pen. li. 6. vt in d. 12. art. in ver. ex cuius Io. And. ¶Declara p̃dicta omnia ſecundum quandam meam diſt. in fi. d. 12. art. appoſitã quam tamen ego firmiter non teneo vt ibi. ¶Reſtringe 3. d. ampli. ꝓcedere, vt duob. litigantib. p̃ſentatis vno ipſorum cedẽte vel decedente patroni poſſint alterum pręſentare, procedere, niſi vnus ex eis eſſet in poſſeſſione beneficij, de quo litigatur. vt in caſu. c. 2. vt lit. pen. lib. 6. quia tunc patroni non poterunt præſentare: cum ille tex. habeat locum ēt in patronis laicis: vt diximus. ſ. in 13. art. ¶Amplia. 4. d. cõclu. ꝓcedere, vt patronus poſſit p̃ſentare eccleſia vacante ēt ſi vacaret: quia rector fuiſſet priuatus illa pp̄ eius demerita: quia adhuc patronus p̃ſentare poſſet: p̃ſertim, ſi ex delicto ſuperueniente poſt primam p̃ſentationem, per dicta. ſ. in 8. art. ¶Reſtringe hanc ampli. ꝓcedere, niſi ille rector fuiſſet priuatus ex delicto, quo irretitꝰ erat ante primam p̃ſentationem: q̃a tunc non poſſet p̃ſentare: ex quo ſciẽter p̃ſentauit illum indignũ: vt diximus in d. 8. arti. ¶Reſtringe hanc reſtri. ꝓcedere, ſi rector fuit priuatus ex delicto, quo erat irretitus ante primam p̃ſentationem, qñ priuatio erat ipſo iure: quia tunc non poterit p̃ſentare: ſecus, ſi erat per ſniam, quia tunc poterit p̃ſentare: vt diximus in d. 8. art. ¶Amplia. v. d. conclu. intm̃ procedere p̃ronos poſſe p̃ſentare b̃nficio vacante in tm̃ ꝓcedere, ꝙ ſi b̃nficium vacat de iure, & nõ de facto patroni p̃ſentare poterunt ēt poſſeſſore non vocato: licet requirat̃ appoſitio edicti poſtmodũ, vt diximus in 9. art. ¶Extende hãc ampl. ꝙ rectore priuato ipſo iure p̃roni poterũt p̃ſentare ad beneficium ita vacans, ēt non expectata ſnĩa declararoria, vt p̄ dicta ſ. in x. art. ¶Extende ſecundo. d. v. ampli. vt rectore priuato ipſo iure p̃roni p̃ſentare p̃nt, intm̃ ꝓcedere, ꝙ patroni in eodẽ libello poterunt petere illum puniri: aliũ p̃ſentare: & p̃ſentatũ inſtitui, vt diximus. ſ. in 9. art. verſus fin. in verſi. adde & vnum. ¶Amplia. 6. d. conclu. vt eccleſia vacante p̃roni p̃nt p̃ſentare ꝓcedere, ēt ſi vacaret, q̃a b̃nficiatus ꝓmoueret̃ ad ep̃atum: q̃a p̄ promotionem vacant b̃nficia ēt patroni p̃ſentare poterunt, p̄ dicta. ſ. in v. art. p̃ſertim in ver. adde & aliud. ¶Extende primo ad ſextã ampli. vt b̃nficia ꝓmoti ad ep̃atum vacent, & patroni ad illa p̃ſentent, ēt ꝙ non ſint curata, ſed ſimplicia, quia adhuc vacabunt, & patroni p̃ſentabũt ad illa: vt diximus in d. 15. art. in ver. ſed aduerte quia. ¶Extende. 2. ad ſextã ampli. intm̃ ꝓcedere, ꝙ vacante b̃nficio per ꝓmotionem ad ep̃atum, ꝙ ſi patroni non p̃ſentent ĩ tp̃s datum à iure, incurrunt pœnas quas incurrunt ordinarij non conferentes. de quib. in c. cũ in cũctis. de elec. & in c. de multa. de præb. vt diximus in d. xv. art. in ver. adde & aliud. ¶Declara tamen hanc exten. vt incipiat currere tp̃s patronis ad p̃ſentandum ep̃o cõſecrato ſeu elapſo tempore dato ad cõſecrandum, & nõ ante: vt in d. xv. art. in ver. & adde qđ voluit. ¶Extende. 3. d. 6. ampl. vt beneficia ꝓmoti vacent & patroni p̃ſentent, ēt ſi poſtea ꝓmotus ex aliqua ſui culpa non cõſequeretur ep̃atum: quia adhuc patroni p̃ſentabunt ad eius beneficia: vt diximus in d. xv. art. in ver. adde ēt. ¶Extende quarto d. ſextam ampli. ꝙ beneficia ꝓmoti vacent, & patroni poterũt p̃ſentare ad illa, intm̃ ꝓcedere, ꝙ ſicut ep̃s conſecratus poteſt conferre b̃nficia: ſi eſt ep̃s loci, in quo ſunt b̃nficia, quæ ipſe habebat: ita poterit, & p̃ſentare ad illa, ſi ius pa. illorũ ſpectabat ad ep̃atum: vt in d. xv. art. in ver. non eſt ēt relinquendum, & in verſi. quod eſt intelligendum. ¶Reſtringe hanc ſextam ampli. vt vacent b̃nficia promoti ad ep̃atum: & patroni p̃ſentent ad illa, ꝓcedere in ꝓmotione ad ep̃atum, non autem ad cardinalatũ, q̃ꝛ p̄ ꝓmotionem ad cardinalatũ non vacant b̃nficia ꝓmoti, ēt ſi haberet ep̃atum vel archiepiſcopatum: vt in d. xv. art. in verſ. adde ēt vnum. & ſeq. ¶Amplia 7. d. concl. vt ad b̃nficia vacãtia patroni p̃ſentent ad illa ꝓcedere, ēt ſi vacaret primum beneficium p̄ adeptionem ſecũdi incompatibilis, poſſeſſione ſequuta, vel ſi non ſteterit p̄ eum, quin conſequeretur illam, per ea quæ diximus. ſ. in 16. art. ¶Reſtringe hanc ampli. procedere in caſibus ſuis: ſed p̄ ſolam p̃ſentationem ad ſecundum non vacaret primum: ſi ambo eſſent patronata, niſi ſequuta inſtitutione & poſſeſſione adepta vt in ampli. p̄ dicta. ſ. in 17. art. ¶Amplia 8. d. conclu. vt ad beneficia vacantia patroni p̃ſentent ꝓcedere in quibuſcunque aliis vacationibus, quæ de iure ꝑmittuntur. puta ingreſſus religionis, intruſiõis ꝯtractus matrimonij de p̃ſenti: lapſus t̃pis ꝓmouendi: violationis ſequeſtri: & ſimilium per dicta. ſ. in xviij. art. ¶Amplia. 9. d. conclu. intm̃ ꝓcedere, ꝙ nec coadiutor, nec futurus ſucceſſor ꝑpetuus dari poteſt ſine patrono: vt late dictum eſt in xx. art. ¶Amplia. x. d. conclu. vt ad b̃nficia vacantia patroni p̃ſentent, ꝙ nec rector poteſt ſibi ſucceſſorem eligere ſine licentia papę derogando patrono, vel cũ conſenſu patroni: vt diximus. ſ. in xxj. art. ¶Reſtringe hanc ampli. vt electio ſucceſſoris fieri non poſſit in beneficio ſine licẽtia papæ, niſi hoc haberet conſuetudo tãti t̃pis, cuius initij &c. quia tunc fieri poſſet ſine illa licentia cum conſenſu tamen patroni: vt in d. 21. art. in ver. bene dicerem. ¶Amplia. xj. d. cõclu. vt ſolum ad beneficia vacantia patroni p̃ſentent intm̃ ꝓcedere, ꝙ non poterũt patroni p̃ſentare ad vacatura b̃nficia: nec ꝑmittere alicui eũ p̃ſentare ad b̃nficium cum vacauerit, p̄ dicta ſ. in 19. art. ¶Amplia. 12. d. concl. vt patroni p̃ſentent ad b̃nficia vacantia ꝓcedere, ēt ſi beneficia patronata vacarent in curia: quia adhuc patroni p̃ntabũt ad illa, cum reſeruatio. c. 2. de præben. li. 6. reg. cancel. & extrauag. de beneficiis affectis non includant b̃nficia patronata: vt diximus. ſ. in 22. & vlt. art. ¶Reſtringe hanc ampli. ꝓcedere in b̃nficiis de iure patronatus laicorũ, non aũt in beneficiis de iure patrona. clericorum: quia illa includuntur ſub dictis reſeruationib. apoſtolicis, & ſic vacant in curia: vt diximus in d. 22. art. ¶Limita modo primo. d. conclu. vt patroni p̃ſentent ad b̃nficia vacantia ꝓcedere, niſi beneficia vacarent de facto, & non de iure: quia patroni non poterunt ad illa p̃ſentare, p̄ dicta. ſ. in xj. art. ¶Reſtringe. d. limi. niſi aliq̄s eſſet priuatus p̄ ſnĩam iniquam, & in rem iudicatam tranſactã: quia quamuis b̃nficium non vacet de iure: ſed potius de facto pp̄ iniquitatẽ ſnĩæ: quia adhuc patroni p̃ſentabunt: vt in d. xj. arti. in ver. ſed ego. & in ver. & hoc niſi. ¶Reſtringe. 2. d. limi. procedere, niſi patronus vellet p̃ſentare ad cautelam, quia benefaciet, vt diximus in d. xj. art. in ver. ſi vero priuatio. ¶Limita ſecũdo. d. conclu. vt patroni præſentent ad beneficia vacantia procedere, niſi beneficia vacarent: & data eſſent ad commendam vel perpetuo adminiſtratori: quia licet in puncto iuris vacent: tamen ad illã nõ preſentãt patroni, niſi finita cõmenda: vt late diximus ſ. in 14. artic. Et per iſta omnia ſunt reducta & plana.

¶Septima prin. q. primæ part. 2. Libri.

1 *Præſentari qui poſſint in eccleſia patronata.*
2 *Permiſſum cenſetur, quod non eſt prohibitum.*
3 *Præſentari poſſunt non prohibiti.*
4 *Chriſtiani etiam laici, large religioſi dicuntur.*

QVia ſupra vidimus, qui p̃nt præſentare, & q̄ nõ. & in q̄b. eccleſiis ſeu b̃nficiis pręſentatio fieri poſſit, & in quibus non: & qñ eccleſia ſeu beneficia dicãtur vacare, vt in illis poſſit p̃ntatio fieri. nũc eẽt q̃rendum, q̄ poſſint in ipſis eccleſiis & b̃nficiis patronatis vacantib. pręſentari: ſed q̃a d̾ iſtis tractare ſub vna q̄õe principali longa eſſet hiſtoria eam tractabimus ſub trib. q̄õnib. ſub prima q̄ poſſint p̃ntari ad dicta b̃nficia religioſi vel nõ clerici vel ſeculares: & p̄ſonę d̾ q̄b. dubitat̃ ex aliquo incidẽti nõ crimino ſo. ¶Sub 2. q. tractabimus, an ipſemet p̃ronus vel alij ipſiꝰ pſonã repræſentãtes p̃ntari poſſint. ¶Sub 3. tractabimus d̾ aliq̄b.
1 p̄ſonis d̾ q̄b. dubitat̃ pp̄ aliq̄đ incidẽs crĩoſum. ¶†Erit ergo. 7.
q. prin. q̄ poſſint in eccl'ia p̃ronata p̃ntari cũ illa vacat, an req̄ratur, ꝙ ſint clerici ſeu alias religioſi vel laici, & q̄ aliqua qualitate ñ criminoſa p̃ſentari ñ poſſit? & ex hac q̄õe oriunt̃ ĩ. ſcripti arti. Et breuiter dic primo, ꝙ cũ ſimus in materia ꝑmiſſiua ꝓut
2 eſt iſta, † illud cẽſet ꝑmiſſum, q̄đ nõ repitur ꝓhibitũ. l. nec nõ. §. q̄đ eis. ff. ex q̄b. cau. maio. c. inter corporalia. cir. med. vbi gl. d̾ trãſla. ep̃i. & gl. in c. ex literis. hoc tit. vt ēt diximus. ſ. in j. part. j. li. in vij. q. prin. in j. art. oẽs eẽ ꝑmiſſos acquirere ius pat. q̄ expreſſe non prohibentur vt ibi. Et idem diximus. ſ. in 2. q. princ. huius partis. in j. art. omnes patronos permiſſos eſſe præſentare, qui
3 non prohibentur. † Idem concludendum in hoc caſu, vt omnes permittantur poſſe præſentari, qui non prohibentur: puta in locis religioſis clerici: vt in toto hoc ti. & 16. q. 7. per totum. & laici in locis laicalibus cum ipſa loca large dicantur religio-
4 ſa † & etiam laici Chriſtiani, large dicantur religioſi: vt diximus in collegiis ſcholarium, & locis non conſecratis, nec eccleſiaſticis ſ. in j. par. j. li. in vlt. q. prin. in 14. art. de hoſpitalibus nõ eccleſiaſticis ibi. in xj. art. & de oratoriis priuatis ibi. in xij. art. quæ

etiam

etiam replicauimus.ſ.in v.q.princ.huius part.in 8.& 11.art.

¶Secundus art.7.q.prin.j.partis.2.Libri.

1 *Clerici primæ tonſuræ an præſentari poſſint in beneficio patronato vacante, & nume.9.13.*
2 *Clerici qui poſſint appellari.*
3 *Clericales ordines,qui ſint. Et quot.nu.4.5.*
6 *Tonſura prima,ordo eſt clericalis.*
7 *Clericus primæ tonſuræ gaudet etiam priuilegiis clericalibus, etiam ſi non incedat in habitu & tonſura,niſi fuerit monitus.*
8 *Clerici quamuis primæ tonſuræ bona patrimonialia gaudent immunitate, & priuilegio eccleſiæ,quo ad quædam.*
10 *Beneficium ſimplex poteſt habere ſeptennis.*
11 *Clerici primæ tonſuræ poſſunt habere beneficium.remiſſ. & Quid de Pſalmiſta,an poſſit præſentari in beneficio nu.12.*
14 *Ad epiſcopatum eligendus, an debeat eſſe in ſacris.*
15 *Laicus an eligi poſſit in epiſcopum,vel ſaltem poſtulari.& nu.16.*
17 *Ambroſius nondum baptizatus electus fuit in epiſcopum Mediolan.*
18 *Laicus ad beneficium eccleſiaſticum præſentari non poteſt.*
19 *Conuerſi nõ ordinati haud cenſentur idonei ad ſeruiendũ eccleſiis in diuinis.*

1 Et ideo Secundus erit arti. †an clerici primæ tõſuræ p̃ſentari poſſint in eccleſia vel bñficio patronatis vacantibus? & dicas dubium facere:quia illi dicũtur ſeu poſ-
2 ſunt appellari †clerici,qui ordinem aliquem clericalẽ habent:
vt ſunt ordines illi,qui nominantur in c.cleros.in verſic. gene
3 raliter.21.di. †vbi tex.nominat iſtos.ſ.hoſtiariatũ,pſalmiſtatũ,
lectoratũ, exorciſtatum,acolytatũ, ſubdiaconatũ, diaconatũ,
presbyteratum,& ep̃atũ.Sed prima tonſura nõ nominatur ibi,
ergo non eſt ordo. ſed dic ſecundũ doctores ibi primã tõſurã
cõprehendi.& ideo maior eſt ratio dubitãdi: nã cũ in eccleſiis
patronatis non poſſint p̃ſentari,niſi clerici, vt ꝓxime dictũ eſt:
& clerici dicuntur,qui habent aliquem ordinẽ & pſalmiſtatus
ſeu prima tonſura nõ dicitur ordo ſecundũ theologos:vt per
beatũ Thomã in 4.ſent.diſt.24.& ibi ꝑ ſcribẽ.maximè Richar.
in 1.q.prin.vbi de prima tonſura, qui theologi volũt ſeptẽ eſſe ordines clericorũ: & nolunt primã tonſurã eſſe ordinẽ, vt
4 ibi nec ẽt ep̃atum:vt ibidẽ in 5.q.ꝑ Richar. †& dicunt ſeptẽ eſſe ordines ꝓpter ſeptiformẽ ſpiritus ſancti gratiã:cuius munere ſua officia ꝓſequuntur.ita magiſter ſentẽ.in quarto.diſt.24.
5 c.1. ¶Canoniſtæ vero volunt nouẽ eſſe †ordines:& ſic includunt primã tonſurã ad ep̃atum:& hoc ad inſtar & ſimilitudinẽ
eccleſiæ triũphantis:in qua nouẽ ſunt angelorũ chori ſeu ordines deſignati ſub nouẽ generibus lapidũ p̃tioſorũ: vt ait Gregorius tranſumptiue in c.quid ergo.de pœnit.diſtin.2. vt etiã ꝑ
Abb.in c.cũ in cunctis.in §.cum vero de elect.& in c. ex literis.
de exceſ.p̃la.gloſ.& docto.in ꝓemio 6.hanc difficultatem non
intendo diſcutere:quia non eſt ad noſtrum principale intentũ.
Sed me remitto ad Io.an.& ſcribentes in dicto ꝓemio ſexti ſup
gl.in verbo,ep̃s.& etiam de hoc notatur ꝑ doc.in c.cum cõtingat,de ætate & qualita.vbi p̃cipuè Butri.& ꝑ eum etiam in d.c.
ex literis.& ꝑ Domi.in d.c.clerus 21.diſtin.& ꝑ Archi.in c.pſalmiſta.23.diſtinc.Et pleniſſimè adducuntur iura vtriuſque partis.ſ.theologorum & canoniſtarũ in tracta. de p̃fecto clerico.
6 in primo lib.in 1.dubio. & eſt concludendum †cũ canoniſtis.
ſ.primã tonſurã eſſe ordinẽ:ideo eſt dicendum clericos primæ
tonſuræ venire appellatione clericorũ,cum ſint in ſeruitio: &
in portione Chriſti.d.c.cleros.vt ĩ officio collationis ipſius ordinis ſæpius dicitur attento, etiã ꝙ ꝑ primam tonſuram efficitur quis pſalmiſta,& vt ibi habetur pſalmiſta dicitur clericus:ergo venit appellatione clericorum.idem notatur in c.cum cõtingat.de ætate & quali.in fi.ibi cũ ꝑ primam tonſurã iuxta formam eccleſiæ datam clericalis ordo feratur.facit etiã text.in c.
p̃lectis 25 q.in verſi.ad pſalmiſtam,cum aliis ſimilibus. ¶Facit
7 etiã ꝓ hoc, † quia non ſolum inſtituti in quatuor minoribus,
ſed etiam in prima tonſura gaudent priuilegiis clericalibus, tãquam clerici.ſ.priuilegium c. ſi quis ſuadente diabolo 17.q.4.
priuilegium fori.c. ſi diligenti.de foro compe.gl.in d.c.cleros.
in verbo,generaliter.Butri.& alij in c. cum non ab homine. de
iudi.& iſtam opi.dicunt cõmunem:vt pulchre & latè ꝓſequitur do.Alber.troctus ferrarien.in d.trac.de p̃fecto clerico.in 1.
lib.in 2. dubio. vbi vult iſtos clericos primæ tonſuræ gaudere
priuilegio clericali,etiam ſi non incedant in habitu & tonſura,
8 niſi fuerint moniti vt ibi. †Hinc etiam dicimus bona clericorum,quamuis primæ tonſuræ,patrimonialia eſſe immunia, &
gaudere quo ad quædam priuilegio rerum eccleſiæ gl. in verbo,obligata in c.ex literis.de pigno.in c.fi.in verbo, facultates.
de vita & hon.cleri.& gl.in c.ſimiliter.16.q.1.& latè do. Fely.
in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti.in princi.4.colum.in ver-
9 ſic.in gl.2.in fi.poſt ipſam gloſ.ibi. ¶†Iſtis ſic cõcluſis cum preſentandi debeant eſſe clerici:& clerici primæ tonſuræ veniant
appellatione clericorum, eſt dicendũ eos poſſe p̃ſentari. & ad
hoc adducitur id,quod dicitur in c.ex ratione.& in c.indecorũ
de æta.& quali.& in diſtin. Abb.in ca.ſup inordinata.vbi Io. de
10 imol.Car.& alij de p̃ben. †etiam ſeptennem poſſe habere beneficium ſimplex,quod tamen non habeat eccleſiam,vt ibi: &
nihilominus ſeptennis non poteſt habere niſi primam tonſu-
11 ram:vt in c.in ſingulis & ſequẽ.77.diſtin.& ꝙ †clerici primæ
tonſuræ poſſint habere beneficia, tenet etiam Abb.in d. ca.cũ
contingat.in 2.col.in verſi.quid de p̃sbytero. ¶Dic ergo cleri-
12 cum primæ tonſuræ,& ſic pſalmiſtam poſſe †præſentari in beneficio ſi illius eſt capax.iuxta diſtin.Abb.in d.c.ſuper inordina
13 ta.puta iuxta ætatem quam habet:& beneficiũ requirit. ¶†Dicerem bene ꝙ ſi beneficium ex ſui natura vel ex ordinatione
fundatoris requireret maiorem ordinem, non poſſet clericus
primæ tonſuræ p̃ſentari ad illud:ſed ille qui ordinem requiſitũ
haberet.c.ſignificatum. de p̃ben.c.cum in cunctis. §. inferiora.
& c.dudum.de elec.c.licet canon.eo.titu.lib.6. Attenditur igitur natura beneficij;iuxta notata in c.cum acceſſiſſent.de cõſti.
niſi ep̃s cum patroni voluntate diſpenſaret:vt voluit ſingulare
dictum Cal.in d. c.acceſſiſſent. de quo alias dicemus. j. ſufficit
nobis, quo ad hunc articulum clericum primæ tonſuræ poſſe
14 præſentari. ¶† Quid autem de eligendo ad epiſcopatum an
debeat eſſe in ſacris. vide Abb.& doc.in d. c. cum in cunctis.§.
inferiora.& in d.c.dudum.de elec.& in d.c.licet canon.eo.titu.
15 lib.6. ¶†Et an laicus poſſit eligi in epiſcopatum? dic ꝙ nõ:ſed
bene poſtulari poteſt 61.diſt.c.j.per c.innotuit.de ele.licet per
16 maximam ſanctitatem vitæ, †quæ tranſcedat clericalem vitã
quis eligi poſſit:vt accidit in beato Nicolao in epiſcopatũ Mireæ patrono ciuitatis Bari:cuius ſacrum corpus in ipſa ciuitate
quieſcit:& mannam ex eius aridis oſſibus diſtillat,quem Deus
quotidie decorat innumeris miraculis vt oculis propriis vidimus,& manus noſtre contractauerunt, cũ in illo archiepiſcopatu fuerimus generalis ꝓuiſor Reuerendiſſimi in Chriſto patris dñi dñi Stephani gabrielis merini digniſſimi Archiepiſcopi Bareñ.& epiſcopi legioneneñ.ſanctis.& omnium virtutum
cumulus.& hoc etiam accidit in beato Seuero,qui ex lanificio
17 fuit aſſumptus ad archiepiſcopatũ. & ĩ beato †Ambroſio qui
nõdum baptizatus fuit electus archiepiſcopus Mediol.61.diſt.
c.his auctoritatibus.& c.ſequen.pulchre p̃dicta refert Firma.in
trac.de epiſcopo.in 2.lib.in 1.par.in q.15.in princ.1.col.8. fol.
operis.Sed quo ad præſentationem omiſſa diſceptatione de vi
18 ro tãte bonæ vitæ:cum iſti hodie ſint rariſſimi. †dicerem nullo modo laicum poſſe præſentari ad beneficium eccleſiaſticũ:
vt dicemus latè.j.in ſequen.7.articu.Sed debere prius fieri clericum ſaltem primæ tonſuræ: & poſtea p̃ſtari ad beneficium.
tamen dummodo ſit illo capax.Et pro hoc facit id, quod dicit
Inno.Abb.& doc.per illum tex.quicquid dixerit ibi glo.fi.in c.
2.de inſtitu.laicum non poſſe creari canonicum, & poſtea recipere primam tõſuram:quia cum creatur debet eſſe talis, qui deſeruire poſſit eccleſiæ per eccleſiaſticos ordines:& ſic ordinan
19 dus eſt antequã creetur canonicus. Et ideò dixit ibi Abb. †cõuerſos non ordinatos non cenſeri idoneos ad ſeruiendum eccleſiis in diuinis.Sic ergo dicendum in caſu noſtro:& ita ſemper obſeruari feci:& alias in facto obtinui priuatos eſſe præſentantes purum laicum ſcienter quamuis ipſum: poſtea ordinari fecerint ad primam tonſuram.

¶Tertius art.7.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Clericus coniugatus an poſſit præſentari in eccleſia patronata. Vide & nume.11.14.*
2 *Clerici coniugati, ſunt clerici quo ad priuilegium canonis, ſi quis ſuadente diabolo.& num.7.*
3 *Clericus coniugatus non poteſt eſſe vicarius epiſcopi.*
4 *Clerico coniugato non poteſt committi cauſa criminalis clericorũ, ipſis etiã conſentientibus,etiam ab epiſcopo.Et quid ita.nu.5.*
6 *Clericus coniugatus non poteſt eſſe rector ſcholarium.*
8 *Clericus coniugatus non poteſt habere beneficia. Et quid ita.Incedens vero in habitu & tonſura,ex diſpenſatione poteſt.& nu.12.*
9 *Clericus coniugatus quare non poſſit habere beneficium eccleſiaſticum.*
10 *Clericus græcus matrimonio vti poteſt licite,etiam inter latinos.*
13 *Clericus græcus poteſt filiis illegitimis prouidere,maxime rõe alimentorũ.*

1 Et ex iſtis Deciditur tertius arti.videlicet † an clericus ꝯiugatus poſſit præſentari in eccleſia patronata? Et primo videretur dicẽdum ꝙ ſic:ex quo habet primam
tonſuram:& videtur venire ſub appellatione clericorũ:& licite põt ꝯiugari cũ vnica,& virgine.c.1.de cleri.ꝯiuga.& retinet

nomen, ꝓꝑ characterem ordinis impreſſum & indelebilem. Io.
tamen de lign. in c. Ioannes. de cle. coniug. ēt iſtos poſſe appel-
2 lari mixtos, ſ. clericos & laicos ſimul: † tamen quantum ad hoc
vt gaudeant priuilegiis clericalibus, non dicuntur clerici: niſi
quo ad priuilegium canonis, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quia inii-
cientes manus violentas in eos, ſunt excõicati ipſo facto: & ni-
ſi quo ad priuilegium fori, pro criminibus ēt ciuiliter intenta-
tis: & hoc, dummodo incedant in habitu, & tonſura: & duxe-
rint vnicam virginem. vt ſ. Et habetur in c. ilico. de cle. coniug.
lib. 6. & Rot. 202. & Abb. & doc. in c. 1. in c. diuerſis. & in c. Ioan-
3 nes. de cle. coniug. † Et ideo dicitur ꝙ talis clericus coniugatus
non poteſt eſſe vicarius epi. c. in nona. 16. q. 7. & no. in d. c. Ioan
nes. & voluit Abb. in prin. c. ſane. e. ti. & volunt doc. in c. decer-
4 nimus. de iudi. vbi omnes: & maxime Mod. † Et ideo ēt dicitur,
ꝙ tali clerico coniugato non poſſet committi aliqua cauſa cri
minalis clericorum, etiam ipſis clericis conſentientibus, etiam
ab epo: vt in d. c. decernimus. cõiter concludit: quia hoc ſurgit
ex incapacitate cõiugati, qui non differt à laico, niſi in illis duo-
5 bus priuilegiis, de quibus ſ. & quia hoc fuit † introductum in fa
uorem ordinis, non poteſt etiam de conſenſu cleri præiudica-
ri. c. ſi diligenti. & c. ſignificaſti. de fo. comp. vt pulchre dicit do.
6 Alb. in d. trac. de perfecto clerico. in 1. lib. in 3. dub. † vbi etiam
dicit clericum ꝯiugatum non poſſe fieri rectorem ſcholarium:
quia cum habeat ex illo officio iudicare clericos, & ipſe nõ ſit
clericus, niſi ad illa duo, rector eſſe non poteſt: vt ibi per eum.
7 Et ſic ex prædictis colligitur clericum coniugatum † eſſe cleri-
cũ, non quo ad omnia, ſed quo ad illa duo: & ideo dicitur eum
nõ poſſe perſonaliter aſtringi per iudicem ſecularem, etiam in
cã cepta coram eo ante clericatum: dumtamen incedat in ha-
bitu & tonſura, vt ſ. eſt dictum. & not. in c. vnic. de obl. ad rat. &
8 vult Lap. alleg. 41. ¶ † Sed licet dicatur clericus in prædictis: ta
men non poteſt habere beneficia. c. 1. & 2. c. diuerſis. & c. Ioan-
nes. de cle. coniug. Imo nec adminiſtrationẽ rerum eccleſiaſti-
carum. d. c. decernimus. de iudi. & in iuribus ſ. ſcriptis. vt plene
Abb. in d. c. 1. quod inci. ſane. & indiſtincte nullum beneficium
9 habere poteſt in titulum. vt in iuribus prædictis. Et † quare cle
ricus cõiugatus non poſſit habere beneficium eccleſiaſticum,
ſunt iſtæ cauſæ. Prima, quia non poteſt Deo perfecte famulari,
cum non habeat ex toto ſui corporis poteſtatẽ. Secunda quia
amore filiorum, & coniugis, ſolet ſubſtantia eccleſiarum dila-
pidari: vt videmus clericos effici cæcos amore nepotum: for-
tius efficerẽtur omnino cæci amore filiorum: maxime cum eſ-
ſent legitimi & naturales. vt eſt glo. in c. peruenit. 1. q. 3. Tertia
eſt cauſa, quia coniugatus reputatur immundus reſpectu obſe
quij ſpiritualis, cum intẽdat carnalibus deſideriis. c. quod te. de
cle. coniuga. Et iſta pulchre ponit Abb. in d. c. diuerſis. in 1. col.
eo. ti. & vide alias cãs per eundem Abb. in d. c. quod te. eo. ti. In
10 † clerico Græco vero dicendum eſt licite eum matrimonio v-
11 ti poſſe, & inter Latinos. c. cum olim. de cler. coniug. † Si ergo
beneficia ēt ſimplicia habere non poteſt, nec illorum admini-
ſtrationem, ergo non poterit præſentari: quamuis clericus di-
12 catur. ¶ † Eſt bene verum, ꝙ ſi clericus coniugatus incedit in
habitu & tonſura, poterit ex diſpenſatione habere beneficium
ſimplex. c. Ioannes. de cle. coniug. & ſm communem opin. ibi
ſufficit diſpenſatio epi. tamen Abb. dicit, ꝙ diſputando de rigo-
re iuris teneret non ſufficere diſpenſationem epi: ſed requiri di
ſpenſationem Papæ, vt ibi per eum. Vel pōterit habere benefi-
cium, non in titulum, ſed rõe diſpendij: vt in c. j. e. ti. & per doc.
in d. c. Ioannes. Et quando in aliquo ex dictis caſib. haberet be-
neficium in titulum, vel in diſpendium de reditibus illius, pote
13 ſet ſuum,vt ibi. ¶† Quid autem de illegitimo legitimato per ſubſequens matrimonium, per Papam ,aut Imperatorem, vel alium habentem poteſtatem legitimandi. De primo vide not. in c.per venerabilem.& in c.tanta.qui filij ſint legiti. & de omnibus ibi plenè per Abb.& alios : & hodie permaximè per do. Propo.Alex.& in d.c per venerabilem.& habetur,an legitimatus quo ad actus eccleſiaſticos,cenſeatur etiã legitimatus quo ad ſeculares,& econtra?vide ibi Propo.plenè.& eundem Propo.in c.lege.x.di.& quæ nos latè diximus poſt eum ſ.in 2.part. j.libr.in 2.q.princ.in xxix.articu.vbi plenè tractauimus,an legitimatus per principem ſecularem ſuccedat in iure patr. eccle-
14 ſię.¶† Et quòd illegitimi hodie non poſſint eligi maximè in epiſcopum,eſt text.in ca.cum in cunctis. & ibi glo.& docto.& præſertim Abb.in cap.cum ſuper eo.ca.cum nobis.& ca.innotuit.de elect.& ibi omnes.& Specul.in titul. de libell. concept. §.fi.ad finem:& hoc etiam eſt clarum.ſ.¶Eſt tamen aduertendum,vt non ex hoc, quòd aliquis ſit illegitimus, ſperni debeat:vt in ca.naſci.lvj.diſt.& hoc,quia Dei manus eſt,quæ operatur,ita in vno,ſicut in alio. Et ideo text.dicit in c.vndecunque naſcantur homines, modo parentum non imitentur errores, honeſti & ſalui erunt:ſemen enim hominis ex quocũque homine Dei creatura eſt: & eo male vtentibus male erit:non autem ipſum ſemen malum, propterea text. ibi ſequens exhortatur : vt nunquam de vitiis erubeſcamus parentum,ſed ſemp
15 amplectamur virtutem. † Et ideo licet prædicti illegitimi tñ honeſti & virtute prædicti mero iure promoueri non poſſint: nihilominus cũ eis poteſt diſpenſari.d.c.innotuit.& ibi gl.Ab. & doc.quod dicunt fieri poſſe ẽt poſt confirmationem. Fm gl. ibi.per c.niſi cum pridem.de renun.& maximè ex ipſius cõfeſſione.lvj.diſt.c.apoſtolica.& c.quæ ſimpliciter. & gl.in d.c.pe. dicit talem diſpenſationem non poſſe fieri per archiepiſcopũ: ſed per Papam.& idem vult gl.in d.ca.innotuit.per ca.2.de cor
16 pore vitiatis.¶Et Firma.in d.xlvj.q.ponit etiam,†an Papa tacite cum illegitimo diſpenſet ipſum ſcienter promouendo: & ibi an illegitimus poſtulari poſſit,& an poſſit effici monachus, & legitimetur? & latè proſequitur, an ep̃s poſſit diſpenſare cũ aliquo illegitimo ordinando ad ſacros ordines?& dic concluſiue,ep̃m quantum ad ordines minores,& ad beneficia ſine cura diſpenſare poſſe:ad curata autem dignitates, & ſacros ordines ſolum Papam diſpenſare:vt hodie eſt text.clarus in ca.j.de filiis presby. lib. vj.vbi etiam habetur, ꝙ ſi diſpenſatum fuit cũ tali illegitimo,vt nõ obſtante defectu natalium poſſit promoueri ad curatum beneficium prætextu illius diſpenſationis, nõ poterit ad perſonatum vel rectoriam aſſumi, ad quam per electionem procedi conſueuiſſet:vt eſt text.no.in c.fi. de preben.
17 ¶† Et per ingreſſum religionis illegitimus efficitur legitim⁹, quo ad promotionem ad ordines,non ad prelationem.de quo tamen latè per do. Alber. de troctis in d. tract.de perfecto cle-
18 rico.in 2.lib.in j.part.in j.requiſito.¶ †Et an Papa poſſit diſpẽſare cum illegitimo,vt poſſit effici cardinalis: vide per Abb.in c.dilectus.de exceſ.præla.& per Firma.vbi ſ.in fin.de xlvj. q.vbi etiam dicit:quòd legitimatus ſimpliciter, non intelligitur legitimatus ad R.dignitatem. alleg. Bartol.in l.eam quam. C.de
19 fideicom.¶† Et ne procedamus in hac materia longius: vide qualiter fiat diſpenſatio illegitimorum circa beneficia & alia: & quæ ſunt exprimenda, iuxta materiam. d.l. eam quam.C.de fideicom.quæ latiſſime ponit do. Fel.in ca. poſtulaſti. in 4.col. in verſicul.ſeruit etiam ad hoc.de reſcript. cum pluribus colũ. ſequent.vbi pulchre hanc materiam tractat non eſt tranſcribenda.& docto.plenè in dict.ca.j.de filiis presbyte. vbi ſignanter Ioan. Andr. Gem.& Philip. fran.nolo ingredi talem materiam diſpenſationis. Sed conclude,tunc demum poſſe præſentari illegitimum:& ad tale beneficium, quando ſecum eſt legitime diſpenſatum,quòd poſſit clericari:& ad illud beneficium, ad quod eſt factus habilis ex diſpenſatione: iuxta dicta doc.ibi alias non p̃ p̃ſtari.Et idem Firma.in d.trac.de ep̃o. in 3. li.in 2. part.2.par.prin.in 18.q. quærit:an baſtardus electus poſſit ↄfirmari:& dr̃ ꝙ ſic diſpenſatiue tñ:alle.gl.in d.c.innotuit. de elec. p d.c.niſi cum pridem.de renunc. & diſpenſatio debet eſſe Papæ vt ſ.diximus. †Non omittam vnum naſci illegitimum nõ eſſe culpam naſcentis:ſed patris.vt vult tex.ĩ c.naſci.lvj.diſt.vbi dr̃ naſci de adulterio ñ eius culpa qui naſcitur:ſed illius,qui generat.& hoc eſt dictum beati Hieronimi patroni noſtri originaliter in epiſtola contra Rufinum ponentis exemplum de ſeminibus ſparſis in terra vt ibi.¶Reperi poſtmodum d.Roc.in

hoc trac

hoc trac.in ver.cõpetens alicui.in fi.2.q.vbi quærit de hoc art.
&breuiter concludit illegitimum non poſſe pñtari:qa talis nõ
admittitur ad beneficia eccleſiaſtica ſine diſpenſatione,vt ipſe
dixerat in d.2.q.quod dicit probari in c.literas.& in c.fi.& p to-
tum de filiis presb.in antiquis:& vj.& ita reſidet.tu tene vt s.

¶Duodecimus art.vij.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Præſentari an poſſint vitiati corpore,vel ad ordines promoueri, vel beneſi-cia habere.*
2 *Ordinari aliquem quæ prohibeant.*
3 *Corpore vitiati qui dicantur.*
4 *Demoniacus eligi non poteſt.*
5 *Beneficia an amittantur defectu ſuperueniente.*

1 **Sequitur** Modo.12.loco dubitare,†an corpore vitiati
poſſint præſentari? Et dic breuiter corpore
vitiatos non poſſe promoueri ad ordines: vt de corpore vit.p
totum:ergo nec poterunt habere beneficia. vt ĩ proximo præ
ceden.art.diximus:& vt per Hoſt.& Gof.in ſumma.d.c.de cor-
pore vitiatis.& lv.diſt.per totum.& xlix.diſt.§.hic ſuperna.& c.
fi.& per Richar.in 4.diſt.25.q.5.art.2.& in ſumma piſana & ſi-
milibus ſummis,in verbo,vitiatus corpore:& præſertim p Ar-
2 chiepiſcopum floren.in ſumma ſua in 4.part.titu.v.c.v.† quæ
autem ſint iſta vitia corporis quę prohibeant aliquem ordina
ri,vide plenè in locis proximè allegatis. & per d.Alb.in tracta.
de perfecto clerico.in 2.lib.in j. part.in 22.requiſito. vbi quæ-
rit de multis defectib. corporis: & præſertim de exiſtente ſine
manu,ſine naſo, de monoculo,de carẽte teſticulis:de claudo,
de habente maculã in oculo,de gibboſo,lunatico,vel non va-
lente bibere vinum,& de vitiis corporis vetitis in veteri teſta-
mento:& quid ſi impedimentum ſuperueniſſet poſt ordinem
3 aſſumptum: vide ibi plenè: & an † mancus,vel aliter corpore
vitiatus,poſſit eligi epiſcopus:& q dicantur corpore vitiati,vi-
de plenè per Firma.in trac.de epiſcopo.in 2.lib.in q.24. Vbi ẽt
ponit ꝙ caſtratus à medico,vel ſecatus pede in infirmitate põt
eligi eps & conſecrari.c.ſi quis.55.diſt.dũmodo poſſit accede-
re ad altare ſine baculo:quia ſi cum baculo,non procederet:ſe
cundum gl.ibi per c.nullus eps de conſe.diſt.j.quod accidit fe-
licis mem.Angelo caſtaldo nobili Tranen.epo Inſulano,meo
immediato prædeceſſori,cui propter infirmitatem fuit tibia ſe
cata:& poſt multos dies abiit ad dominũ:ſed ſi vixiſſet, nõ po-
tuiſſet accedere ad altare ſine baculo. Et ibi etiam Firma. quæ-
rit de epo manco,ceco,de laborante morbo epileptię,an poſ-
ſit celebrare? vide Firma.in d.tract.in 2.lib.in vij.part. in 7.q.&
4 an poſſit eligi.vide eundem in 2.li.in j.part.in lvj.diſt.†&ꝙ de-
moniacus eligi non poſſit,habetur.33.diſt.c.maritum.c.com-
muniter.& c.clerici.& per Firma.in d.tract.in 2.libr.in j.part.in
57.diſt. & conclude corpore vitiatum non valentem promo-
5 ueri ad ordines,non poſſe pręſentari.†An autem per ſuperue
nientiam defectus quis amittat beneficia iam quæſita: & an de
tur ſibi coadiutor:ponunt doct.in ſupradictis locis. & in tit.de
clerico ægro. Et hoc ſufficiant.

¶Decimustertius art.vij.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Bigamus an poſſit per patronos ad beneficium patronatum præſentari.* 3.
2 *Bigamia quot modis contrahatur Et quis ſit bigamus.*
4 *Bigamo de facto promoto character imprimitur.*
5 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum bigamo.*
6 *Papa an poſſit diſpenſare cum bigamo.*
7 *Papa diſpenſare poteſt contra ius poſitiuum.*
8 *Bigamus poteſt monachari,non autem fieri rector ſcholarum.*
9 *Bigamus eſt priuatus omni priuilegio clericali,etiam in foro ſeculari.*
10 *Bigamus non poteſt præſentari,nec eligi,nec ordinari,niſi cum Papæ diſpen-ſatione.& n.15.*
11 *Bigamum eligentes,an priuentur iure eligendi.*
12 *Ozias vxorem duxit meretricem.*
13 *Bigamus poteſt fieri epiſcopus,& etiam cum diſpenſatione,cardinalis.*
14 *Irregularitas omnis eſt iuris poſitiui,excepta bigamia.*
16 *Cum bigamo diſpenſatum in ordine habendo,intelligitur diſpenſatum ad be-neficium,& maximè curatum.*
17 *Bigami effecti monachi, poſſunt præſentari in eccleſiaſticis beneficiis regu-larium.Limit.n.19.*
18 *Bigami effecti monachi ſeu regulares,gaudent nihilominus priuilegiis ec-cleſiaſticis,non obſtante diſpoſitione c.vnici.de bigamis.*
20 *Monachus profeſſus nondum clericus,non poteſt prouideri de beneficio e-tiam regulari.*

1 **Dubitatur** Decimotertio,an bigamus†poſſit per pa
tronos ad beneficium patronatum pñta-
ri?¶Et in hoc eſt primo aduertendum hũc art.in hac.7.q.prin.
ſituari: & non in ix. quia bigamia non ſonat in verum vitium.
cum ſit permiſſa: iuxta illud Pauli apoſtoli,nubat ĩ domino.de
quo in tit.& ideo eſt incidens non vitioſum: & ſic cadit in hac
2 q.¶Secundo eſt aduertendum & diſcutiendum †quot modis
bigamia ↄ̄hatur:vt ſciamus quid ſit bigamus:& quantum ad ef
fectum clericandi,ↄ̄hitur ſeptem modis.¶Primus,cũ qs ſucceſ-
ſiue & diuerſis tpibus duas legitimas habuit vxores, & ambas
cognouit.xxj.q.j.aperiant.& idem,ſi vnam habuiſſet ante bap
tiſmũ:aliam vero poſt,vel vtrã̄q; ante.24.diſt.c.is qui viduam.
& in 26.diſt. per tot. & iſtis modis propriè, & diſcrete appella-
tur bigamus.¶Secũdo modo, qñ diuerſis temporibus habuit
& cognouit plures,ſed non legitimas: quia vnam de iure, aliã
de facto, & ambas cognouit.c.nuper.de bigamis.& hic reputa
tur bigamus,non pp ſacr̃i defectum, ſed pp intentionis effec-
tum cum opere ſubſequuto,vt ibi dicitur.¶Tertio modo qñ
ſimiliter habuiſſet plures vxores; & eas eodem tpe cognouiſ-
ſet.d.ca.nuper.& idem ſi corruptam de facto.ca.à nobis.eo.tit.
¶Quarto modo,qñ contraxit quis cum vidua:hoc eſt ab alte-
ro marito cognita.32.diſt.ſeriatim.& 30.diſt. maritum.Secus
autẽ,ſi relicta fuiſſet virgo.34.diſt.c.fi.¶Quinto modo,quan-
do contraxit cum corrupta à quocunque alio: ſiue contrahat
ſcienter,ſiue ignoranter:& eam cognoſcat.34.diſt.mirandum.
& c.pręcipimus.¶Sexto modo quando vxorem propriam co
gnoſcit ſcienter vel ignoranter:poſtquam cum cognita eſt ab
alio.34.diſt.ca.ſi cuius.& c.ſeq.Imo etiam ſi coactus quodam-
modo cognoſceret: vt quia vir accuſaſſet vxorem de adulte-
rio, & pendente accuſatione ad præceptum eccleſiæ reddere
debitum,ſm opinionem magis cõem, & maximè Theologo-
rum.¶Septimo mõ qñ aliqs in ordine ſacro ↄſtitutus:vel poſt
profeſſionem in religione de facto ↄ̄hit cum corrupta,c.à no-
bis.d̃ bigamis.& 26.q.j.c.quotquot.¶Reſtat modo dubitatio
pro octauo modo,qui eſt.ſ.qñ quis deflorauit virginẽ:& poſt-
ea eam duxit in vxorem, an dicatur bigamus quo ad effectum:
vt repelli poſſit à clericatu?ſunt opiniones:quia aliqui volunt
illum non eſſe bigamum ea ratione:quia verum eſt dicere eũ
ñ diuiſiſſe carnem ſuam in plures:nec ẽt illam.d.c.debitũ ¶Et
ad iura quæ videntur requirere,ꝙ ſit virgo tempore,quo ↄ̄hi-
tur matrimonium.xxx.q.v.qualis,reſpõdetur,ꝙ debet eſſe vir-
go:ideſt ab aliquo non cognita:& iſta vr̃ magis communis:qa
eam tenet Ber.gloſator in c.j.de cle.coniuga.& in c.debitum.
de bigam.& in c.innotuit.de elec.& Io.gloſator decreti in d.c.
qualis.xxx.q.v.& in ca.nemo.32.diſt.& gl.Io.Andr.in c.vnico.
e.tit.lib.6.& Io.de ligna.& ſequitur eam Abb.in d.ca.2.tanquã
equiorem,& etiam ibi Imo.dicendo ipſam opinionem ſeruan
dam in practica propter gloſarum auctoritatem:& etiam quia
videtur de mente beati Thome:Richar.Vulga.Petri:& pluriũ
Theologorum:licet ↄ̄triam opinionem multi ecõtra teneant.
Inter quos Vgo.Gof.Hoſt.Pet.de anch. ac etiam Car.in d.c.2.
licet idem Car.in c.tanta. qui filij ſint legitimi,teneat primam,
de qua quæſtione:& de eis motiuis ad vtranque partem eſt vi-
dendum per doct.in dictis iuribus: & præſertim in d.ca.2.& in
3 d.c.debitum.& per Butr. in c.2.de bigamis.in 3.col. ¶† Ter-
tio eſt premittendum quare ſit introductum vt bigamus non
poſſit promoueri? & quadruplex allegatur ratio.Prima,prop-
ter ſacramenti defectum videlicet vnitatis ipſius: quia non eſ-
ſet vnitus:ex quo diuiſit carnem ſuam in plures.26.diſt.acuti.
& d.ca.debitum.vbi vide latè & ſubtiliter declaratam hanc ra-
tionem.Secunda propter ordinum dignitatem. 26.diſt.c.vna.
& c.vlt.Tertia & quarta propter ſignum incontinentię.lxxxij.
diſt.ca.propoſuiſti. quomodo ergo erit honorator viduitatis,
qui ipſa coniugia frequentauit,vt ibi dicitur.& per But.in rub.
de bigamis. & ſic iſta eſt quarta ratio vt honoretur viduitas.
Quæ autẽ ſit ratio quare ad inducendam bigamiam plus pon-
deretur incontinentia, ſeu integritas carnis per reſpectum ad
mulierem,q̃ ad virum: quia ſi vir ante matrimonium,vel poſt
tenuiſſet concubinam,non eſt bigamus, dummodo ↄ̄hat cum
virgine: vt eſt text.in ca.fraternitatis.34.diſt.tres aliæ rationes
communiter adducuntur.de quibus in d. ca. debitum.de biga-
4 mis.vbi per But.in antepe.q.ibi videte.¶† Quarto eſt præmit
tendum quid ſi de facto bigamus promoueatur, an imprima-
tur character:& an epiſcopus poſſit cum eo diſpenſare,vel ſal-
tem Papa? Et de iſtis tribus per Butr.in d.ca.debitum.qui quan
tum ad primum:an imprimatur character, concludit quòd ſic:
ad quemcunque ordinem ordinetur.50.diſt. quicunque. & c.
pœnitens.quod dicit tenere Hoſt.in ſumma illius tit.§.fi.licet
ſubdat But.ibi non gaudere priuilegio clericali.per c.vnicum.
5 eo.tit.lib.vj.†Quo vero ad ſecundum.ſ.an cum eo epiſcopus
diſpenſet, ſunt variæ opiniones, de quibus ibi per ipſum Bu-
trigar. qui tenet non poſſe epiſcopum diſpenſare: etiam ſi
vellet aſſi

veſſet aliquis bigamus ad minores tantum ordines ꝓmoueri.
6 & hoc maximè ꝓbatur per tex.in c.j.e.ti.li.6.†De tertio vero,
an ſaltem Papa poſſit diſpenſare, licet ſimiliter ſint opiniones:
illa tamen videtur tenenda quam ſequitur ibi Butr.& appellat
communem:& inter alios eam tenet Io. gl.in c.lector. 34.diſt.
& in ca.de illo. 32.diſt. Tenet etiam beatus Thomas in 4.diſt.
27.vbi dicit Papam poſſe diſpenſare illa potiſſima ratione:quia
non eſt de ſubſtantia ordinis, ꝙ recipiens illos non ſit bigamꝰ.
Patet,quia vt ſ.eſt dictum ſi de facto recipiatur à bigamo, cha-
7 racter imprimitur,& recipitur verus ordo:†eſt ergo hoc pro-
hibitum de iure poſitiuo,contra quod Papa poteſt diſpenſare.
c.per venerabilem.qui filij ſint legit.& c.propoſuit. de conceſ.
præb.Eſt enim omnis irregularitas de iure poſitiuo:vt no.Inn.
in c.ſi celebrat.de cleri.excommu.mini.& in c. niſi.§. perſonæ.
de renun.de his tamen latius eſt videndum per But.in d.c.2.&
in c.nuper.de bigamis. per Spec.in tit.de lega.§.nunc breuiter:
in vlt.col. Et ꝙ Papa poſſit diſpenſare cum bigamo, tenet etiã
gl.in c.ſi quis viduam. 50.diſt.quæ dicit ſemel fuiſſe diſpenſatũ
cum archiepiſcopo Panormitano exiſtente bigamo : ꝙ efficeretur archiepiſcopus.Et dixit Firm.in tract.de epiſcopo.in 2.li.
In j.par.in 25.q.ꝙ licet Car.non poſſit eſſe bigamus:tamen Pa-
pa cum eo poteſt diſpenſare:ſecundum Bal.in c.at ſi clerici.de
iud.Et ſubdit ibi Firma.propterea do. Anto. roſellam monar-
cham noſtri temporis non potuiſſe obtinere cardinalatum ſi-
bi promiſſum ab Eugenio Papa quarto:quem do. Ant.defen-
dit in concilio Baſilien. quia Eugenius nolens fidem ſeruare,
recuſabat ſe non poſſe eum Cardinalem creare,quia bigamus:
& cum requiſitus eſſet de diſpenſatione reſpondit ipſi d. Ant.
alleganti doctrinam gl. & Bal.de qua.ſ.ſe nolle diſpenſare:ex
quo Spe.in tit.de bigam.dixit Papam non poſſe diſpenſare ali-
quem bigamum fieri epiſcopum:ſed ego audiui alium dediſſe
reſponſum.ſ.ꝙ licet promiſiſſet ipſum creare cardinalem,non
tamen promiſit cum eo diſpenſare in bigamia : propter quod
d.Anto.indignatus compoſuit libellum contra prælatos:& ex
curia aufugit ad ſtudium Patauinum: vbi per multos annos pu
blice legit,ipſo Firmano audiente:& etiam genitor meus ipſũ
audiuit.Ego vero audiui dominum Ioannem baptiſtam roſel-
lum eius nepotem : & ibidem ipſe dominus Antonius obiit,
& ſepulchrum eiꝰ vidi in eccleſia glorioſiſſimi ſancti Antonij.
Et dicit ibidem Firma.audiuiſſe Io. de ligna.tãquam bigamum
à cardinalatu repulſum.Et de modis prædictis bigamie ibi Fir-
ma.plura ponit:licet inordinate: & ponit etiam de multis qua
8 re ſint ineligibiles:†& dicit bigamum poſſe monachari:ſed nõ
fieri rectorem ſcholarium:vt per Bal.in aut.habita.pen.col.C.
ne filius pro patre.& ibidem ponit an bigami ſint in eccleſia i-
terum benedicendi?de quo in tit.de ſecundis nuptiis.per totũ:
9 & dicit bigamos eſſe de foro ſeculari.vide ibi plenè.¶† Quĩ-
to eſt præmittendum id, quod proximè diximus omnino bi-
gamos omni priuilegio clericali eſſe nudatos: & eſſe pœnitus
de foro ſeculari non obſtante contraria conſuetudine:nec eſ-
ſe permittendum, vt tonſuram vel habitum clericalem defe-
rant:etiam ſi vellent:imo ne deferant,ſub pœna excommuni-
cationis inhibitum eſt eis. text.eſt hodie clarus in ca.vnico.de
10 bigamis.li.6.¶† Nunc iſtis præmiſſis: reſpondeo ad quæſitũ
art.noſtri:& dico Firma.in repertor.ſuo in verbo, patronus.in
2.col.in verſi.22.quærere:& ſe remittere, an præſentans biga-
mum puniatur:& dicit ꝙ non:licet non teneat præſentatio;&
remittit ſe ad ea, quæ dicunt doct.in ca.cum in cunctis.de ele-
ctio.& in c.tam literis.de teſtibus. & ita reſidet ibi:& idem Fir-
21 ma.in tract.de epiſcopo.in j.li.in 3.par.in fi.27.q.dicit †eligen
tes bigamum non priuati iure eligẽdi: etiam ꝙ ſcienter ipſum
elegerint.& allegat iura prædicta.Idem vero Firma.in d.tract.
in 2.lib.in j.par.in 7.q.dicit : ꝙ quamuis ducens meretricem in
12 vxorem non ſit culpandus: † quia hoc etiam fecit Ozias pro-
pheta.32.q.j.ca.non eſt culpandus. Imo meretur hoc faciens:
ex quo habet remiſſionem peccatorum.text.in c.inter opera.
de ſpon.tamen ad beneficium eccleſiaſticum eligi non poteſt.
c.maritum. 33 diſt. & idem expreſſius tenet ipſe Firma.in d.2.
lib.in j.par.in 25.q.& alleg.c.fi.2.diſt.& c.j.26.diſt.& c. vlt.28.
q.vlt.& c.j.ij.iij.& iiij.& d.c.maritum. & ca.laici. 33.diſt.tu pro
hoc adde : ꝙ ex quo lex loquens in electione habet locum in
præſentatione.c.fi.de elect.libr.6.iuncta gl. & ſæpe diximus in
hoc tracta. ſicut bigamus eligi non poteſt. Ita nec præſentari.
Et dic hodie hoc eſſe clariſſimum : nam vt diximus.ſ.in 7.arti.
præſentis.q. nos habemus, ꝙ laicus præſentari non poteſt. Et
ideo eſt opus, ꝙ ſaltem habeat primam tonſuram : vt ibi dixi-
mus & in omnibus præced.arti.& etiam dicemus.ĩ.in 25.art.
præſentis.q.poſt Phi.fran. in c.ſi ꝓ clericis pauperib. de præb.
lib.6.in j.col.in 2.no.& eſt tex.in ca.vnico.de bigamis. volens
quòd non poſſit deferre tonſuram &c.vt diximus.ſ.in verſic.
quinto eſt præmittendum.& tenet ẽt Specul.in tit.de clericis
coniuga.verſi.bigami.& voluit Firma.in d.25.q.1.part.2. lib.i.
gitur clericari non poteſt:ſi non poteſt clericari,ergo nec præ
ſentari, per ſ.dicta:& iſta eſt plura veritas quę non habet angu
13 lum.† Eſt bene verum,quòd cum diſpenſatione poſſet cleri-
cari & diſpenſari cum mediante diſpenſatione,poſſit bigamus
epiſcopus & cardinalis fieri:vt ſ.diximus.multo magis in infe-
rioribus beneficiis, in quibus præſentatio cadit præſentari. Et
per d.c.vnicum.de bigam.lib.vj.dicerem ſolum Papam diſpen
ſare poſſe cum bigamo,quicquid dixerit Butr.in d.c.2.de biga-
mis.in 2.col.recitando opiniones,cum ſint de foro ſeculari:&
prohibeatur eis tonſura,vt ibi : & non reperiatur poſt dictum
tex.epiſcopis talis diſpenſatio permiſſa non dicitur eis conceſ-
ſa:arg.c.nuper.de ſenten.excommu. & ita voluit Io.And. poſt
Fran.vercellen.in d.c.vnico.vt eum refert Butr. in d.c.2.quòd
per illum text.hodie: nec in minoribus ordinibus epiſcopi di-
14 ſpenſare poſſunt:& licet vt ſ.diximus in 4. euidentiali.† om-
nem irregularitatem eſſe de iure poſitiuo:tamen irregularitas
procedens à bigamia eſt inducta à iure diuino:ſecundum But.
per illum tex.in d.c.2.in 3.nota.de bigamis. quia habet ortum
à ritu apoſtolorum:vt ibi circa quod ſolꝰ Papa:& vt aliqui vo-
lunt ex ſuprema poteſtate diſpenſat.vt per doct.maximè Mo-
der.in c.per venerabilem. qui filij ſint legitimi.Et ita ego tene-
15 rem : licet hæc non ſit noſtra meſſis. ¶† Sufficit concludere
bigamum non poſſe pręſentari;ſicut nec eligi nec ordinari: ni-
16 ſi cum eo diſpenſetur per ſolum Papam. ¶ †Dicerem tamen
ꝙ ſi cum bigamo diſpenſaretur in ordine habendo non intel-
ligeretur diſpenſatum ad beneficium : & maximè curatum:ſi
hoc nõ dicatur in diſpenſatione, cum illa non extẽdatur ẽt ad
minorem caſum:vt latè ponit do.Fel.in c.poſtulaſti.in fi.x.co.
& pluribus ſeq. de reſcri. & ſic diſpenſatio ad ordines non ex-
tendetur ad beneficia : & ſi ad beneficia intelligeretur ad ſim-
plicia, & non ad curata : vt ibi per Fel.& quòd diſpenſatum in
vno ex dictis generibus beneficiorum.ſ. in curatis non exten-
datur ad ſimplicia.poſui plenè ſ.in j.part.primi lib.in 9.q. prin.
in 3.art.in quo tractauimus de beneficiis de ſacerdore in ſacer
dotem in vltimo motiuo partis affirmatiue.in verſic.& primo
adduco quinque.¶ Ad vnum tamen aduerte prædicta omnia
procedere in beneficiis ſecularibus, in quibus præſentãdi ſunt
clerici ſeculares,& bigami præſentari nõ poſſunt:cum nõ poſ-
ſint eſſe clerici , vt ſupra.ſed in beneficiis regularium eccleſia-
17 rum,† in quibus præſentandi ſunt monachi vel regulares: vt
diximus.ſ.in x.art.præſentis quæſtiõis princ.dicerem bigamos
18 ad illa beneficia præſentari poſſe:quia bigami † effecti mona-
chi ſeu regulares, gaudent nihilominus priuilegiis eccleſiaſti-
cis,non obſtante diſpoſitione.d.c.vnici.de biga.libr.vj.& ideo
ibi text.notabiliter dixit clericalem nõ monachalem,nam ſub
generali nomine clericorum , non comprehenduntur mona-
chi.2.q.v.c.3.ver.ſi quis monachatus.& tollit omnem maculã
ſeu irregularitatem:vt in aut.de monachis.in prin.& no.glo.in
c.fi.xix.q.3.&id quod diſponitur in monachis,habet ẽt locum
in irregularibus.per tex.cum ibi notatis ĩ c.ex parte. de poſtul.
ita Guliel.de mo.lau.& ibi poſt eum doc. & preſertim Gem.&
Phil.fran.in d.c.vnico.do.me.Corſe.in reper.ad Abb.in verbo,
bigamus,in ver.bigamus priuatus.qui dicit ita ſe in facto reſpõ
diſſe cuidam priori venerabilis congregationis ſancti Saluato
ris Bononie,Et quòd bigamus poſſit monachari, volũt etiam
doct.in c.fi.de bigamis.& voluit Bald. in l. cui ſub prætextu.C.
de ſacr.ſanct.eccl.& Io.And.in regu. delictum perſonę.de reg.
iur.in mercu.& Firma.in d.tract.de epiſcopo.in 2.libr. in j.part.
in xxv. q.in 2.col.9.char.operis. & ideo dicerem in talibus be-
neficiis regularibus:& eorum præben. in quibus monachi vel
regulares præſentari debent, poſſe bigamos regulares factos
præſentari per predicta:cogita quia intacta : & credo vera eſſe.
19 ¶†Sed ad vnum aduerte,ne incidamus in errorem:tũc demũ
proximè dicta procedere , vt regularis poſſit præſentari in be-
neficio vel prębenda regulari,quando eſſet tale,vel talis,quod
vel quæ daretur monacho pro ſuſtentatione : vt velut mo-
nachus inde viuat : quia ſunt ſolita dari quibuſcunque mona-
chis:ſed quando eſſet beneficium ſeu prębenda,quod vel quę
debet dari monacho clerico : quia habet onus celebrandi vel
quid aliud clericale agendi,& non poſſet ad illa præſentari mo
nachus bigamus; quia licet propter ingreſſum religionis habi-
litetur ad monachatum, & ad priuilegia clericalia: non tamen
ad ordines ; vnde tales monachi vel regulares bigami ordinari
ad ordines non poſſunt ſine apoſtolica diſpenſatione : quia e-
tiam cum bigamis intrantibus religionem vere vel interpre-
tatiue ſolus Papa diſpenſat quo ad ordines: vt per Rotam 445.
item quodam. & voluit domin. Philipp.Franc. in dicto capit.
vnico. de bigamis. qui ita limitat ſupradicta de bigamo , qui
monachus

monachus effici poteſt:vt per iura.ſ.alleg.& per Io.An. in ca.
recolentes.de ſtatu monacho. ꝙ nõ procedat quo ad ordines
ſine pontificis diſpenſatione: quod eſt valde notandum. Si er-
go non poteſt ordinari: ergo nec habere præbendam requirẽ-
tem ordinem, & meram ſpiritualitatem:nota iſta,quia pulchra
& nouiter conſiderata in hac materia. ¶Et ꝑ hmõi diſt.vt mo-
nachus bigamus poſſit præſentari in beneficiis non requiren-
tibus clericatum:ſecus in requirẽtibus: adduco quod pulchre
ponit d.Propo.in c.fi.in verſ.ceterum.†vbi dicit,ꝙ monachus
profeſſus nondum tamen clericus de beneficio etiam regula-
ri, non poterit prouideri, niſi prius fiat clericus.c. ſi monachus
ad clericatum.xv.q.j.& alleg.quæ no.Io. And.Abb.& Imol.in
ca.2.de inſt.ſed ad officia,quæ non dantur ad titulum beneficij
bene poſſunt promoueri:vt habetur in d.ca.2.de inſt.maximè,
cum ibi dicitur de præbenda, quæ etiam laicis dari poteſt.& i-
deo cellerarij in monaſterio eſſe poſſunt,vt ibi per eum. & idẽ
dico ego quando monachi eſſent præſentandi in monaſterio:
vt ibi viuãt,ꝙ etiam bigami qui monachi eſſe poſſunt:vt ſ.po-
terunt pręſentari,non autem ad beneficia regularia clericalia,
per ſ.dicta.¶Reliqua de materia bigamie vide in 26.diſt.& in
24.diſt.§.quid ergo.vſque ad fi.diſt.& 82.diſt.c.quiſquis.& 28.
q.vlt.per totum.& in iſtis locis per Arch. Gem.& d.Præpo.re-
currendum eſt etiam ad d. Alber.de.troctis.in trac.de perfecto
clerico.in 2.lib.in 7.requiſito.in 31.char.& ſeq.&d.me.Corſe.
in reperto.ad Abb.in verb.bigamus.& iſta ſufficiant.

¶Decimusquartus art.vij.q.prin.j.part.ij.Libri.

1 *Neophytus,verb.non ſonat in vitium.*
2 *Neophytus dicitur quaſi nouus in fide.*
3 *Neophyti quare ſint prohibiti promoueri ad ſacros ordines.*
4 *Magiſtrum eum effici,miſerum eſt,qui nondum norit eſſe diſcipulum.*
5 *Ad religionem receptus, vt ſtatim non promoueatur ad ordines in ea,cautela & conſilium.*
6 *Nouitius an poſſit in abbatem eligi.*
7 *Neophyti an poſſint præſentari. Quod ſi præſententur ad ordines minores, poterunt etiam præſentari.& n.9.*
8 *Neophyti non arcentur à minoribus ordinibus.*
10 *Beneficium ordinem ſequitur.*

Dubitatur 14.an neophytus poſſit pręſentari?& hic
articulus ponitur in hac quæſtione: quia
1 verbum neophytus non ſonat in †vitium:ex quo non loqui-
mur de iſtis tẽporis noſtri,qui vocantur neophyti & anteceſ-
ſores eorum ſunt baptizati trecentum annis, & ſunt hæretici.
2 de quibus dicemus.j.in 9.q.prin.in vi.art.¶Et dic †ꝙ neophy
tus dicit̃ à neo quod eſt nouum:& phytos quod eſt fides qua-
ſi nouus in fide.vt habetur.48.diſt.per totum.¶Et ratio prohi
3 bitionis † ne huiuſmodi promouentur ad ordines eccleſiaſti-
cos redditur, per Grat.in præall.diſt.§.j.ne videlicet ſecundum
apoſtolũ elatus ille,ꝙ religio eo plurimum indigeat,incidat in
ſuperbiam & ruinam diaboli;inquam dicuntur hi incidere, qn
puto,nondum diſcipuli,cupiunt effici magr̃ıcũ vt inquit Inn.
4 †miſerum ſi eum effici magiſtrum, qui nondum nouit ſe eſſe
diſcipulum:momentaneus.n.ſacerdos neſcit humilitatem: ne
ſcit perſonarum modos:neſcit ſe contemnere.nõ.n.ieiunauit:
non fleuit:non ſeipſum correxit prius:non pauperibus eroga-
5 uit:hæc ille.†& ideo cautum eſt,vt non ſtatim quo quis rece-
ptus eſt in religione, promoueatur in ea ad ordines: imo iure
cautum habetur,vt non tonſurentur aliquo modo; nec tõſu-
rari debeant,niſi priuſquam biennium in conuerſatione com-
pleuerint:vt hoc ſpacio vita moreſque eorũ comprobari poſ
ſint,ne quis ipſorum,aut non ſit ꝯtentus quod voluit aut ratũ
non habeat,quod elegit. iſte eſt text.in c.monaſteriis. 16.q.3.
licet ſm Gul.quem ſequitur Hoſt.non videatur neceſſaria ex-
pectatio illa biennij: ſed poſſint tonſurari ſtatim, quo ſunt re-
cepti ad profeſſionem legitimam: & ſic habiti tacite pro pro-
6 batis.¶Et ideo doctores ſolent quærere,† an nouitius poſſit
eligi in abbatem? & dicunt ꝙ non: ne fiat magiſter antequam
ſit diſcipulus: quia prius debet inſtrui per tres menſes, ſaltem
in regula,vt ſciat officium exercere: Vnde ſi eligitur ante tres
menſes,debet caſſari electio: quæ tãtum fieri poterit poſt tres
menſes.hæc habentur in c.officij.vbi doct. poſt gl.de elect.de-
bet tamen effici profeſſus poſt tres mẽſes antequam eligatur.
c.cum in magiſtrum.c.cum cauſam.& c.cum ad noſtram.de e-
lect. & facit quod habetur in c.j.& in c.ſicut.cum gl.48.diſt.ita
Firma.in tract.de ẽpo.in 2.li.in j.par.in 39.q.vbi etiam alleg. §.
neophytus.48.diſtin.vnde multo fortius hoc obſeruari debet
in neophyto qui non erat xp̃ianus,ſi obſeruatur.Licet in maio
ribus terminis in Chriſtiano nouitio ex eo ſolo, ꝙ ſit nouitius
in religione circa promotionem ad abbatiam.Et de iſtis etiam
neophytis eſt tex.de eis loquens in c. neophyti.de conſe.di.v.
¶Sed de hoc, an nouitius poſſit eligi in abbatem:& an requi-
rantur tres menſes vel annus,vt videntur velle Hoſt.& aliqui
vide plenè per d.Prepo.in c.fi.28.diſtinc.vbi pulchre loquitur
7 in materia. ¶ † Veniendo igitur ad caſum articuli noſtri eſſet
videndum,an neophyti in totum repellantur à clericatu? & di
cendum eſt etiam in apoſtolis fuiſſe ſeruatum, vt non promo-
uerentur apoſtoli neophyti, niſi bene in fide conuerſi: vt latè
hoc proſequitur Propoſ.in d.48.diſtin. in ſumma.ad quem eſt
recurrendum:vbi tamẽ dicit,ꝙ ſi neophyti eſſent ſancte & ap-
probate vite: vt fuerunt inter apoſtolos, non debet expecta-
ri terminus biennij, anni, nec trimeſtris:vnde cum reperirẽtur
tales neophyti, non prohiberentur clericali, vt ibi licet eſſent
8 rara auis in terris.¶† Adde etiam ꝙ neophyti non prohiben-
tur ab ordinibus minoribus.c.quicunque. 78.diſt.bene tamen
prohibentur promoueri ad ſacros,& epiſopatum ordines: vt
in d.48.diſtin. per totum.ita Hug.& Arch.& poſt eos Gem.&
Propo.in ca.quoniam.eadem diſt.¶Sed hoc intellige vt ſ. niſi
ille neophytus eſſet ſanctæ & approbatæ vite:quia promoue-
ri poſſet etiam ad ſacros, & ẽpatum ordines: vt factum fuit de
apoſtolis. vt per Propo.in d.ſumma diſtin.ſed quis erit hic &
9 laudabimus eum. ¶† Conclude ergo neophytos non poſ-
ſe promoueri, niſi ſint ordinati,ſi ergo ordinantur ad primam
tonſuram,& minores ordines poterunt ad beneficia requiren
tia tales ordines præſentari.Si vero ob eorum ſanctitatem pro
mouerentur ad ſacros ordines , ſimiliter poterunt præſentari
ad beneficia,quorum ordinati ad dictos ordines ſunt capaces,
10 cum † beneficium ſequatur ordinem: per ea que dicemus. j.
in hac.q.in v.art.cum pluribus ſeq dum tractabimus de bene-
ficiis requirentibus aliquem ordinem an ad illa præſentari poſ
ſit aliquis clericus non illius ordinis: & hæc ſufficiant quo ad
neophytos & nouitios.

¶Decimusquintus art.vij.q.prin.j.part.ij.Libri.

1 *Beneficiatus vnius beneficij an poſſit ad aliud in ea eccleſia , vel in ea præſentari.& n.8.15.18.*
2 *Beneficia plura quis in eadem eccleſia de iure habere non poteſt,etiam cum diſpenſatione epiſcopi,& n 7.*
3 *Canonicatus reſidentiam non requirit per totam Italiam.*
4 *Beneficia plura non curata quis poteſt habere.*
5 *Conſuetudo valet,quòd quis habere poſſit plura beneficia non modo ſimplicia ,ſed etiam curata.& n.6.21.*
9 *Beneficiatus vnius beneficij etiam curati poteſt præſentari ad aliud,etiam ſi ſit curatum,vel dignitas.*
10 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt , vt beneficiatus habeat aliud beneficium patronatum,ſi illud repugnat inſtitutioni factæ à patrono,ex quo naſcuntur due illationes.n.11.12.13.*
14 *Fundator qua lege prohibere poſſit beneficiatum præſentari ad beneficium fundatum per ipſum patronum.*
16 *Beneficio patronato an renuntiari poſſit ſine patroni conſenſu.*
17 *Beneficia plura vt quis habeat,an quando,& per quem poſſit diſpenſari.& num.19.*
20 *Beneficia in Apulia & terra laboris ſunt tenuiſſima.*

1 Succeſſiue xv.loco dubitatur, † ſi aliquis eſt clericus
& habet vnum beneficium in eccleſia , an
poſſit ad aliud in illa vel alia eccleſia exiſtens præſentari ? hunc
articulum videtur firmare d.Abb.in conſil.96. Ieſus Chriſtus
adſit.in 2.dub.in 2.vol.Et dicit primo videri dicendum, ꝙ non
poſſit præſentari:per c.literas.de conceſ.præben.& cle. fi.e.tit.
vbi patet per aſſecutionem ſecunde præbende in eadem eccle
ſia vacare ipſo iure primam: & ideo dicit,ꝙ cum illa beneficia,
de quibus ibi,ſint in eadem eccleſia,aut debet impediri præſen
tatio ad ſecundum , aut per aſſecutionem ſecundi vacabit pri-
mum ipſo facto.¶Secundo adducit,ex quo ẽps videt,ꝙ iſte p̃-
ſentatus non valet deſeruire in ſecundo beneficio , cum ſit a-
ſtrictus primo,non debet illum inſtituere in ſecundo:arg.c.qa
2 nonnulli.& c.relatum.de cle. non reſid.¶† Tertio mouetur
non poteſt quis de iure habere plura beneficia pręſertim in ea
dem eccleſia,70.diſt.c.ſanctorum.& c.quia intantum.de præb.
c.conquerente.de cle.non reſi.vix enim poteſt quis adimple-
re vnum officium.non.n. debet ſibi vendicare ſtipendia pluri-
morum.c.ad ea.& c.cum non ignores.de præb.cum ſi.¶Poſt-
modum dicit contrariam partem arbitrari veriorem,cum in il
lo facto ſibi præſupponatur canonicatum illius eccleſiæ non
3 exigere reſidentiam:† ſicut hodie communis conſuetudo eſt
per totam Italiam,vt ipſe refert,quam conſuetudinem dicit ẽt
eſſe à iure approbatam:per tex.&gl.in c.cum omnes.de conſt.
&ibi ſequi

& ibi ſequuntur doc.& gl.in c.dudum.el 2. de elec.in fi.& per
Inn.per c.cũ iamdudũ.de præb. & gl.in cle.gratia.de reſcri.& c.
4 gratia.eo.tit.lib.6.¶†De iure aũt cõi dicit poſſe quem habere
plura beneficia,ſine cura:ex quo ambo reſidentiam non requi
runt.d.c.gratia.& d.cle.gratiæ.ꝑ Inn.in d.c.cũ iamdudum p̃ſer-
tim in iſto caſu in quo vnum beneficium per ſe non ſufficit ad
commodam ſuſtentationem canonici: ideo poteſt ſalua con-
ſcientia recipere ſecundum:not.gl.d.c.dudum.in fi. Inn.in d.c.
5 cum iamdudum.†& hodie habet generalis conſuetudo, vt ẽt
in eadem eccleſia quis poſſit habere nedum duo ſimplicia be-
neficia:ſed dignitatem & canonicatum:quæ quidem conſuetu
do valet:text.& glo.in ver.niſi vnicum.de conſue.lib.6. facit c.
eam te.de reſcri.nil ergo repugnat (ſecundum eum) quin illa.
do.Ant.de quo in d.conſil.conſequatur altare,vt ibi.¶Et dicit
non obſtare eum eſſe canonicum,ex quo ad reſidentiam rõe
canonicatus ñ teneretur: Secus,ſi teneretur reſidere rõe cano-
6 nicatus,& deſeruire dicto altari:quia tunc†licet illa ſint bene-
ficia ſine cura:non tñ poſſet ea ſimul tenere:ex quo exigunt re-
ſidentiam.no.in c.ſi.de cle.non reſi.gl.in d.cle.gratiæ.poſſet ta-
men hoc caſu ep̃s diſpenſare:vt not.ꝑ Fede.in conſ.115.ſed in
illo caſu conſilij Abb.non requiritur diſpenſatio:tum per con-
ſuetudinem generalem : tum etiam quia canonicatus non re-
7 quirit reſidentiam.¶†Reſpondet demum ad contraria:& pri-
mo ad c.literas.& cle.ſi.ꝙ loquantur in duabus præbendis eiuſ
dem eccleſiæ,quas quis habere non poteſt ẽt ex diſpenſatione
ep̃i:nec valet conſuetudo in ꝯrium.d.c.literas.vbi Io.An. pro-
ſequitur huius dicti rõem:ſecus in aliis:vt ibi not.præſertim cũ
beneficia ſunt difformia,vt in caſu noſtro. ¶Ad alia vero iura
reſpondet ꝙ loquantur in beneficiis requirentib.reſidentiam:
vt in eis patet.& ita reſidet ibi do. Abb.in iſto dub.¶Tu aduer-
te ꝙ dubium ꝑ Abb.in d.conſ.deciſum eſt reſtrictum ad caſum
8 ſuum:art.vero noſter eſt generalis,ſc.† an beneficiatus vnius
vel plurium beneficiorum,poſſit præſentari ad aliud in eadem
vel alia eccleſia exiſtens: & ſic quæritur de omnibus beneficiis
curatis & non curatis,dignitatibus ſimplicibus,& ſimilib. ¶Et
circa curata reperi d.Roc.in hoc trac.in ver.honorificum.in 4.
9 q prin.in 3.col.in ver.circa aliud.† & concludit beneficiatum
vnius beneficij ẽt curati poſſe ad aliud præſentari:licet ſit cura-
tum vel dignitas.q̃ concluſio.dicit ꝓbari per tex.in c.de multa.
de præb.vbi dicitur, ꝙ habens vnum beneficium curatum vel
dignitatem,poteſt aliud vel aliam obtinere:ſed vacat primum
vel prima.& adducit Car.in terminis ita decidentem poſt Lau.
in cle.& ſi ab apoſtolice.in 15.q.de off.ord.& ita reſidet. Gay.
vero in repe.c.ſi.de elect.lib.6.ante ſi.47.col.remittit ſe de hac
q.ad Im.in cle.2.ad ſi.de off.ord. ¶Pau.vero de cit.in hoc trac.
in 6.part.in 3.art.in 56.q. dicit ad alium tamen effectum,quaſi
idem cum do.Roc.vt eum retuli s̃.in 6.q.prin.huius part. ante
ſi.16.art.& demum ipſe Pau.ſe remittit ad Abb.in d.c.de mul-
10 ta.de præb. ¶†Tu ẽt aduerte, ꝙ Gaſp.Cald.in c.cum acceſſiſ-
ſent.de conſti.dicit ep̃m non poſſe diſpenſare,ꝙ habens vnum
beneficium habeat aliud beneficium patronatum,ſi illud repu
gnat inſtitutioni facte à patrono.quod ſequuntur ibi docto.&
maxime Barb.& idem Barb.conſi.23.ſcripſit ꝓphera.in 8.col.
& do.me.Corſ.in ſuis ſing.in ver.patronus.in ver.5.adduco.&
in ſuo repert.ad Abb.in ver.patronus.in xj.col.in ver.ſine con-
11 ſenſu.¶Et ſic ex hoc†poſſint fieri duæ illationes:vna ꝙ bene-
ficiatus vnius beneficij non poteſt ad aliud præſentari ſine diſ-
12 penſatione ep̃i. ¶Aliud † ꝙ ep̃s non poteſt diſpenſare,quan-
do hoc eſſet ꝯ inſtitutionem fundatoris ꝙ vnus beneficiatus
ad aliud beneficium præſentaretur. ¶Sed melius illud dictum
intelligi poteſt, ꝙ ideo ep̃s non poteſt diſpenſare:quia funda-
tor legem appoſuit,ꝯ quam ep̃s diſpenſare non poteſt.c.requi
ſiſti.& c.relatum.de teſta.& l.nemo poteſt.ff.de leg.j.¶Tamen
veritas illius dicti eſt,ꝙ ep̃s ad hoc vt teneat præſentatio de be-
13 neficiato † ad aliud beneficium,requiritur diſpenſatio.& hoc
poteſt intelligi in ij.vel iij.ſimplicibus beneficiis:vt in dictis per
Abb.s̃.in præall.conſ.in ſi.ij.dub.& per eundem in c.de multa.
in 5.col.de præb.ſed ſtante lege fundatoris,etiam ep̃s diſpenſa
re non poſſet in præiudicium patroni & fundatoris:ꝑ dicta per
Cal.in s̃.all.c.cum acceſſiſſent.de conſtitu.& dicemus late j.in
præſenti q.in 3.art. dum tractabimus an lege à fundatore data
ꝙ præſentãdus ſit talis ordinis ſacri,poſſit illa immutari ſaltem
ꝓ vna vice,ꝙ præſentetur conſtitutus in minori ordine per pa
14 tronum ꝓ vna vice.¶†Sed vellem ſcire, quæ poſſit eſſe lex ꝑ
fundatorem appoſita,per quam ꝓhiberetur beneficiatum pręſentari ad beneficium fundatum per ipſum patronum? Et reſ-
pondetur poſſe eſſe: quia fundator hoc expreſſe appoſuit pro
conditione in limine fundationis,quod aliàs beneficiatus non
præſentaretur:& iſta lex eſt ſeruanda, & apponi potuit:& quia
eſt ſecundum iura,dicerem eam apponi poſſe,etiam ſine con-
ſenſu ep̃i.de quo in gl.in c.cum dilectus.de conſue. per late di-
cta s̃.in d.j.part.j.lib.in 9.q.prin.in j.art.in prin.& in j.concluſio.
¶Vel poſſumus dicere,ꝙ intelligatur à fundatore conditio il-
la appoſita,ſi conditionem appoſuit, ꝙ præſentaretur aliquis,
qui haberet ibi reſidere , vel quid ſimile facere : ex quo poſſit
comprehẽdi illum non poſſe aliud beneficium habere:vt in c.
conquerente & per tot.de cler.non reſi.nam hoc caſu videtur
conditio appoſita,ꝙ beneficiatus in illo beneficio ad aliud be-
neficium præſentari non poſſit. quæ conditio eſt ſeruanda: vt
in gl.d.c.cum dilectus.de conſue.& diximus late s̃.in d.1.art.9.
q.prin.1.part.1.lib.& ita intellige dictũ Cal.de quo s̃.licet non
15 reperies illud ita declaratum. ¶†Vltra prædicta aduerte : quia
ſi loquimur de beneficiato vnius beneficij patronati,an poſſit
præſentari ad aliud beneficium patronatũ,iſto caſu eſſet viden
dum,an beneficiatus poſſit tacite vel expreſſe renũtiare bene-
ficio,in quo fuit præſentatus & inſtitutus abſque expreſſo cõ-
ſenſu patronorum vere & expreſſe renuntiando : vt in tot.tit.
de renun.& præſertim in c.admonet. & in c.quod in dubiis.e.
tit.tacite vero per tranſitum ad aliud beneficium incompatibi-
le:vt in c.de multa.de præb.& in c.cum in cunctis.de elec. cum
ſi.Et hunc art.tangit Abb.in d.c.de multa.in 4.col.in verſ.addi-
tur & alius,& in dictis iurib.c.admonet.& c.quod in dubiis.de
renun.& diximus aliquid s̃.in prox.præced.6.q.prin. in 17.art.
& latius dicetur j.deo duce.in 3.lib.in 2.q.prin.in 9.art.vbi tra-
16 ctabimus†an per beneficiatum poſſit renuntiari beneficio pa
tronato ſine patroni voluntate?& ob hanc cauſam,& ſic ea in-
ſpecta beneficiatus in illo beneficio patronato non poſſet ad
aliud præſentari ſine licentia primi patroni : vt in s̃.alleg.locis.
Aduerte ẽt, ꝙ ſi nos loquimur quo ad actum præſentationis,
eſt dicendum beneficiatum etiam beneficij curati dignitatis e-
tiam incompatibilis,poſſe præſentari:ſed vacabit primum ade
pta poſſeſſione ſecundi vel non:iuxta diſpoſitionem extrauag.
execrabilis Ioan.22.vt late diximus s̃.in 6.q.prin.prox.præced.
in 15.16.17.& 18.art.& in hoc caſu videtur loqui dom.Roc.
Gay.& Pau.de cit.in locis præall.¶Quid autem in pluribus di-
gnitatib.in plurib. perſonatib. in plurib.ſimplicib.in pluſquam
duobus,in requirentib. & non requirentibus reſidentiam?iſta
diſcurrere eſſet in longum protrahere hunc libellum , & non
eſt materia noſtra. ſed eſt habendus recurſus ad Abb. in d.c.de
multa.& ad alios doc.ibi & maxime Im ad Car.Im.& omnes in
cle.2.de off.ord.ad c.literas.de conc.præb.ad tex.& doct.in c.ſi
tibi conceſſo.& in c.eum qui.& in c.cum in ſingula.de præb.li.
6.& ad cle.vnic.de off.vic.& ad Firm.in d.tract.de ep̃o.in 2.lib.
in 1.part.in 21.q.per ij.col.& ibid.in 67.q.& in 4.libr.in 2.part.
17 in 49.q̃õ.¶†Et circa reſidentiam eſt recurrendum ad c.extir-
pande.§.quia vero.de præb.& quando poſſit diſpenſari ꝙ quis
habeat plura beneficia per papam vel ep̃m,plene per Abb.in d.
c.de multa.in 5.& in prin.6.col.vbi ẽt an circa pluralitatem be
neficiorum quis ſit tutus in foro conſcientiæ?& ibid.in pen.&
ſi.col. quæ dicantur beneficia curata:quæ dignitates,quæ per-
ſonatus,quæ ſimplicia,& hmõi?vbi ẽt plene per Imo.plura ta-
men pulchra ad prædicta facientia diximus s̃.in proxi.præced.
18 6.q.prin.in 15.16.17.& 18.art.¶†Vnde ꝓ concluſione eſt di
cendum,beneficiatum ad vnum beneficium patronatum poſ-
ſe ad aliud præſentari,niſi lex fundatoris aliud diſpoſuerit,& ni
ſi primi patroni nollent beneficiatum ad ſecundum præſenta-
ri,vt vacet primum, ſi ſunt incompatibilia:ſi vero non ſunt in-
compatibilia,poterit præſentari ad plura beneficia ſimplicia in
eadem vel pluribus eccleſiis , niſi in eadem eccleſia eſſent duo
canonicatus:quia quis vtrũque habere non poteſt:& hoc ẽt ſi
19 vnum eſſet curatum † aut dignitas:& plura ſimplicia:quia ex
generali conſuetudine hodie pp tenuitatem beneficiorum ad
mittitur pluralitas in prædictis,& non requiritur reſidentia: &
20 præſertim in terra Laboris & Apulia,vbi †ſunt tenuiſſima be-
neficia.vt dicit Dom.in c.quamuis.in 2.col.de præb.lib.6.& e-
go cum ſim Apulus ſum teſtis:nam ſum inſtitutus in 37.bene-
ficia quorum maxima pars eſt patronatorum laicorum,& cle-
ricorum, & eorum fructus non aſcendunt ad ſummam ducat.
21 130.de camera.Et ꝙ quis † poſſit habere plures canonicatus
ratione dictæ conſuetudinis in diuerſis eccleſiis, ponit Abb.in
præalleg.conſil.96.Ieſus Chriſtus nobis adſit.in 2.volu. vbi fi-
dem facit de prædicta conſuetudine.

¶Decimusſextus art.7.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Epiſcopus an poſſit ad beneficium patronatum præſentari.*
2 *Beneficia priora vacãt ꝑ promotionem ad ep̃atum.Secus ad cardinalatum.*
3 *Hoſpes turpius eiicitur,quam non admittitur.*
4 *Cardinalis præſentari poteſt ad beneficium patronatum.*
5 *Clerici appellatione,an veniant epiſcopi.*

Et ſecundum Supraſcriptam concluſio.poteſt de-
1 cidi xvj.arti.videlicet,†an epiſcopus
vel habentes maiorem qualitatem,pſentari poſſit ad bñficium
patronatum?¶Et licet poſſet dici, ꝙ ex quo in eccleſiis patro-
natis ſunt præſentandi clerici:vt diximus late ſ.in primo &plu
ribus ſeq.art.& ſimus in fauorabilib⁹:vt in c. cũ dilecti.de don.
quia in beneficialibus in quibus largiſſima eſt faciẽda interpre
tatio:vt ibi, & appellatione clericorum veniunt epi in fauora-
bilibus:vt in c.quam periculoſum,de ſent.exc.lib.6.& ibi doct.
& per tex.& doct,in c.ſtatutum.de elect.eo.libr.& per ea quæ
dicuntur per doc.& maxime Imo.& Moder.in rubr.de vita &
hone.cler.& probatur etiam in c.per exceptionem.de priuile.
lib.6.& in c.cum tibi.de verb.ſig.& per tex.cum gl.in c.cũ non
liceat.de præb.eo.lib.ſecus in materia odioſa,& ſtricta: vt ibi p
2 eos.& per do.Abb.plene in c.bonæ.el j.de poſtul.præl.¶†Tñ
ↄrium decidit ex ſ. ſcriptis:quia ſi per promotionem ad epatũ
pp incõpatibilitatẽ vacant priora beneficia ẽt ſimplicia,&non
poteſt illa retinere ſine diſpẽſatione papæ:vt late diximus.ſ.in
proxima præced.6.q.prin.in xv.art.cum tractauimus,an p pro-
motionẽ ad epatum vacent priora beneficia,multo magis non
3 poterit præſentari poſt adeptum epiſcopatum:†quia turpius
eiicitur q̃ cum non admittitur hoſpes.c.quemadmodum.de iu
reiur.vt patet ẽt ex dictis in pxi.præce.art.¶Et ex iſta ratione
dico, ꝙ ex quo p promotionem ad cardinalatum non vacant
beneficia: vt diximus.ſ.in d.xv.art.præce.q.poſt Firma,in trac.
4 de epiſcopo.in 2.lib.in j.par.in ſi.21.q.†eodem modo poterit
cardinalis præſentari ad beneficia patronata:quia ex cardinala
5 tu incompatibilitas non oritur:vt ſ.eſt dictum.¶†Et de illo ſ.
alleg.inciden.an appellatione clericorum veniant epi, & quid
in fauorabilibus,& quid in odioſis.vide Alb.de troctis.in trac.
de pfecto clerico.in j.lib.in 4.dub.¶Et quod diximus in epiſco
po,dicendum eſt etiam de aliis archiepiſcopis,primatibus, pa-
triarchis,& huiuſmodi:vt per Firma.in d.trac.in 2.lib.in 1. par.
21.q.per totum.& maxime in ſi.

## ¶Decimusſeptimus art.7.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Præſentari an poſſint duo ad vnum beneficium patronatũ.& n.2.9.& 21.*
3 *Beneficij tam minoris,quam maioris eſt prohibita diuiſio.*
4 *Beneficiorum quædam ſunt maiora,quædam media,quædam minora.*
5 *Beneficij diuiſio,vt fieri poſſit,quatuor requiruntur.& n.20.*
6 *Collegij totum corpus,repreſentare perſonam vnius.*
7 *Papa duos conſtituere poteſt in vno epiſcopatu.*
8 *Penſio non datur in titulum.*
10 *Præbenda vna duobus conferri non poteſt, vt illa vtantur annis alternis.*
11 *Beneficium duobus inſolidum conferri non poteſt,etiam ſub conditione.& nu.14.16.19.*
12 *Mulier duos maritos habere nequit eodem tempore.& n.18.*
13 *Argumentum procedit de matrimonio carnali ad ſpirituale.*
15 *Ius ſpirituale diuiſionem non admittit.*
17 *Eccleſia vna non debet habere plures prælatos.*
22 *Ad beneficium vnum hodie duo fere præſentantur & inſtituuntur.*

1 Econtra †an patroni poſſint prçſentare duos ad vnum
beneficium, & ſic an duo præſentari poterunt
ad vnam eccleſiam.gl.in verbo,clericos, quæ incipit, arg.ꝙ in
c.ſi quis epiſcoporum.16.q.5.colligit ex illo tex.patronũ poſ-
ſe plures ad eandem eccleſiam præſentare.alleg. c. principalis.
lxiij.diſt.Hugo.vt refert Arch.ſuper d.gl.non tenet cum ea, re
mittendo ſe ad ea,quæ dixerũt in d.c.principalis.vbi reuera lo-
quuntur non de materia articuli noſtri,ſed de materia.c.poſtu
laſti.hoc tit.quæ eſt,an patroni in eccleſia parrochiali vltra pñ
rationem rectoris habeãt ẽt pſentare clericum?de qua nos late
diximus.ſ.in prox.v.q.prin.in 7.art. & reuera ſic loquitur glo.
p tex.quem alle.ſ.c.principalis.63.diſt. vbi patronus pſentabat
ſacerdotẽ,diaconum,& ſubdiaconũ, ordinandos in illa eccle-
ſia.& ſic illum tex.intelligit de aliis clericis in eccleſia pñtãdis,
vel iuxta ea,quæ dicuntur in d.c.poſtulaſti.& nos diximus.ſ.in
d.7.art.Aut quia patronus illos pſentauerit, tanquam pbenda-
tos illius eccleſiæ:iuxta ea,quæ diximus in d.v.qõ.princ.huius
partis.in 3.art.&ſic gl.illa nullo modo loquitur ſecundum titu
2 lum artic.noſtri,qui eſt,an†vacante eccleſia vel beneficio po-
terunt ad illam ſeu illud duo pſentari per patronos ſingulari-
ter,& in titulum:& dicendum eſt ꝙ non:quia fieret diuiſio ec-
3 cleſiæ ſeu beneficij, †quia cũ huiuſmodi diuiſio ſit phibita in
maioribus beneficiis:multo magis eſt phibita in minorib. per
Turonen.cõcilium de quo in c.maiorib.de præb.qui tex.bene
intuenti licet loquatur de præbenda non diuidenda:nihilomi
nus regula eius eſt generalis in quibuſcũque beneficiis: vt vo-
lunt ibi omnes doct.& præſertim Io.And.quem ibi ſequuntur
4 Car.Abb.& Imo.†dum dicit poſſe dici quædam eſſe beneficia
maiora vt epiſcopatus:media vt abbatia & pſonatus: minora
vt præbenda & ſimplicia beneficia.& hoc idem vult tex. & ibi
omnes in c.tue.eo.tit.de præb.& in c.cum dilectus.c.dilecto.&
in c.vacante.e.ti.& licet tex.in d.c.vacante. videatur velle oppo-
ſitum,cum permittatur ibi ꝙ ex vna præbenda fiant due:nihil-
ominus non erant duo in vna præbenda:ſed erunt duo in dua-
bus præbendis ex vna cõfectis:vt volunt doct.& omnes ibi ita
ſoluentes prædicta iura, quæ videntur adinuicem contrariari,
5 †quæ reuera non ↄriantur,& vt fiat iſta diuiſio quatuor requi
rũtur,de quibus ibi p dictos doct.& eodem modo dicunt doc.
ibi,ſi vacante vno canonicatu duo eliguntur,duo erunt cano-
nici:& non duo habebunt vnum canonicatum,quia videntur
vnum de nouo creare, cum ſpiritualitas ipſa diuidi non poſſit.
6 ¶Hinc Ab.in d.c.tue.in 2.notab.colligit vnam eccleſiam†nõ
poſſe conferri duobus:quod intelligit quãdo eſſent ibi vt ſin-
guli:ſecus,ſi vt collegium: quia tunc non contingeret aliqua
ſectio:ſed ipſum corpus collegij repreſentaret pſonam vnius.
arg.l.mortuo.ff.de fideiuſ.¶Et ſubdit ib. Ab.in ſi.ſuper gl.ſi.il-
lam gl.non aperire qs poſſit in hoc diſpenſare. ſed do.Ant.di-
cere ſolum papam poſſe diſpenſare:licet nihil alleget. ipſe ve-
ro Ab.adducit pro hoc bonum tex.in d.c.dilecto.de præb. vbi
expreſſe innuitur ẽt legatum non poſſe in hoc diſpenſare cum
ſit ↄ concilium Turonenſe,de quo in d.c.maiorib.ſed ↄ conci
lium nullus citra papam regulariter diſpenſat: vt notatur in c.
7 dilectus filius.de præb. †ergo ſolus papa diſpenſare poteſt, &
ſubdit hoc papam facere poſſe: quia in vno epiſcopatu poteſt
conſtituere duos:vt in c.non autem.7.q.1.fortius in vna præ-
benda vel ſimplici bñficio.&credit illum tex.ibi dicere hoc de
rigore iuris,ideſt,ſecundum ordinem iuris. nã quandoque ca-
pitur rigor pro ordine:& tunc rigor eſt idem,quod vigor.&ita
capitur in c.ſup literis.de reſcrip.tenet ẽt prçdicta Io.de imo.in
d.c.vacante.in 3.col.in ver.in ead.gl.in ſi.ſed certe vbi dicit illũ
tex.loqui,qñ de vna præbenda fuerunt conſtitutç duç:& ideo
toleratur quod ibi dicitur:ſed qñ non præcedente dicta conſti
tutione duo eliguntur ad vnum beneficium,videtur illud eſſe
ↄ ius:& ſic epiſcopum non poſſe hoc tolerare de iure,nec con
ſequenter ſup hoc diſpenſare,ſed ſolũ papam.& hoc ẽt tenuiſ
ſe do.Ant,in d.c.tuæ.ſuper gl.ſi. & ex his colligitur nec haben-
tem cõferre, nec habentes eligere poſſe vnum beneficiũ duo
bus conferre,nec ad vnum duos eligere,vt ambo confirmen-
8 tur.¶Quibus adde†nam penſio non datur in titulum, vt per
omnes,& maxime.d,Fel.in c.ad audientiam.el 2.de reſcr.& tã-
dem ſi conſtituitur alicui per habentem conſtituere, non põt
conſtitui p penſione tertia vel quarta pars beneficij: & ſic per
tñ tenet ꝙ ſic.& ad motiuũ reſpondet vt Goff.poſtea opponit
ꝙ videtur ſuſpectus pr̃.c.graue.de p̃b.& c.j.vt bñfi.eccl.ſine di.
ꝯfer.§.pen.& c.tuã.de æta.& qual.in fi.& c.cũ clerici.de cenſi
bus.tñ tenet ꝯñũ,& dr̃ ꝙ q̃uis nõ d̃beat ius pa.acqrere ſub hac
ſpe. p tex.in c.qa clerici.& c.cõſuluit.ibi,ꝓpria autoritate.hoc
ti.tñ põt repræſentare licet nõ inſtituere autoritate propria.&
hæc eſt rñſio ad dicta iura s̃.in ꝯriũ adducta.& alleg.ẽt Hoſt.in
d.l.illud.ꝙ vox pr̃is,ſit vox filij,& dr̃ eẽ rõnẽ:qa ex arbitrio epi
pẽdet vtrũ ipſum admittat.¶Subdit ẽt,ꝙ potius pr̃ tenet̃ pñta
re filiũ pauperẽ,& idoneũ,q̃ aliũ:arg.de cohabitione cleric.&
mulie.c.j.& de cẽſi.cũ apoſtolus.§.inhibemus.¶Hoc idẽ tenet
Io.An.in d.c.qa clerici.in apoſtil.& ſup gl.poſt Hoſt.& Vin. &
in c.cõſuluit,& in c.p veſtras.hoc ti.& do.Car.in d.c qa clerici.
i j.q.poſt gl.3.licet In.tenuerit ibi ꝯñũ:vt ibi ait Car.tñ Vin.Phi.
Goff. & Hoſt. tenẽt patrẽ poſſe p̃ſentare filiũ. & hæc vr̃ cõior
opi.& reſpõdet d.Car.ad d.c.qa clerici.vt s̃.fecit Hoſt.ſc.qa ibi
ius pat.fuerat illicite acquiſitũ,& autoritate ꝓpria pr̃ dabat ec
cleſiã filio.& idẽ Car.in d.c.ꝯſuluit.reſpõdet ad illũ tex.vt s̃.&
refert opp.& ſol.q̃ facit Goff.¶Dat ẽt ſol.ad id,qd̃ dictũ fuit s̃.
in 3.motiuo partis negatiue:qa illud habet locũ in acqſitis iure
priuato,& nõ publico.ff.de autorita.tutorũ.l.j.§.ſed ſi.in eccle
ſiaſticis aũt filiusfam.cenſetur maior.c.vltimo.de iud. & c. qui
generaliter.de ꝓcur.lib.6.in 2.reſp. & idẽ tenet.ibi.Inn.ſibi ꝯ-
rius.& voluit Spe.hoc tit.ad fin.¶Et hoc ꝓcedit,dũmõ ſit ido
neus filius,vel nepos,vt p eos vbi s̃.¶Idẽ ẽt tenuit do.Ant.in
d.c.qa clerici.q dr̃ ita de ꝯſuetudine obſeruari.& ibid.Abb.h.d.
ſuper gl.hanc eſſe cõem opi.& idẽ do.Ant.in d.c.ꝯſuluit.& idẽ
Ab.ibi.& in conſ.96.Ieſus Chriſtus adſit.in 1.dub.in 2.vol. &
idẽ Ab.in c.fi.de inſti.& in c.ex ore.de his,q̃ fiunt à maiori part.
14 c.vbi ẽt dicit hanc eſſe cõem opi.¶† Et iõ Ab.in d.cõſ.96.&
in d.c.qa clerici,dixit licite poſſe epm cõferre beneficia filio le
gitimo vel nepoti,dummodo ſit idone⁹, qa charitas in primis
exercenda eſt erga domeſticos.c.nõ ſatis.86.diſt.c.oĩno.3 1.di
ſtin.& eſt tex.expreſſus in c. dilecto.de præb.vbi Car.de quo i-
bi,cõtulit canonicatũ nepoti ſuo,quod ẽt dicit Ab.in c.vt ſup.
de reb.eccl.non al.vbi tenet res eccleſiæ poſſe alienari p prælа
tum ita in ꝯſanguineũ,ſicut in extraneũ,in caſib.in quib.aliena
tio rerum eccleſiæ permittitur.¶Facit ẽt,quia clericus de redi
15 tibus ſuorum beneficiorum † poteſt licite alere coniunctos.
pauperes.gl.in c.omnino.3 1.diſt. Abb.& doct.in c.j.de cohabi-
ta.cler.& mulierum,qui fortius in fi.dixit prælatum vel clericũ
de reditibus beneficiorum poſſe alere etiam filios ſpurios, &
dotare filiam vel ſororem pauperes.ita Butr & Abb.in c.perue
nit.de arbit.¶Sequitur s̃.ſcriptam concluſionem ẽt Gaye.in re
pe.c.fi. de elect.lib.6 poſt prin. 50.col.dũmodo pater non mo-
ueatur amore carnalitatis.¶Iſtam etiam queſtionẽ ponit Pau.
de cita.in hoc tractat.in 6.part.in 3.ca.vbi late exorditur de iſta
quæſtione.& refert aliqua de prædictis: & remittit ſe ad Abb.
in d. c. conſuluit. & apoſtillat illam Corſe. & ſic domini mei q̃
credo potius eſſe bellencini.¶Hanc quæſtionem etiã late pro
ſequitur do.Roc.in hoc tract.in verbo,honorificũ.in 4.q.prin
ci.in pen.col.q̃ eſt prima octaue char.operis.in ver.circa aliud,
qui plura de prædictis allegãdo dicit pro hoc facere rationem
16 ad fundamentum:videlicet illud cenſetur † permiſſum, quod
non reperitur prohibitum in materia permiſſiua:prout eſt iſta
l.necnon.§.quod eis.ff.ex quibus cauſis maio.c.inter corpora-
lia.circ.med.vbi gl.de tranſla.epiſc.& per gl.in c.ex literis. hoc
ti.Cum ergo non reperiatur prohibitum patrem poſſe preſen
tare filium,ergo poterit illũ præſentare : & licet ipſe dicat hoc
eſſe ſuum fundamentum:tamẽ reuera fuit gl.in d.c.conſuluit.
17 vt s̃.retulimus.& iſta eſt communis veritas. ¶† Ad argumen-
ta s̃.formata iam doctores præallegati reſpondent,vt s̃.patuit,
& etiam Abb.in d.conſi.xcvj. ¶Ad vltimum vero de affectio-
ne patris,reſpondetur ex iſta limitatione.nam concluſio pro-
cedit,quando filius eſt idoneus:ſi vero pater non conſideraret
idoneitatem, ſed moueretur ex carnalitate , & ex eius effectu,
ſecus eſt dicendum:vt per Hoſt.in ſumma vbi s̃.& Card.in d.c.
conſuluit.& ibidem Abb.& Gaye.in d.repe.c.fi.col.50. & ideo
tex.in d.c.quia clerici.vult patrem acquirentem ius pat. vt præ
18 ſentet filium,debere illo priuari , vt ibi per eum. ¶† Quando
autem præſumatur facta præſentatio ex defectu carnali,ponit
abb.poſt Ioan.de ligna.& alios in c.j.de cler. non reſiden. ¶Et
ita tene, & ſepius pater meus in eccleſiis de iure patron. ipſius
me præſentauit, & fui admiſſus.

¶Decimustertius art.8.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Compromiſſarius an & quando poſſit patrem patroni præſentare. Et an & quando pater compromiſſarius poſſit filium præſentare, vel eligere. Et nu mero 2. & 3.*

Reſtat In materia.13.art.de quo quærit Card.in c.cõſul-
1 uit.in 2.q.hoc ti.videlicet,quid ſi † is ad quem ſpe-
ctat præſentatio vel electio, compromittit in patrem patroni,
forte legitimi facti clerici:puta etiam quia filius eſt extra prãtẽ
ius pat.habebat.¶Et circa electionem dicit ipſe Car.Hoſt.in c.
quia propter dicere ꝙ ſic:ꝙ tale compromiſſum non eſt:& q di
cit ꝯriũ,det ius expreſſum. ff.de proba.l. ab ea parte. ſed ſi de
fraude vel ambitione conſtat,non valet electio.& idem vr̃ di-
cendum in dubio,licet dicat ſibi videri papam fore ꝯſulẽdum.
¶Et pro hoc,ꝙ electio ceſſante fraude valeat,facit quod dictũ
eſt in prox.præce.art.de patre præſentãte filium:& ſufficit hoc
nõ eſſe prohibitum,cum edictum de eligendo ſit prohibitori-
um,ſicut edictum de matrimonio ꝯhendo.c.cum apud.de ſpõ
2 ſa.¶Ad hoc † etiam adducit ꝙ ſi pater eſſet canonicus in eadẽ
eccleſia cum filio, filius poſſet eum eligere, & eꝯ.¶Poſtea ſub
dit Card.fore dicendum in vtroque quæſito ſ. tam electionis
quam præſentationis nõ poſſe compromiſſarium eligere nec
præſentare compromittentem,ſiue ſit filius, ſiue alius, & hoc
de eligente tenet Io.An.& idem in præſentante eadem ratiõe:
quia facit vt procurator compromittentis,& ſic ipſe compro
mittens videtur hoc facere,ſepe allegata reg. qui per alium fa-
cit.de reg.iur.li.6.hoc autem ipſe non poteſt.c.fi.de inſti.& ca.
per veſtras. hoc ti. ergo nec compromiſſarius & ita reſidet ibi
3 Car.¶† Tu dic hunc articulum eſſe intricate formatum & de-
ciſum,vnde clarius loquendo,dic ꝙ ſi eſt compromiſſum in pa
trem de eligendo vel præſentando aliquem : & filius non eſt
patronus, non eſt dubium patrem compromiſſarium poſſe ſu-
um filium præſentare,ſicut ſi eſſet patronus:vt in prox.præce.
art.diximus.¶Si vero eſt canonicus filius,idem.ſi autem eſt ca
nonicus,& compromiſſum eſt factum ab omnibus canonicis,
poterit filium eligere:quia non reperitur prohibitum:imo per
miſſum:per c.cum in iure.de elect.¶Si vero filius eſt patronus
et compromittitur in patrem,et ipſe filius eſt clericus,et tunc
aut eſt ſolus patronus:et non eſt dubium patrẽ non poſſe præ-
ſentare filium:ſicut nec procurator mandantem,vt in articulis
proxime præce.eſt dictum.¶Aut habet compatronos,qui oẽs
ꝯpromiſerũt:et tũc ſicut ꝯpatroni poſſunt præſentare ꝯpatro-
nũ:vt diximus.s̃.in v.ꝓx.art.ita et pr̃ cõpromiſſarius vel ex per
ſonis compr̃onorũ:vel qa põt præſentare filiũ:ſi ipſe eſſet ſol⁹
pr̃onus,q̃to magis ex cõpromiſſo oĩm pr̃onorũ in eum facto.

Ex omnibus igitur s̃.ſcriptis.13.ar.fiat concluſio pa
tronum clericum nõ poſſe ſeipſum p̃-
ſentare,quia ambitioſus iudicaretur,per ea quę late diximus.s̃.

in j.ar

in j. art. ¶ Amplia primo ipſam concluſionem non ſolum procedere vt patronus non poſſit præſentare ſeipſum, q imo nec procurator ipſius poterit præſentare ipſum patronum dominum conſtituentem, p dicta. s. in 9. art. ¶ Amplia. 2. d. conclu. & precedentem ampl. non ſolum procedere, vt patronus nõ poſſit præſentare ſeipſum nec procurator mandantẽ, ſed imo nec etiã ſubſtitutus procuratoris poterit præſentare ipſum patronum, p dicta in x. art. ¶ Amplia. 3. d. conclu. & ampli. intantum procedere, q nec ſubſtitutus poterit præſentare procuratorẽ ſubſtituentem, ſi in fraudem vt ipſe præſentaretur fuerit facta ſubſtitutio, p dicta. s. in d. x. art. ¶ Reſtringe tamen dictam amplia. vt procurator etiam ſubſtitutus non poſſit præſentare: vt s. niſi eſſemus in ſimplicibus beneficiis, & in porrectione precum, & in acceptatione inſtitutionis factę pprio motu, & in acceptatione præſentationis compatronorum: quia iſta poterũt fieri p procuratorem vel ſubſtitutum eo modo, quo poterat facere ipſe patronus: vt diximus in d. x. ar. ¶ Amplia. 4. d. cõclu. intantum pcedere, q nec pater compromiſſarius filii patroni poterit ipſum præſentare: p ea, quæ diximus. s. in 13. art. ¶ Reſtringe iſtam ampli. pcedere, quando filius clericus patronus compromittens in patrem, eſſet ſolus patronus: Secus, ſi haberet alios compatronos vna cum eo compromittentes: quia bene poterit pſentare filium: vt diximus in d. 13. art. ¶ Amplia. 5. d. conclu. non ſolum procedere in patrono, & pcuratore: ſed etiã nec in donatario: quia ſi hoc pacto expreſſo vel tacito donatio iuris patr. fuit facta, vt præſentetur donator quamuis donatio ſit ppetua, donatarius n poterit pſentare donatorem: vt diximus in 11. art. ¶ Reſtringe iſtam ampli. pcedere in caſibus ſuis: Sed ſi eſſet facta donatio iuris pat. antequã eccleſia vacaret, ſine pactiõe, bene poterit donatarius pſentare donatorem vt diximus in d. 11. art. ¶ Limita modo primo s. ſcriptam concluſionem habere locum in beneficiis platuram ſapientib. perſonatibus, ſeu curatis, & magnis, non aũt in ſimplicibus & paruis beneficiis: & pſertim ipſo patrono clerico exiſtente paupere: qa poterit ſeipſum in hmõi beneficiis pſentare, p ea quæ diximus. s. in 2. art. ¶ Limita. 2. d. conclu. nõ pcedere quando præſentatio eſſet facienda in collegio ſcholarium vel in aliis locis ſecularibus, non tamen ſapientibus præeminentiam, prælaturã ſeu caput: quia patronus poterit ſeipſum pſentare: p ea quæ diximus in d. 2. art. in fi. ¶ Limita. 3. d. cõclu. vt patronus clericus non poſſit pſentare ſeipſum, pcedere quo ad actum pſentationis: ſed bene poterit porrigere pces habenti inſtituere, vt illud ſibi cõferat, ſi ipſe eſt idoneus & pauper: & non habet ſufficiẽtem victum, iuxta eius conditionem: vt diximus in 3. ar. ¶ Extẽde modo iſtam. 3. limi. pcedere non ſolũ in ſimplicibus beneficiis, p quib. obtinendis clericus põt pces effundere, imo ſe pñtare: ſed ẽt in beneficiis magnis, & curatis ſi ante idoneitã & paupertã patroni porrigentis illas ſimiliter: p ea quæ diximus. s. in d. 3. art. ꝯ Abb. ¶ Limita 4. d. conclu. vt quis patronus non poſſit pſentare ſeipſum, bene tamen poterit ſibi beneficium patronatum p habentem inſtituere motu pprio conferri, & p patronum acceptari, p late dicta in 4. art. ¶ Extende mõ iſtam limi. vt non ſolum eps habens inſtituere poſſit beneficium patronatũ pſono conferre motu pprio: ſed ẽt qlibet inferior plãtus iure ſpãli inſtitutionem hñs & capitulum ſede vacante poterũt pprio motu ꝯferre, & patron9 acceptare: vt diximus in d. 4. ar. in ver. adde ẽt pauinũ. ¶ Limita. v. d. concl. pcedere, niſi ex diſpoſitione fundatoris pdeceſſor haberet ſibi eligere ſucceſſorem presbyterum de familia, & predeceſſor eligeret extraneũ: quia poterit pſbyter de familia ſe offerre, & inſtõnem petere: vt nõuiter diximus in d. v. art. in verſ. non omittã vnum. ¶ Limita. 6. d. conclu. pcedere, quando ipſe patronus clericus eſſet ſolus patronus, quia non poterit ſeipſum pſentare: ſed ſi haberet cõpatrõos, poterit ab illis pſentari: vt diximus in d. v. ar. ¶ Reſtringe. j. iſtam limi. pcedere, niſi vna cum compatronis ipſemet patronus clericus vellet pſentare: quia adhuc non poterit, nec admitteretur: p ea, quæ diximus in 6. art. ¶ Reſtringe. 2. iſtam lim. pcedere, niſi quis non præſentet patronus clericus cum compatronis, tamen declararet mentem ſuam in ſcrutinio, vel aliter ante præſentationem de ſe factam: quia adhuc non valebit eius declaratio, eo quo videtur ambitioſus: vt dictum eſt in 8. art. ¶ Limita. 7. d. conclu. vt patronus non poſſit præſentare ſeipſum, nec cum cõpatronis in caſibus reſtrictionum proxime pcedẽtium: ſed tamen ſi compatroni præſentent ipſum patronum clericum, bene poterit ipſe conſentire præſentationi de ſe factę, p dicta in 7. art. ¶ Extende talem limi. intm pcedere, q talis conſenſus augebit numerum pſentantium ipſum patronum clericum: vt diximus in 8. art. ¶ Extende iſtam exten. ẽt ſi non eſſent in pari præſentantes: ſed vox clerici patroni præſentati eſſet ita pinguis, q deduceret ad æqualitatem & ſuperaret, iuxta exemplum p me poſitum in d. 8. at. in ver. aduerte tamen. Reſtringe modo iſtam exten. pximam pcedere in patronis laicis: ſecus in patronis clericis: p ea quæ diximus in d. 8. art. in fin. ¶ Reſtringe ipſam prin. exten. pcedere, dummodo non ſimus in ſcrutinio ſecreto, vel quando patronus præſentatus acceptaret antequam eſſet præſentatus: quia adhuc videretur ambitioſus: vt diximus in d. 8. art. ¶ Reſtringe. 2. ipſas pximas exten. pcedere, ſi talis conſenſus patroni præſentati adhibeatur ante lapſum temporis dati ad præſentandum: ſecus, ſi poſt, ſimiliter per ea quæ diximus in d. 8. art. poſt doct. ¶ Limita. 8. d. conclu. pcedere, vt patronus non poſſit præſentare ſeipſum, quando vere ſeipſum præſentaret: ſecus, ſi fictione iuris videretur ſeipſum præſentare. & ita non eſſet, ſicut dicimus de patre præſentante filium: & ꝯ nepotem vel conſanguineum: quia illos præſentare poterit: vt diximus in 12. art. ¶ Extende primo iſtam limi. pcedere, non ſolum, ſi pater eſſet patronus & præſentaret filium, ſed etiam ſi pater non eſſet patronus: ſed compromiſſarius aliorum patronorum: quia adhuc poterit præſentare filiũ vel nepotem: vt diximus in 13. art. ¶ Reſtringe modo iſtam. 8. limi. & eius exten. pcedere, quãdo pater moueretur ex idoneitate & virtute filij ad eum præſentandum: non autem ſi moueretur ex amore & obcecatione carnali, quia tunc ſecus: per ea quæ diximus s. in 12. art. in ver. ad vltimum vero. & per iſta eſt ornata deciſio. d. c. per veſtras. & materia. c. quia clerici. c. conſuluit. & c. ex inſinuatione. hoc tit.

¶ Nona prin. q. j. part. ij. Libri.

1 *Excommunicatus nec eligi, nec præſentari poteſt.*
2 *Excommunicatus non poteſt admittere titulum dignitatis ſpiritualis.*
3 *Iura loquentia de electione, locum habere in præſentatione.*
4 *Eligi plus eſt, quam eligere præſentari, quam præſentare.*
5 *Excommunicatus monachari poteſt.*
6 *Excommunicatus non poteſt in Imperatorem eligi.*
7 *Excommunicatio minor, quid. Et quomodo contrahatur.*

Reſtat Modo nono loco principaliter quærere circa materiam præſentandorum, de tertia eorum ſpecie: & ſic de illis pſonis clericalibus, de quibus dubitatur ex aliquo certo incidente in eorum pſonis exiſtente crĩoſo, & ſic, an crĩoſi pſentari poſſint: ex qua qdem qõe 7. ſcripti art. veniunt diſcutiẽdi. ¶ Et ideo primus ar. erit, de quo dubitatur, an clericus excõicatus poſſit præſentari ad eccleſiã patronatam? ¶ Et dic, de excõicatis late eſſe dictũ. s. in j. par. j. li. in 7. q. prin. in x. art. vbi tractauimus, an excõicati poſſint ius pat. acquirere. Et in hac. j. par. huius. 2. lib. in. 2. q. prin in 2. art. vbi diximus, an excõicati poſſint præſentare. Modo in hoc art. qritur: an excõicati poſſint præſentari? Et omiſſis plurib. q dici poſſent d excõicatis, d qb. me remitto ad ea, q dixi
1 in s. ſcriptis locis. † Dic breuiter q ſicut excõicatus nõ põt eligi, ita nec pſentari. & q non poſſit eligi, hr in c. illa. & in ca. per inquiſitionẽ. de elec. vbi gl. & in c. cũ dilectus. vbi etiam doct. de ꝯſuetudine: & ita tenet Spe. in ti. de libelli ꝯceptione. §. fi. ad finẽ p cle. poſtulatã. de clerico excõicato miniſtrãte. & hoc idẽ volũt gl. & doc. & maxime Phili. fran. in c. ꝯſtitutis in pſentia. d ap. Arch. in c. nullus. lxiij. diſt. gl. & doct. in c. ſi forte. de elec. li. 6 in prin. ¶ Hinc dixit Bar. in l. Barbarius. in x. col. ff. de offic. pſi.
2 † excõicatũ non recipere titulũ dignitatis ſpũalis. & Bal. in margarita, in verbo, excõicatus, in ver. ſecundo dt hoc ẽt eſſe, ſi eſt excõicatus excõicatione minori, q ſeparat à ſacris: qa eligi nõ pt, licet eligere poſſit. p gl. in d. c. illa. & ibi hoc apte tenet Abb. ſup ea in fi. col. de elect. & voluit Firma. in trac. de epo. in 2. li. in
3 j. pt. in 4. q. & idẽ in j. li. in 3. par. in 31. q. vbi latius: cũ ergo † nõ pt eligi, ergo nec pſentari: p illã vulgatã regulã: q iura loquentia in electiõe, habẽt locũ in pſentatione. c. fi. iuncta gl. d ele. li. 6. cũ ſi. ¶ Et in pſentatione pprie loquẽdo, idẽ vr velle d. Roc. in hoc trac. in verb: honorificũ. in 4. q. prin. in 3. col. cũ ſe remittit de excõicato excõicatione minori, ad c. ſi celebret. de clerico excõicato miniſtrãte. vbi doc. ita ꝯcludũt. ¶ Et p hoc facit:
4 nã nemo negare pt † plus eẽ eligi, q eligere: vt not. in c. illa. & ibi Ab. de elect. cum aliis. s. alle. & dixi s. in hac part. in 2. q. prin. in 2. art. vbi dicitur excommunicatum excommunicatione minori, eligi nõ poſſe: & tamen eligere poteſt, vt ibi. Eodem modo plus eſt pſentari, quam pſentare. arg. d. c. fi. de elect. li. 6. iuncta gl. vbi ab electione ad pſentationem arguitur: cum ergo ſit clarũ patronũ excõicatũ nõ poſſe pſentare: ergo multo minus nec pſentari, p s. dicta. ¶ Et licet hoc arg. pcedat in excõicato excõicatiõe maiori, p excõicato excõicatiõe minori: facit tex. in d. c. ſi celebret. d clerico excõicato miniſtrãte. iũcta illa regula, q diſpoſitũ in electiõe, hẽt locũ in pſentatiõe: & ita ẽ tenen-

dum.¶Et pro iſto art.pro & contra faciunt, que diximus poſt
R.otam ibi allegatam in d.2.q.prin.huius partis in 2.art. An au
tem poſſit ꝯfirmari excõicatus:ponit Firma.in d.trac.de epõ.in
2.li.in j.part.in 4.q. & nos dicemus. ſ̃. deo duce, in 3.parte hu-
ius. 2.li.dum tractabimus, an excommunicatus poſſit inſtitui?
5 Et ibidem d̃t Firma.excõicatũ †poſſe monachari.all.Bal.C.de
ſac.ſan.eccl.& Io.An.in reg.delictum perſonæ.de reg.iur.li.vj.
6 in mercuria.†Et ibidem dicit excommunicatum non poſſe e-
ligi in Imperatorem. allegat quæ notã.in c.venerabilem.de e-
7 lec.vbi per doc.¶† Quę aũt ſit excõmunicatio minor,& qũo
ꝯhatur:ponit Abb.in d.c.ſi celebret.de clerico excommunica-
to miniſtrãte.& ĩ d.c.poſtulaſti.e. ti.ſed pleniſſimè recurrẽdũ
eſt ad ſummam ſeu trac. de cenſuris.d. Ant.florentini in tit. de
excommunicatione minori.in 51.c.& in tit. in quibus caſibus
cum communicatur cum excommunicato,incurratur minor
excommunicatio. in c.lij.& in tit.de effectibus excommunica
tionis minoris.c.53.& in tit.de abſolutione ab excommunica
tione minori.c.54.

¶Secundus art.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Clericus ſuſpenſus an requiri poſſit vt præſentetur,eligatur,vel poſtuletur.*
2 *Argumentum de electione ad præſentationem procedit.*
3 *Beneficium datur propter officium.*
4 *Suſpenſio à beneficiis habitis,non extenditur ad habenda.*

1 Et ex hoc Oritur ſecundus art. † an clericus ſuſpẽſus
poſſit præſentari? ¶Et de ſuſpenſo ẽt. ſ̃.in
hac parte in 2.q.prin.in 3.arti.tractauimus,an poſſit prę́ſentari
& ſic actiue?vbi plenè de ſuſpenſis diximus.¶ Sed quo ad hũc
art.dic ſuſpenſum præſentari non poſſe,& hoc ex capite: quia
2 de electione †ad præſentationem,licet argumentari.c.fi.iun-
cta gl.de elec.li. vj. Sed ego habeo ſuſpenſum non poſſe eligi:
imo nec poſtulari.vt volunt gl.& doc.in ſ̃. allegato.ca. illa.vbi
Ab.de elec.& no.in c.cum dilectus.de ꝯſue. vbi ẽt gl.ergo nec
præſentari,& ꝙ non poſſit ſuſpenſus poſtulari nec eligi,no.in
c.j.cum gl.de poſtula.præla.& in c.fi.de exceſ.præla.qa irregu-
laris cenſetur: vt in proximis iuribus.¶ Et ita ẽt voluit Firma.
in trac.de epõ.in 2.libr.in j.part.in v.q.vbi dicit hoc dictum de-
bere intelligi,ſiue ſit ſuſpẽſus ab officio, ſiue à beneficio : vt in
c.per inquiſitionem.cum gl.de elec.ſiue ab officio.vt in d.c.cũ
dilectus.ſecundum gl.in d.c.per inquiſitionem.ꝑ c.cum bone.
de ætate & qualitate. vbi etiam habetur ſuſpenſum non poſſe
eligi,ergo nec prę́ſentari:ſiue ſit ſuſpenſus ab officio,ſiue à bñ
ficio,per ſupradicta.Et multa pulchra de ſuſpenſo, vide ꝑ Fir-
ma.in ſ̃.allegato loco:& que diximus in d.2. q.prin.huius par-
tis in 3.art.¶ Tu circa hanc materiam dic clarius loquendo, &
ſequendo dicta Abb.in d.c.cum dilectus.in 4.& 5.col. de con-
ſuetu.& in d. ca. ſi celebret. de clerico excommunicato mini-
ſtrante,ꝙ aut loquimur de ſuſpenſo minori ſuſpenſione, quæ
eſt eadem cum minori excommunicatione,quæ ꝯhitur ex par
ticipatione cũ excommunicato:& illa licet nõ priuet poteſta-
te eligendi,& ſic præſentandi:priuat tñ eum,ꝙ eligi & ſic præ-
ſentari non poſſit:vt eſt tex.clarus in d.c. ſi celebret.de clerico
exc.min.& diximus.ſ̃.in proximo præced.art. ¶Aut eſt ſuſpẽ-
3 ſus ab officio,& tũc aut in genere:& quia †ꝓpter officium da
tur beneficium.c.fi. de reſcr.lib. vj.nã ꝑꝑ diuina officia,eccleſia
ſtica beneficia conſtituta fuerunt. 12.q.2.conceſſo.& xvj. q. j.
c.generaliter.not.gl.in c.fi.de offi.vica.non poterit prę́ſentari.
¶Si vero ſuſpenſio eſt facta ab officio,ideſt,ab ordine, & tunc
ſi eſt ab ordine presbyterali,& non poterit præſentari ad bene
ficium ſacerdotale:ſi ab ordine diaconali, non poterit præſen-
tari ad prę́bendam,vel beneficium diaconale,& ſic de ſingulis:
& ita videtur velle Abb.in d.c.cum dilectus.quando dicit quẽ
ſuſpenſum ab ordine pontificali:& latè dominus Archiepſ̃ flo
rentinus in trac.de cenſuris.in tit.de ſuſpen. qui eſt quartus in
ordine, in 93.c.vbi clare ponit ſuſpenſum ab vno ordine, non
intelligi ſuſpẽſum ab alio. ¶ Si vero eſt ſuſpenſus à beneficio,
& tunc quia eſt ſuſpenſus ẽt ab habitis beneficiis,multo ergo
magis,& ab habendis:quia videtur inhabilis ad beneficia:& ſic
præſentari ad beneficium non poteſt:& ita videtur velle ẽt ibi
4 Abb.quando talis † ſuſpenſio eſſet facta expreſsè à beneficiis
habitis:quia non extẽderetur ad habenda: ſed deberet reſtrin-
gi.¶Si vero eſt ſuſpẽſus ab officio& bñficio,idẽ dicendũ.ſ.eũ
ꝑ̃ſentari non poſſe. quia ea durante dr̃ inhabilis ad beneficiũ:
tum ex quo eſt ſuſpenſus ab officio propter quod datur bene-
ficium:vt ſ̃.tum ẽt qa eſt ſuſpenſus à beneficio:ergo non pote
rit ad beneficiũ pñtari.ꝑ ea,quæ no.in c.is,cui.de ſent.exc.li.6.
¶Aut ab oĩbus eccleſiis,puta indiffinite,& nõ poterit pñtari:
quia vr̃ ſuſpenſus ab ingreſſu vniuerſalis eccleſiæ : & ſic nulli
eccleſiæ deſeruiri poterit:ergo non beneficiandus.Ita colligit̃
ex dictis Abb.in d.c. cum dilectus.in fi.col. & colligitur ẽt pla-
ne ex dictis domini Archiepĩ florentini in d.tract.de cenſuris.
in tit.de ſuſpẽ.in 92.c.& latius in c.95. circa medium. & de iſtis
ſuſpenſionibus etiam ibi plenè in c.93.& in c.94. & ita tene.

¶Tertius art.ix.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Præſentari an & quando poſſit interdictus.& n.10.*
2 *Interdictum eccleſiaſticum ſimilitudinem habet cum excommunicatione.*
3 *Cenſuræ eccleſiaſticæ appellatione,continetur excommunicatio.ſuſpenſio& interdictum,& quo caſu prædictæ tres cenſuræ conueniant.*
5 *Cum ſuſpenſo & interdicto participari poteſt in omnibus, exceptis ſacramentis & diuinis officiis.*
6 *Irregularis an & quando non efficiatur celebrans in eccleſia interdicta.*
7 *Interdictus ab aliquo actu reſpiciente diuina, dicitur ab omni alio actu,qui in eo includitur,interdictus:vel ab eo qui ſine eo actu interdicto exerceri non poteſt.*
8 *Interdictus vel prohibitus à maiori,non intelligitur prohibitus à minori.*
9 *Interdictum non ſeruantis pœna,& n.11.12.*
13 *Clericus celebrans in eccleſia interdicta ſpeciali interdicto à iure inducto, irregularitatem non incurrit.*

1 Reſultat Ex ſupraſcriptis deciſio. 3.art.videlicet †an il-
laqueatus cenſura interdicti,præſentari poſſit
ad beneficium patronatum?Firma.in d.tract.de epõ.in 2.lib.in
j.par.in v. q.cum prius dixiſſet ſuſpenſum præſentari nõ poſſe,
vt ibi ſubiunxit,idem & ſi interdictum non ſeruat:ſm̃ d.gl.in c.
per inquiſitionem.de elec.ꝑ c.j.de poſtu.prę́la.vbi no.& tenet
2 gl.in d.c.illo.de elec.& ita reſidet Firm.vbi ſ̃.¶† Tu latius cir
ca hoc aduerte:ꝙ interdictum eccleſiaſticum habet cum excõi
catione ſimilitudinem:nam ſeparat quẽ à certis ſacr̃is eccleſię,
ab eccleſiaſtica ſepultura,& ab oĩbus diuinis officiis,ſicut & ex
cõicatio:vt habetur in ca.cum locũ.de ſponſa.& in c.qđ in te.
3 de ſent.exc.¶† Item ſub nomine cẽſuræ eccleſiaſticæ iſta tria
cõprehenduntur,excõicatio,ſuſpenſio,& interdictum.c.quæ-
rẽte.de verbo.ſignifi. excommunicatio quidem,& interdictũ,
ad laicos & clericos poteſt extendi:ſuſpenſio tamen reſpicit tã
tum clericos communiter: & ſecundum Hoſt.iſta tria in pluri-
bus conueniunt:vt per ipſum in ſua ſumma in tit.de ſent. exc.
& per Archiepm̃ florentinum in tract.de cenſuris.in titul. 3.de
interdict.eccle.in c.89. operis. & inter reliqua ibi poſita ponit
4 tertium † caſum,in quo conueniunt iſte tres cenſuræ:quia li-
gati aliqua ſnĩa ex prædictis, nec eligere, nec eligi poſſunt : ita
nec pñtare,nec præſentari:ponit ibi & quartũ caſum:quia nul
lus ligatus aliqua prę́dictarum cenſurarum debet celebrare di
uina:alias efficitur irregularis:ergo non poteſt præſentari,quã
do beneficium, ad quod præſentari intenditur, requirit cele-
brationem miſſæ: vt diximus in proxime præced.art. & maxi-
mè, qñ inſtitutio bñficij reꝗrit pñtãdum actu celebrãtẽ, qa cũ
iſti actu celebrare nõ pñt, nõ poterunt pñtari : vt latè diximus
de hoc, quando requiritur ꝙ præſentandus ſit actu celebrans.
ſ̃.in hac parte.in 7.q.prin.in 27.28.& 29.art. ¶ Differunt autẽ
he tres cenſuræ in aliquibus,vt ibidem in d. tract. de cenſuris.
in 84. ca.inter quos primus eſt caſus:quia excommunicatio&
ſuſpenſio proprie feruntur contra ſingulares perſonas : excõ-
municatio quidem contra clericos,& laicos:ſuſpenſio vero ꝯ
clericos tãtum:interdictum autem fertur contra loca propria:
vel contra vniuerſitates & collegia:fertur ẽt hoc interdictum
(non tamen ita proprie)contra ſingulares perſonas: vt ibi ha-
5 betur poſt Io.Cal.in ſuo tract.de interdict.eccle.¶† Secundũ
caſum ponit:quia cum ſuſpẽſo & interdicto participari poteſt
in aliis omnibus,exceptis certis ſacramentis, & diuinis officiis:
cum excommunicato vero in nullo participari poteſt : quin
participans incidat in excommunicationem minorem,quę ex
participio contrahitur:vt nota.in c.ſi celebret. de clerico exc.
miniſtran. ¶ Et propter primum caſum , in quo differunt iſte
cenſuræ, quem proximè retuli, eſt etiam aduertendum, ꝙ in-
terdictum fertur à iure,& ab homine & ab vtroque : & quan-
doque interdictum eſt generale, quandoque ſpeciale & quã-
doque ſingulare.Ita Archi.floren.in d.tract. de cenſu.in tit.de
interdict.in 85.cap.operis. & exemplificat interdictum gene-
rale, quod fertur contra regnum, prouinciam , ciuitatem, ca-
ſtrum,vel villam,vniuerſitatem,vel collegium, & huiuſmodi:
& ibi ponit in quibus caſibus interdictum generale fertur à iu
re:interdictum vero ſpeciale exemplificat ibi in 86.ca. operis.
cum interdicitur aliqua eccleſia : ac etiam cum interdicuntur
omnes eccleſiæ vnius ciuitatis vel prouincie: quia & ſi non in
illis eccleſiis: tamen in aliis locis illius ciuitatis extra eccleſias
poſſent celebrari diuina, & audiri ab hominibus illius loci : &
ibi ponit caſus,in quibus reperitur à iure latum hoc interdic-
tum : puta propter effuſionem ſanguinis,vel ſeminis virilis in
ea factã,& hmõi: & in fine declarat,ꝙ qñ eccleſia ex iſtis cauſis
6 † eſt inter

6 † eſt interdicta, celebrãs in ea non efficitur irregularis:q̃a non
reperitur hoc iure cautum:ſed tamẽ ſi eccleſiam ex aliqua cau-
ſa ep̃s interdicit,bene celebrans in ea irregularis efficitur, vt i-
bi ꝑ eum poſt Io.Cal.& ſic quãdo eccleſia eſt interdicta ab ho-
mine ſpeciali interdicto,& non à iure.¶ Interdictum vero ſin
gulare in d.tract.in 87.c.operis.exemplificat, cum interdicun-
tur alicui perſone ſingulari diuina officia, & eccleſiaſtica ſacra
menta,vel vniuerſaliter,vel particulariter: quo ad aliqua ipſo-
rum ſacramentorum,vel officiorum:vt in c.ex literis.de of.de
leg.& c.j.& c.ep̃orũ,de priuile.li.vj.& de temp.ordinan.c. non
eſt,& c.literas.& 50.diſt.c.placuit.& de cor. viti.c. ſignificauit.
7 quod interdictum põt etiam dici ſuſpenſio.¶†Subdit ibi ẽt ꝙ
interdictus ab aliquo actu reſpiciente diuina,intelligitur inter
dictus ẽt ab omni alio, qui includatur in illo, vel q̃ ſine illo ac-
tu interdicto exerceri non poteſt.c.ſolicitudinem. de ap.vnde
interdictus ab officio ſacerdotali non debet exercere officia,q̃
ꝓprie competũt ſacerdoti : ſecus,ſi ſolum altaris miniſterium
ſit ei interdictum & interdictus à ſacerdotali officio nõ poteſt
exercere pontificale officium:quia pontificale ſine ſacerdota-
li exerceri non poteſt.c.ex literis,de conceſ.pręb.& eodẽ mo-
do interdictus ne promoueatur ad ſacerdotales ordines infe-
riores non poteſt promoueri ad maiores,vel interdictus,id eſt
ſuſpenſus ab exercitio inferioris ordinis non poteſt exercere
actũ ſuperioris,qui ſine exercitio illius inferioris exerceri non
8 poteſt:ſec⁹,ſi ſine illo exerceri poteſt: † ſic ecõtra interdictus,
vel prohibitus à maiori, non intelligitur prohibitus à minori:
quia in illo minori nõ includit̃ maior : hoc ꝓbatur 95.diſt.c.il-
lud.& 13.q.2.c.quæſta.vt latè in d.trac.in d.c.87.opis.& ita in-
tellige quæ diximus.s̃.in proximo pręced.art.¶Eſt ẽt aduertẽ
dum,ꝙ interdictum generale,ſpeciale,& particulare,poteſt e-
tiam ab homine inferri.& latè in d.tract.in c.88.& in ca.89.la-
tiſſime contra quem feratur, vbi dicitur poſſe ꝓmulgari con-
tra mares,& fœminas clericos,& laicos,religioſos,prelatos,&
rectores nobiles,& plebeios cuiuſcunque ſint ætatis,ſecundũ
quam ſunt capaces pœnarum,contra etiam collegia,vniuerſi-
tates,eccleſias,villas,caſtra, ciuitates, & regna : vbi etiam latè:
ꝙ interdicto non ſublato:vel verbo ſaltem relaxato: tam ꝓfe-
rens illud,quam ſuperior eius,quam etiam inferiores illud nõ
ſeruantes efficiuntur irregulares : vt etiam hoc latè dicitur: ꝙ
non ſeruans interdictum, efficitur irregularis in d.trac.in xc.c.
operis.& clariſſime ibidem ſub eodem. xc.c.vbi ponit rub.de
9 pœna non ſeruantis interdictum.†dicit,ꝙ clericus interdictũ
non ſeruans,puta quia ſcienter celebrat in loco interdicto,vn
decunque ſit irregularis,efficitur & eſt ſuſpenſus.ca.poſtulaſti.
§.illi.de clerico excom.miniſtran.& ca.is,qui.eo.tit.libr.vj.vbi
etiam dicit talem non poſſe eligi, nec eligere:vt in d.ca.is qui.
de clerico excommu.mini.lib.vj.& c.dilectus. de conſuet.nec
poteſt poſtulari.ca.j. de poſtu. præla.& eodem modo debem⁹
dicere eum non poſſe p̃ſentare,nec p̃ſentari.¶Si vero ſunt re
ligioſi regulares, vel alias religioſi, & non habent ordinem,&
non ſeruant interdictum: licet non incurrant irregularitatem,
aliter puniuntur: ſunt tamen actiue & paſſiue ineligibiles.alle-
gat ca.debitum.de bigamis. vt puniatur illa pœna,qua ſunt ca-
paces : vt ibi per Io. Cal.¶Si vero interdictum violans eſt pu-
rus laicus, quamuis irregularitatem non incurrat, vel ſuſpen-
ſionem, grauiter tamen peccat: & puniendus eſt per iudicem
eccleſiaſticum pœna arbitraria:cum tale peccatum ſit eccleſia-
ſticum.cle.grauis.de ſent.excom.Et redeundo ad clericos, nõ
ſeruantes interdictum, dico illos aliquando incurrere irregu-
laritatem,aliquando vero ſuſpenſionem:vt latè in quibus caſi
bus incurrant irregularitatẽ:& in quibus ſuſpenſionem,proſe-
quitur Archi.floren.poſt Ioã. Cald.in loco proximè allegato.
10 ¶†Iſtis igitur breuiter ſic præmiſſis pro clariori intelligentia
j̃.dicendorum,dicerem,ꝙ ſi nos loquimur de interdicto gene
rali vel ſingulari in quantum afficit laicos, non eſt quærẽdum,
an laicus interdictum ſeruans, vel non ſeruans, poſſit præſen-
tari: quia nõ poteſt laicus ad beneficium eccleſiaſticum pręſẽ-
tari:vt latè diximus.s̃.in hac parte in 7.q. princ.in 7.articul.niſi
loqueremur de laicis prępoſitis hoſpitalibus,collegiis ſecula-
rium,& ſimilium locorum,in quibus præſentari poſſunt:vt di
ximus in d.7.art.& de iſtis dicendum eſt, id,quod ꝓxime dixi-
mus de religioſis non habentibus ordinem:ꝙ licet non incur-
rant irregularitatem : tamẽ vt puniantur in eo, in quo poſſunt
puniri:iuxta.c.debitum.de bigamis. ex quo iſti cenſentur qua-
ſi perſonæ eccleſiaſticæ, cum p̃ponantur hoſpitalibus, & hu-
iuſmodi,aliquam ſpiritualitatem annexam, tamen habentib⁹,
& ſubſunt circa eorum officia ep̃o:vt diximus latè.s̃.in 7.q.prĩ.
huius partis in 4.art.dum loquuti fuimus de heremita.& latius
s̃.in j.par.j.lib.in j.q.prin.in.x.art.ꝙ vt dictũ eſt de illis religioſis
non habentibus ordinem,vt ſi non obſeruauerint interdictũ,
nõ poſſint eligere:nec eligi:ita nec iſti laici quaſi religioſi:arg.
c.quanto.de iud.vbi quaſi ſp̃ũalia vel ſp̃ũalibus annexa,cẽſent̃
vt ſp̃ũalia: & hoc vt ꝓxime diximus,ſi interdictum non ſerua-
rent:ſed ſi illud ſeruarent,& medio t̃pe caderet electio,vel p̃ñ-
tatio,poterunt eligi vel p̃ñtari in eorum hoſpitalibus,vel col-
legiis:cũ iſta agere non ſint ꝓhibiti t̃pe interdicti: ſed poterũt
p̃ñtari : ſicut & alia agere, quæ ſacra vetita,& diuina officia nõ
tangunt:vt s̃.eſt dictũ.¶Aut loquimur de clericis: & tũc ſi ſu-
11 mus in † interdicto gñali vel ſpeciali, clerici illud ſeruantes
in nullo poſſunt puniri:imo vt s̃.eſt dictũ alibi celebrare pote-
runt,vel in ecleſiis non interdictis,& aliis locis,q̃ in eccleſiis ĩ-
terdictis:vt in interdicto ſpeciali dictũ eſt,ianuis tamen clauſis
& aliquibus diebus aptis eos celebrare poſſe:vt in c.alma ma-
ter.de ſent.exc.lib.vj.& ꝑ Archie.flo.in d.tract.in xc.ca. operis.
& ſic eligere, & eligi p̃ñtare & p̃ñtari poſſunt, cum ẽt diuina
peragant,quę ſunt maiora.¶Si vero loquimur de clericis non
ſeruantibus interdictum generale vel ſpeciale, ſi ſumus in ca-
ſu,in quo incurrunt irregularitatem,non eſt dubium eos,nec
præſentare,nec p̃ſentari poſſe : vt latè dicetur. j̃. cum tractabi-
mus in ſeq.art.an irregulares p̃ſentari poſſint.¶Si vero ſumus
in caſu,in quo ex non obſeruãtia interdicti, non incurrunt ir-
regularitatẽ,ſed ſuſpenſionẽ:vt s̃.ẽt diximus:ſicut nec eligere,
nec eligi p̃ñt:ita nec p̃ſentare nec p̃ſentari poterunt,qđ eſt pl⁹:
& in hoc ꝯcurrunt iſtæ cẽſurę,ſuſpenſio,interdictum,& excõ
municatio:vt ꝓxime in p̃ludiis diximus.¶Aut loquimur in in
terdicto ſingulari,puta ꝙ alicui ſit interdictum officium,bene-
ficium,talis ordo,vel quid ſimile,hoc interdicto durante & il-
lo per clericum obſeruato, p̃ſentari vel non poteſt cum illa di
ſtinctione quam.s̃. poſuimus in ſuſpenſo in proximo præced.
art.quia tale interdictum eſſet ad inſtar ſuſpenſionis ab officio
beneficio, vel ordine.& ideo. ſupra diximus hoc interdictum
ſingulare poſſe dici ſuſpenſionem.¶Si vero loquimur in non
12 obſeruãte huiuſmodi interdictum:q̃a celebrando † vel actum
faciendo contra interdictum in diuinis officiis,efficit̃ irregula-
ris, ſicut excõicatus vel ſuſpenſus ab ordine ordinẽ exercens:
vt in toto tit.de clerico excom.miniſtran.& s̃.eſt dictum, non
poterit p̃ñtare nec p̃ſentari,ſicut nec irregularis p̃t:vt ĩ ſeq.art.
dicet̃. ¶Si autem loquimur in nõ obſeruante interdictũ à bñ-
ficio:quia in illo ſe immiſcuit:licet ſit dictum.s̃.in ꝓximo præ-
ced.art.ꝙ ſuſpenſus à beneficio, quando intelligitur ẽt à futu
ris,non poſſit p̃ſentari durante ſuſpẽſione illa, ſed ea finita ſic:
tamen non ſeruans huiuſmodi interdictum, ꝑ iſtam non ob-
ſeruationem ceſſante interdicto in habendis beneficiis bene
poterit p̃ſentari: quia talis pœna non reperitur in iure: vt à ſi-
mili. s̃. diximus de celebrante in eccleſia interdicta ſpeciali in-
terdicto à iure,vt non incurrat irregularitatem:arg.glo.not.in
ca.fina.de iure pat. ꝙ vbi non reperitur pœna à iure impoſita,
non dicitur incurri. Et ita reperi velle Firma.in d. tract.de epi-
ſcopo.in j.part.2.li.in v.q.poſt Bald.in ſua margarita,in verbo,
13 ſuſpenſus.verſi.quinto.¶Et ad prædicta † adde clericum cele
brantem in eccleſia interdicta ſpeciali interdicto à iure induc-
to, non incurrere irregularitatem : vt s̃.Ita etiam dicerem illũ
non eſſe ineligibilem,nec præſentabilem actiue vel paſſiue:cũ
hoc non reperiatur à iure expreſſum : & ita in hoc paſſu dice-
rem:& nota omnia p̃dicta,quia ab aliis non conſiderata:& cre
do ea ꝓcedere, & neceſſaria fuerũt præludia.s̃.poſita, & ſic nõ
ab re pro intelligentia prædictorum.¶ Et vide omnino Fede.
de ſenis.147.quidam de ciuitate Tuderti.vbi vult clericum de
ciuitate & populo Tudertino interdicto receptum in familia
rem per epiſcopum Amelienſem, non poſſe ad ordines pro-
moueri ſine licentia epiſcopi Tudertini, & ordinatus non præ
ſentari, cuius verba conſilij proſequitur ad vnguem do. Phili.
de ſara.in ca.cum autem.in char.355.operis, in ver.ciuitas quę
dam puta Botontina.hoc tit.

¶Quartus articu.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Irregularis an poſſit præſentari,& eligi.Et nu.8.*
2 *Irregularitas, quid.Et quibus modis incurratur.& nu.3.*
4 *Irregularitatis duæ ſunt ſpecies.& nu.5.*
6 *Irregularitates ex homicidio & mutilatione membri manantes, coercent quem ab altaris miniſterio.*
7 *Irregularis eſt,qui excommunicatus celebrat.*
9 *Irregularis,ineligibilis eſt actiue & paſſiue.*
10 *Irregularitas contracta ante baptiſmum,& per baptiſmum deleta,nõ impedit quem clericari & præſentari.*
11 *Irregularis quis in dubio cenſeri debet,vt ceſſet à diuinis. Secus ad pœnã.*
12 *Beneficia inſtituta ſunt propter diuina officia.*
13 *Irregularis quis cenſendus eſt,vt non poſſit præſentari.*
14 *Ius quærendum facilius abdicatur,quam iam quæſitum.*

1 Et ex Iſtis ſit data deciſi.4.art.† q eſt,an irregularis poſſit
pñtari ad beneficium patronatum? Et Firma.in d.
trac.de epõ.in j.part.2.lib.in v.q. dum ibi quærit, an ſuſpenſus
poſſit eligi?& dicit ꝙ non;addit,quia irregularis cenſetur.alle.
2 notata in c.j.de poſtu.præla.& in c.fi.de exceſſi. præla.¶ † Tu
latius dic irregularitatem poſſe incurri pluribus modis , & ex
pluribus cauſis:ſumendo irregularitatem,prout generaliter e-
am deſcribit, & ſumit Spec.in titu.de legato.§.iuſta.in princ.&
3 Io.An.in c.j.de re iud.li.6.quæ irregularitas †eſt nota ſeu im-
pedimentũ canonicum ex defectu ſeu ex facto ꝓueniẽs, qua
qs prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri,& in eiſdẽ
miniſtrare. ¶Vel aliter ſm doct.in c.ad audientiam,de homic.
irregularitas eſt ius impeditiuum promotiõis vel executionis
ordinis à iure diuino & canonico ĩtroductum, propter aliquẽ
4 effectum,inobedientiam, negligentiam, vel factum.¶† Ad-
uertendum ẽt eſt irregularitatis duas eſſe ſpecies, Vna eſt quæ
prouenit ſeu ꝯtrahitur in homine ex aliquo defectu in eo,ſeu
in perſonam eius à natura ipſa prouenĩẽte ſine facto, & culpa
ſua: vt qa natus ſit qs ex illegitimo mr̃imonio vel aliqua ſit na
ta fœmina, & non vir, ſeu aliquis ſit natus ſeruus, & nõ liber,
defectiuus in membris,vel aliter vitiatus corpore,ꝙ ſit in æta-
te infantili vel adhuc non ꝯueniẽnti: ꝙ ſit nondum baptizat⁹,
vel adhuc neophytus: tales enim oẽs pñt dici irregulares.hoc
eſt extra regulam illorũ poſiti,qui ꝓmoueri poſſunt,cum ſint
prohibiti iſti à lege canonica,ſic ꝓhibente,& ſic irregulares,&
irregulares hac prima ſpecie irregularitatis ꝓueniente à natu-
ra ſine facto aut culpa aliqua ipſorum. ¶ Alia eſt irregularitas,
5 que ꝯhitur non † à natura,ſed ex facto aliquo noſtro.exẽplũ
in illa,quæ ꝯhitur ex hoc: quia quis duas ſucceſſiue duxit vxo
res,vel vnã non virginẽ:ex quo facto poſſit dici bigamus,vt ſ̃.
diximus in 7.q.prin.huius partis in.13.art,vel ex eo,ꝙ ſe liga-
uerit vinculo matrimoniali: vel alio vinculo ſeu obligatione
aliqua alia incõpatibili, vel non conuenienti ſimul cũ ordine
clericali:vt per totum de ꝯuerſione ꝯiugatorum:& de obliga-
tis ad ratio. Poteſt ẽt exemplificari vltra prædicta,qñ ſimiliter
ꝯhitur ex facto noſtro tam illicito,q̃ ẽt aliqñ licito;& ꝑ q̃ red-
ditur inhabilis qs ad ordines:vt eſt illa irregularitas,quę ꝯhitur
& cauſatur ex homicidio,vel mutilatione mẽbri,ſeu illa,q̃ ꝯhi
tur ex inobedientia,vel violatione cẽſuræ eccleſiaſticæ: vt de
homicidio,per totum,& in c.is,qui de ſent.excom.li.6.& ꝑ to
tum illum ti,& de iſtis plenè per d.Alb. trottum in trac.de per
fecto clerico in 2.lib,in j.part. in 14.requiſito.& iſta irregulari
tas etiam ꝯhitur;licet facto noſtro,tamen ſine culpa & pecca-
to: vt in iudice iuſtitiam faciente hominem necando vel mẽ-
brum mutilando:& in eius apparitoribus. 51.diſt.c.j. ¶ Et irre-
6 gularitates † maximè ex homicidio & mutilatione mẽbri ꝓ-
cedentes,ſunt tante potentie, ꝙ coercent quẽ ab altaris mini-
ſterio.Abb.& doc.in c.presbyterum.& in c.decetero.de hom.
7 †& ideo excõicat⁹ celebrans ipſo iure irregularis efficiť, Abb.
in c.clerici.de clerico exc.miniſt.& cum irregularis non poſſit
ordinari,nec ordinat⁹ ad alios ordines promoueri, nec in illis
miniſtrare:vt ſ̃.eſt priuãdus beneficiis.c.presbyterum. vbi Ab.
in prin.ne clerici vel mona.& de multiplici irregularitate ma-
gis latè per Archid.floren.in d.tract.de cenſu.in v.tit.in 96.ca.
operis vſque ad fi.in quibus locis patet irregularitatem maxi-
mè ex facto noſtro in plus ſe haberi,q̃ excommunicatio,ſuſpẽ
ſio,vel interdictum;quia ex iſtis cenſuris deuenitur ad illam in
maiorem pœnam:vt in d.c.is,qui.de ſent.excom,lib.vj.& dixi-
8 mus in proximo præced.art.¶†Vnde concludendo,ſi non p̃t
eligi excommunicatus,ſuſpenſus,vel interdictus , vt in proxi-
mis præced.tribus art.diximus:ergo multo minus nec irregu-
laris,maximè quia etiam habitis beneficiis venit priuandus: vt
in d.ca.clericos.de cleri.excom.mini.multo igitur fortius nec
præſentandus.arg.c.quemadmodum.de iureiur.turpius enim
eiicitur,q̃ non admittitur hoſpes:vt ibi.& de hac.q.eſt tex.iun-
cta gl.pe.fi.in d.c.is,qui.de ſent.excom.lib.6.†volens irregula
9 rem eſſe ineligibilẽ actiue & paſſiue : vt ibi vbi ẽt hoc vult Io.
An.Dom.& omnes:& doct.in c.ne pro defectu.de elect.¶Itẽ
irregularitas prohibet quem ab ordinibus eccleſiaſticis, vt ſ̃.
eſt dictum:& non poteſt quis præſentari, niſi ſit clericus,ca.2.
de inſt.& diximus.ſ̃.in 7.q prin.huius partis,in 7.art,vbi de lai-
10 co: ergo non poterit præſentari,& hoc eſt clarum.¶† Bene
dicerem vnum, ꝙ ſi eſt talis irregularitas, q̃ fuit ꝯcta ante bap-
tiſmum,& ꝑ baptiſmum deleta,adeo ꝙ ille poſſit clericari,po-
terit etiam talis præſentari:ꝑ ea, quæ d̃t pulchre Ab.in c.preſ-
byterum. de hom. vbi ꝑ Mod.quæ irregularitates ꝑ baptiſmũ
11 deleantur.¶† Aduerte ad aliud:nam cum habemus ꝙ in du-
bio vt quis ceſſet à diuinis, potius debet iudicari irregularis, q̃
non:quia vbi maius periculum,ibi cautius &c. c.vbi periculũ,
de elect.lib.vj.cum vulga.Sed ſi ad pœnam imponendam age-
retur,ſecus: quia tunc non debet iudicari irregularis in dubio:
vt eſt tex.in ca.ſignificauit.el 2.de homic.etiam innocens non
debet puniri:vt alter nocẽs relinquatur impunitus:vt nota.di-
cit tex.in l.abſentem.ff.de pœnis.& Abb,in d, ca,ſignificauit.in
fi,j.col,de homic. ꝙ ex quo conſideratur celebratio in benefi-
12 ciis,vt illis †poſſit deſeruiri: quia ꝑꝑ diuina officia ſunt bene-
ficia inſtituta.c.conceſſo.12.q.2.& ca.generaliter.xvj,q,j,&gl.
in c.fi,de offic,vica.&ideo dicitur propter officium datur bene
ficium.vt in ca.fi.de reſcr.lib.6 & diximus in iſta,ix.q prin.in 2.
13 arti.† ergo vt cautius in iſto periculo agatur,debet iudicari in
dubio irregularis, idem debet fieri in caſu dubio , quando agiť
de eo præſentando:quia debet iudicari irregularis. ¶Et ſi di-
cať.prædicta ꝯtrariari illis,quæ ꝓxime ſecundo loco diximus.ſ.ꝙ
qñ ſumus ad effectum puniẽdi aliquẽ:vt pœna euitetur, debet
in dubio qs non cenſeri irregularis.Rñdeo,ꝙ hic nõ ſumus ad
euitandam pœnam, prout eſſet, qñ ageretur ad quẽ priuandũ
beneficio iam habito:quia tũc puniretur ex priuatione:ſed ſu-
mus in caſu , in quo tractatur de clerico idoneo præſentando
ad beneficium non quæſitum,qui cum ad hoc,vt ceſſet à diui-
nis, debeat in dubio reputari irregularis,non vr̃ idoneus ad bñ
ficium obtinendum : ex quo non p̃t illi deſeruire: & iõ idone⁹
non d̃r,vt eſſe debet.c.2.de inſt.c.3.& c.ſignificaſti. hoc ti.cogi
ta:qı credo hanc meã ꝯſiderationẽ ꝓcedere,& ꝓ hoc facit illa
14 reg.†rrita facilius abdicať à nobis ius querẽdũ,q̃ q̃ſitũ clc.gra
tia.de reſcr.& l.qui aũt.ff.que in frau.cre, cum ſimi.Facilius er-
go non admittetur in pñtatione beneficij acquirendi,q̃ priueť
beneficio iam quæſito. ¶Et id quod dixi potius in dubio ad e-
uitandam pœnam, quem debere iudicari non irregularem, q̃
irregularem,tenet etiam Ab.in c.ad audiẽtiam in.2,no. de ho.
& Barba.in c,j.in 26.col. de iud.& alias.ſ̃.diximus.

¶Quintus artic.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Degradatus vel depoſitus an poſſit præſentari.*
2 *Degradatio duplex eſt.*
3 *Degradationem quæ crimina udferant.*
4 *Degradatio verbalis quibus caſibus incurratur.*
5 *Degradatio, vltimum ſupplicium eſt in foro canonico.*

1 Et ex Prædictis apparet deciſio.v.art.†qui eſt, an depoſi-
tus ſeu degradatus poſſit præſentari ad beneficium
patronatum? Et dic breuiter eum non poſſe præſentari : nam,
maior eſt pœna depoſitionis & degradationis,quam illa, quæ
infligitur ab aliis cenſuris:vt apparet in c. at ſi clerici.§.de adul-
teriis.de iud.vbi tex.iuncto principio cum. d.§.hoc demõſtrat.
maximè circa ſuſpenſionem,depoſitionem eſſe maiorem , vt
ibi,ſicut ergo dictum eſt in ipſis cenſuris cenſuratos non poſſe
2 præſentari, ita & fortius,nec depoſitos.¶.†Et eſt aduertendũ
degradationem eſſe duplicem:Vnam verbalem,quę d̃r vere&
proprie depoſitio;alteram actualem,quę eſt ipſa vera degrada
tio,de quibus eſt pulcher tex.in c, degradatio.de pœnis. lib.vj.
de quibus per doct.in d.§.de adulteriis,& plenius in c. cum nõ
ab homine.de iud.& per Abba.& doct.in ca. non poteſt.de re
3 iud.& in ca.nouimus.de verbo.ſigni.†& quæ ſint crimina dig
na depoſitione. plenè ponit Barba. in d. ca.at ſi clerici. in xxv.
col.ſed pleniſſimè de hac materia per Firma.in tract.de epõ. in
4 8 part. 4. libr. per totum. vbi † accumulat caſus verbalis de-
poſitionis, qui in iure reperiuntur: & latè loquitur in quibus
caſibus fiet actualis degradatio, & quomodo fiat, & an degra-
datus gaudeat priuilegio canonis,ſi quis ſuadente diabolo.17.
q.4.& an poſſit conficere ſacramentum , poſt gloſſ.& doct.in
dict.capit.degradatio. Et ſic eſt concludendum depoſitum vel
5 † degradatum nullo modo præſentari poſſe,cum ſit vltimum
ſupplicium in foro canonico. vt per doct.in d. §. de adulteriis.
& in d.c.cum non ab homine,& in locis.ſ̃.alleg. & in hoc non
eſt dubium,

¶Sextus art.ix.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Hæretici an poſſint præſentari, & n.12.*
2 *Hæreſis abſolutio Papæ reſeruatur.*
3 *Excommunicatus minori excommunicatione poteſt eligere, non eligi.*
4 *Hæreticus ſpoliatur ſuis bonis , non ſecus , quam committens crimen læſæ maieſtatis.*
5 *Hæretici ab honoribus arcentur.*
6 *Hæretico nihil prodeſſe baptiſmum, eleemoſinam, martyrium, nec quoduis aliud bonum.*
7 *Hæreticus inſtitui non poteſt in bonis ſpiritualibus.*
8 *Hæretici vrbe, & regno pellendi.*
9 *Hæreticus clericus degradari poteſt ſine ſolennitate.*

10 *Hæretici*

10 *Hæretici ſepulture honore carent.*
11 *Hæreticos & eorum filios vſque ad ſecundam generationem nullum eccleſiaſticum beneficiũ vel officiũ adipiſci poſſe quomodo ſit accipiẽdum.*

Dubitatur Sexto, qa.ſ.in j.art.huius.ix.q.prin.ↄcluſimus excõicatum non poſſe pñtari,& hæ-
reticus eſt excõicatus.c.excõicamus.c. ad abolendã.cũ ſimi.de
hæret.& 24.q.j.c.j.& p Archie.floren. in trac.de cenſu.in ca.4.
1 ¶† An modo hæreticus pñtari poſſit in beneficio pronato?
2 ¶Et dicendum ꝙ nõ:tũ qa eſt excõicatus.vt ſ.†cuius abſolu-
tio reſeruaẽ Papæ:in ꝓceſſu.v. ferie maioris hebdomade:vt dr̃
in d.c.4.in fi.tum ẽt, qa eſt extra eccleſiam.c.j.c. excõicamus.&
c.vergentis.de hær.cum ſimi.vnde non admittitur ad acquirẽ
dum ius pa.vt diximus latè.ſ. in j.part.j.lib.in 7.q. prin.in 4.art.
cum ergo minus ſit eſſe patronũ,& præſentare, ꝙ̃ pñtari, ſicut
3 diximus de eligere & eligi:†nam excõicatus excõicatione mi
nori,poteſt eligere,& non eligi: vt diximus.ſ.in j.artic.pñtis.q.
prin.Ergo cũ non poſſit hæreticus habere ius pa.& pñtare, qđ
eſt minꝰ,ſic nec poterit pñtari,quod eſt maius, vulgatis iuribꝰ.
4 ¶†Imo habens ius pa.ſi hęreticus efficiatur,priuaẽ bonis ſuis:
ſicut committens crimen leſæ maieſtatis:& plus,cũ in hoc of-
fendatur maieſtas diuina.c.vergentis.de hęr.& ẽt iure pa.priua
tur.vt dicetur.j̃.in 3.lib.deo duce.in 2.q.prin.in v.art.multo er
5 go magis non poterit præſentari.¶† Accedat ẽt ad hoc:nam
hæreticis prohibẽtur omnes honores & actus publici.c.excõi
camus.cum ſi.de hęr.imo ſunt infames.d.c.vergentis.& clerici
hęretici deponunẽ,degradantur:& curiæ ſeculari tradũtur.d.c.
vergẽtis.& beneficiis priuantur,ſeu priuati ſunt,& eorum bo-
na eccleſiis,quibus prefuerunt confiſcantur. c. excõicamus.§.
damnati.de hęr.Si ergo depoſiti vel degradati non poſſunt pñ
tari:vt in ꝓximo præced.art.diximus,qũo poterit pñtari hære
ticus,qui eſt priuatus iam habitis beneficiis, multo magis erit
inhabilis ad habẽda.d. c.quemadmodum.de iureiur.cum ſimi.
¶Accedat ẽt infideles non poſſunt habere ius pa.vt latè de iu
dæis & infidelibus diximus.ſ.in j.part.j.lib.in 7.q.prin. in 3.art.
& hæreticus eſt infidelis.ca.j.& ca.firmiſſime.cum aliis,de hær.
cum itaque in plus ſe habet præſentari, ꝙ̃ præſentare, vt ſ. eſt
dictum:& infidelis non poteſt non ſolum præſentare,ſed nec
eſſe patronus:vt in d. 3.art.diximus ergo nec pñtari.¶Accedat
6 etiam,nam hæreticus †eſt ita damnatus:vt ſibi non proſit bap
tiſmus, eleemoſyna,martyrium:nec quodcunque bonũ:quo-
modo ergo poterit præſentari,qui habet ſeruire eccleſiæ,cum
7 eius bona non proſint?¶† Item hęreticus non poteſt inſtitui
in temporalibus bonis.c.ſi quis.& ſeq.de hær.ergo multo ma-
8 gis in beneficio,quod eſt ſpũale.Item hęretici debent† repel-
li ab vrbe, ciuitate, vel regno.c.ad abolẽdam.& c.excõicamus.
§.moneant.alias dñi & rectores locorum puniuntur,vt in dic-
tis iuribus: imo ſi per annum permittunt eos ibi manere:& ſic
ꝑmanent in excõicatione cenſentur,& ipſi hæretici:qũo ergo
volunt præfici & pñtari eccleſiis:& cum ẽt epĩ debeant eos ex
pellere:qũo ergo eos inſtituent, cum illos non puniendo ipſi
puniantur.d.c.excõicamus.§.adiicitur.¶Item aſtricti quocũq;
debito hæreticis ſunt liberati illo debito.c.ſi. de hær.qũo ergo
hæreticus poterit pñtari,cum fructus eccleſiæ ab eo exigi,& ſi
bi dari nõ poſſint, ꝑ prædicta.¶ Et idem dicẽdum in ſuſpecto
de hæreſi,ſi ſe non purgauerit.d.c.ad abolendam.& d.c.excõi-
camus.§.qui aũt.vnde vt ibi dr̃ eſt excõicatus:& ſi in ea manet
9 per annum, cenſetur hæreticus.¶Item † intantum degradari
poteſt clericus hæreticus, ꝙ in eo non requiritur ſolemnitas:
de qua in c.degradatio.de pœnis.lib.vj.ſed ſolus epĩs poteſt eũ
10 degradare.c.j.de hær.eo.lib.¶† Item hæreticus non ſolum vi
uus, ſed etiam mortuus debet eſſe extra eccleſiam ; & cadauer
non traditur eccleſiaſticæ ſepulturæ.c.2.de hære,eod.lib. qũo
ergo in eccleſia præſentari poterit.¶ Sed non incedendo per
mendicata ſuffragia, Firma.i trac.de epõ.in j.par.2.li.in 45.q.de
cidit hoc, cum expreſsè dicat, cum aſſerit electionem factã de
hæretico,non eſſe canonicam.& d.Fel.in c.2.de reſcr. cũ quæ-
rit, an collatio facta periuro, ſit ipſo iure nulla ante finẽ illius
qõnis,& ſic in 3.col.dicit electionem vel collationẽ factã hæ-
retico, eſſe ipſo iure nullam:imo hæreſim priuare quẽ ipſo iu-
re beneficio,allegando Per.de anch.conſ.258.inc.vltra alia ſo-
lemniter.¶Sed dic melius non eſſe incẽdendum per mendica
ta ſuffragia:cum hodie de hoc ſit tex.clarus in ca.2.in §.hæreti
11 ci aũt.de hær.li.vj.vbi aperte dr̃ hæreticos & eorum filios †vſ
que ad ſecundam generationem nullum eccleſiaſticum bñfi-
cium vel officium adipiſci poſſe. quod hodie eſt intelligendũ
de ſecunda generatione ꝑ lineam patris, de filio & nepote:ſed
per lineam maternam non:niſi ad primum gradum,& ſic ad fi-
lios:vt in c.ſtatutum.el.2.de hær.lib.6.& ẽt niſi emendati tales
hæretici eſſent reincorporati eccleſię,& parati ad pœnitentiã
peragendam:vt in d.c.ſtatutum.¶ Imo plus vt dicunt Io.And.
& alij in d. c. ſtatutum.illa pœna extenditur ẽt ad filios illegiti-
mos.vt ibi plenè Dom.&Phil.fran.& plus dico,ꝙ ſi quis vir ec
cleſiaſticꝰ ad ꝑces hæretici dignitates ꝑſonatꝰ, & q̃cũq; alia ec-
cleſiaſtica beneficia ſciẽter fuerit adeptꝰ,illis ẽ priuatꝰ ipſo fac-
to,& inhabilis ad ſimilia : ſecus ſi ignoranter: quia tunc ſolum
erit priuatus habitis,& non inhabilis ad habenda.vt in d.c.2.in
§.ad hæc quoſcunque.de hær.lib. vj.vbi etiã omnes doc.addo
ẽt ad prædicta:ꝙ hæretici & eorum filij,& nepotes ſunt priuan
di iam habitis beneficiis.vt in ca.vt commiſſi. in §.priuandi.de
hæret.li. vj. cum conſilio tamen epĩ qui beneficia contulit qñ
ignorando illos hæreticos contulit: ſecus,ſi ſcienter : qa tunc
eius conſilium non requiritur:imo talis ſcienter cõferens pu-
nitur,vt ibi.¶Et ratio huius punitionis eſt ſecũdum Arch. Io.
An.& Dom.ibi in fine: quia ſcienter talibus conferens benefi
cium videtur eſſe fautor illius hæretici.allegant in arg.c.decre
uit.ibi ſeq.¶ Tu ex iſta ratione tenta dicere ex idẽtitate ipſius
poſ.dici præſentantem hæreticum ſcienter cenſeri fautorẽ il-
lius,cum ſit eadem ratio.arg.gl.in cle.j.de ele.in ver.eligatur.&
ſic eum eſſe excommunicatum:& ſi per annum non ſe emen-
dauerit eſſe hęreticum.c.excõicamus.cum aliis de hęr.no.hoc
quia nouum. Et ſic cõclude hæreticũ filios & nepotes ex filiis
12 ex †parte patris hæretici,ex matre autem tñ filios non poſſe
præſentari,niſi redierint ad gremium eccleſiæ:& idem in ſuſpe
cto de hæreſi non ſe purgante : & de iſtis hæreticis diximus. ſ.
in j.par.j.lib.in 7.q.prin.in 4.art.

¶Septimus art.ix.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Hæreticis credentes eorum receptatores fautores & defenſores, dicuntur excommunicati, & eò non poſſunt præſentari & nu.2.*
3 *Hæreticorum fautores, credentes, & defenſores qui dicantur.*

1 Succedit Clara deciſio.7.art.†ꝙ cum credentes,rece-
ptatores,fautores,& defenſores hæreticorũ
ſint excommunicati:vt in d.c.excõicamus.§.credentes.& in c.
ad abolendam.de hęr.cum aliis.ſ. all.& puniantur eadẽ pœna,
qua hæretici:& proxima dicta in hæreticis, militẽt ſimiliter in
credentibus,& huiuſmodi, qui ẽt non poſſunt eſſe patroni:vt
diximus. ſ.in j.par.j.li.in 7.q.prin.in v.art.Ita nec pñtari,præſer-
tim cum tex.d.c.credentes.c. 2.§.inhibemus.cum ſeq.c. vt pro
miſſi.§.priuandi.cum ſeq.& tex.c.ſtatutum.el 2.de hær.li.6.di-
ſponentes hęreticos eſſe inhabiles ad beneficia cum filiis & ne
potibus, vt ſ.extendant ſe, imo clare loquantur, ẽt in creden-
tibus,receptatoribus,fautorib.& defenſoribus eorũ:vt in illis
patet: ergo oĩa dicta in præced.art.de hæreticis eorum filiis &
2 nepotibus,ꝙ pñtari †non poſſunt,habeant ẽt locũ iſto art.vt
credentes,fautores,receptatores,& defenſores eorũ:nec ipſo
rum filij vel nepotes ẽt illegitimi : nec filij tantum mr̃is hr̃icæ
3 præſentari poſſint.vt ſ. ¶† Qui autem dicantur fautores, cre-
dentes,receptatores,& defenſores hęreticorũ: habetur ꝑ doc.
in locis.ſ.all.& per ſummiſtas in tit. de hæret.& per Archi.flo-
ren.in d.tracta.de cenſu.in c.v.

¶Octauus art.ix.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Schiſmaticus an poſſit præſentari vel eligi.*
2 *Schiſmaticus dicitur excommunicatus, atque etiam hæreticus.*
3 *Schiſmaticus an poſſit in Papam vel imperatorem eligi.remiſ.*
4 *Schiſmatici conuerſi & abiurantis ſchiſma electio, an confirmari poſſit per legatum cum diſpenſatione.*
5 *Schiſmaticus quondam electus, an poteſt confirmari.*
6 *Schiſmaticus quadrupliciter dicitur.*
7 *Diſpenſatio requiritur in preſentatione paſſiua.*

1 Sequitur Modo octauo loco dubitari,†an ſchiſmaticꝰ
poſſit præſentari ad beneficium patronatũ?
& dic breuiter quod nos habemus tex.in ca. quia diligentia.de
elect.volentem ſchiſmaticum non poſſe eligi : niſi fuerit con-
uerſus ad vnitatem eccleſiæ;& tunc poteſt cõfirmari ex diſpẽ-
ſatione eccleſiæ.¶Ex cuius tex.diſpoſitione colliguntur duo.
Primum ſchiſmaticum non poſſe eligi , ergo nec præſentari:
per c.fin.de elect.libr.vj.cum ratione.ſ ſæpe allegata:quod di-
ſpoſita in electione habeant locum in præſentatione : & hoc
2 videtur clarum : † quia ſchiſmatici ſunt excommunicati, imo
hæretici:vt per Abb. & doct.in rub.de ſchiſma. & ibi plenè A-
na.ſed proxime præceden.7. articul.latè diximus excommuni
catum vel hæreticum non poſſe præſentari: ergo nec ſchiſma
ticum ex quo excommunicatus & hæreticus. ¶ Secundum
quod habetur ex diſpoſitione dicti textus eſt, ſchiſmaticum
etiam con

etiam conuerſum eligi non poſſ.& ſic nec pñtari, & electionē
& ſic præſentationem eſſe nullam: niſi ſequuta epi diſpēſatio-
ne,vt ibi.& eſt gl.not.in c.nos ꝯſuetudinem. xij.diſt.& ita vult
Abb.poſt alios,in d.c.quia diligentia.& plenè Firma.in trac.de
epo.in j.par.ij.li.in xlv.q.vbi ēt pro hoc alleg.Bal.in tract.ſchiſ-
ma.in 13.col.dicentem electionem ſchiſmatici non dici cano
3 nicam:† & ibi ponit an ſchiſmaticus poſſit eligi in Papam:& an
in Imperatorem.& idem vult ipſe Firma.in e.trac.in 3.part.j,ij.
4 prin.3.lib.in 4.& vlt.q.vbi quærit:an ſchiſmatici †ꝯuerſi & ab
iurantis ſchiſma electio ꝯfirmari poſſit ꝑ legatum cum diſpē-
ſatione?& dicit ꝙ ſic.ꝑ d. c,quia diligentia.& alia iura.ſ. alle. &
Spe.in tit.de legā.§.4.in ver.electionem quoque.& hoc ēt vo
luit idem Firma.in 3.lib,in 2.part.2.prin.in 3.q.vbi ſimiliter q̄-
5 rit †an electus,quondam ſchiſmaticus poſſit ꝯfirmari?& reſpō
det ꝙ ſic.ſi non fuit ordinatus à ſchiſmatico,& electio fuit ſo-
lemniter celebrata,alias nō: & allegat iura prædicta:& ſic vult
electionem tenere cum illa tñ limitatione: niſi fuerit ordinatꝰ
à ſchiſmatico vt ſ.eſt dictum:ergo eodem modo & pſentatio.
6 † Tu aduerte latius materiam amplectendo ſchiſmaticū dici
quadrupliciter, largiſſimè.ſ. oēs ꝯſtitutos in peccato mortali:
large excommunicatos: ſtricte eiicientes epm de ꝓpria ſede:
ſtrictiſſime diuidētes ſe ab vnione eccleſiæ: & iſtos dici dupli-
citer ſchiſmaticos:primo modo,ſapit hæreſim:ſcd̄o modo, ñ:
vt per Abb.& doc.in d.rub.de ſchiſmati. & latè diximus.ſ.in j.
part.j.lib.in 7.q.prin.in 6.art.in prin.¶Dic modo plenè,ꝙ ſi lo
quimur de primo genere ſchiſmatic.ſ.de exiſtente in peccato
mortali:an poſſint pñtari non eſt hic locus:ſed.j. in iſta.ix,qō.
prin.in x.art.dicemus,dum tractabimus:an exiſtens in peccato
mortali, poſſit pñtari? ¶Si vero loquimur de aliis generibus
ſchiſmaticorum,an exiſtentes in illis pñtari poſſint?& dico ꝙ
aut querimus de ſchiſmatico:an poſſit pñtari?& dicendum eſt
ex quo eſt excommunicatus vel hæreticus:ſicut diximus in ꝓ
ximis præced. art.excommunicatū,vel hæreticū non poſſe pñ
tari:ita nec ſchiſmaticum exiſtentem in tali ſchiſmate, ꝑ qd̄ eſt
excōicatus vel hæreticꝰ: & in hoc ꝯcurrit diſpoſitio tex.d.c.qa
diligentia.& volunt oīa iura:& doc.ſ.all.q loquunt̄ in ſchiſma
tico ꝯuerſo: & ſic negant totaliter exiſtentē in ſchiſmate poſ.
præſentari:& in hoc non eſt dubiū:nec cadit diſpēſatio. ¶Aut
quærimꝰ, an poſſit pñtari q fuit in p̄dictis tribus generibꝰ ſchiſ
maticis:& tñ eſt ꝯuerſus,& dicendum eſt,ꝙ non:niſi cū diſpen
ſatione,ſaltem epi:vt in d.c.qa diligentia.licet ſchiſmaticus ꝯ-
uerſus poſſit eſſe pronus:vt in d.7.art.7.q.prin.j.par.j.lib. & ſic
7 poſſit pñtare †ſine diſpenſatione,qa diſpēſatio reqritur in pñ-
tatione paſſiua.¶Hoc tñ nō habet locum,cū ſchiſmaticꝰ ꝯuer
ſus recipit ordines ab epo ſchiſmatico:quia tunc ēt cū diſpēſa
tione pñtari nō poterit.vt ſ.diximus poſt Firma.¶Intellige tñ
iſta dicta in ſchiſmatico ꝯuerſo,qui fuit ī ſchiſmate ſapiēte hæ
reſim, ñ in ſchiſmatico ſcd̄i generis.ſ.in excōicato:qa ille ſine
diſpenſatione poſtq̄ fuerit abſolutus ab excōicatione,poterit
pñtari:vt diximus.ſ.in j.art.pñtis.ix.q.prin.qa durante excōica
tione impeditur præſentatio de excommunicato. An autem
ſchiſmaticus amittat ius pa.& conuerſus illud recuperet? dice-
tur.j.deo duce in 3.lib.Et per iſta omnia ſunt plana.

¶Nonus art.ix.q.prin.j.partis.ij.Libri.

1 *Apoſtatarum plura ſunt genera.*
2 *Apoſtaſia,quid.*
3 *Apoſtaſie ſpecies, & n.5.*
4 *Apoſtata an dicatur is,q intrat aliud mōaſteriū, & an dicatur excōicatus.*
6 *Apoſtata an præſentari poſſit. & n. 8.9.*
7 *Apoſtata an poſſit doctor creari,ſicut nec infamis vel Iudeus.*

Succeſſiue Dubitat̄.ix. loco, an apoſtata in beneficio
1 patronato pñtari poſſit?†Et eſt aduerten-
dum plura eſſe genera apoſtatarum:quæ diffinitur per ſummi-
2 ſtas †eſſe temerariam à ſtatu fidei inobedientiam:vel religio-
nis receſſum, inde dicta quaſi poſt actio.i.retrogradatio, q̄ tri-
3 plex dici pōt ꝑ predicta.¶Prima † à fide: ſcd̄a à religione:tertia
ab obedientia:et quecunque ex iſtis repellit ordinandum.Vn
de prima.ſ.à fide ꝓbatur cū oīs apoſtata à fide: hæreticus dr̄ &
infidelis:& ipſo iure excommunicatus.c.ad abolendam.de hæ
re.¶Secunda à religione:& iſta incurrit̄ ꝑ temerariam habitus
deſertionem,cum aſſumptione ſecularis vite:& tales ſimiliter
ſunt excommunicati ipſo facto:vt eſt tex.cū gl.in c.2.ne cleri
ci vel mona.li.vj.& tex.in c. fi.de apoſtatis. vbi de monacho in
apoſtaſia ordinato ad ſacros ordines,vt nunq̄ poſſit illos mini
ſtrare deinceps ſine diſpenſatione papali:& intelligit Dom.ibi
poſt Lap. & Hoſt.etiam ſi retineat & portet habitum religio-
nis, dummodo poſſit dici fugitiuus: & eſt extra licentiam ſeu
4 obedientiam abbatis.¶† Et ibi per doct. etiam de illo qui in-
trat aliud monaſterium in caſu non cōceſſo: vt quia tranſit ad
laxiorem regulam,an dicatur apoſtata,& excommunicatus ip
ſo facto: quia de hoc ſunt opinio.vt ibi per d.Ant.& per eun-
dem Domi.plenè in §. apoſtata. 50. diſt.Et videtur inclinare in
partem negatiuam,vbi etiam ponit, quid ſi non dimittit in to
tum habitum religionis,ſed partem habitus:vt quia deferat ha
bitum religionis abſconſum, & exterius habitum clericorum
ſecularium:& concludit, ꝙ ſi eſt monachus clauſtralis incurrit
excommunicationem ipſo facto,allegat ad hoc gl.in cle. 2. in
verbo,extrinſecus.de vita & hone.clerico. & per Io.An.in ca.
fi.de re.iur.lib.vj.in mercu.Aut non eſt monachus clauſtralis,
ſed tranſlatus ad eccleſiam parrochialem,& tunc extrinſecum
habitum mutare poteſt: non tamen ex toto dimittere.de quo
etiam per Io.de ana.in d.ca.fi. de apoſta.& per eundem in rub.
eiuſdem tit.vbi format quæſtionem:& concludit tales portā-
tes habitum ex toto abſconſum eſſe excommunicatos. refere
do Dom.Ita tenere poſt d.Ant.Io.An.& Pet.de Anch.licet a-
liqui alij contra:& ibi etiam de portante ſub habitu veſtes pro
hibitas religioſis:puta vergatas vel partitas, & breues: itaque
exterius non appareant:& concludit propter hoc eos non in-
currere excommunicationem: & idem etiam concludit de v-
tente tali veſte in domo domeſtice,vt aliquādo fit:puta in ſtu-
dio, vel ſimili loco priuato, allegando Pet.de anch.hoc tenen
tem in cle.quoniam per illum tex.in verbo, publice.de vita &
hone.clerico.plus tenet idem in illo, qui portaret veſtē hmōi
prohibitam non cōtinue,nec cauſa proprij vſus: ſed ex alia cā,
& per momentū tēporis,propter feſtum ſocij: vt ibi plenè de
prædictis per eum. ¶ Tertia eſt apoſtaſia receſſus ab obedien-
tia ſimplici:& iſta non facit incurri excommunicationem ipſo
facto:ſed tñ vt per illam poſſit quis excommunicari, & ꝑ eam
infamia incurratur,& à teſtimonio repellatur. 3.q.4.ca. ſi quis
à ſuo.& 2.q.3.c.ſi autem vobis.vnde ſecundum inobedientiā
commiſſam ꝓ reſpectu,ꝯ quem committitur,& animum cō-
mittentis:& pœnitentiam ſequutam,vel non ſequutā,putarē
talem inobediētem repellendum vel ñ. ¶Poteſt dici & quar-
5 ta apoſtaſia receſſus ab †ordīe clericali:puta qñ qs ſuſcepiſſet
primum ordinem:puta primā tonſuram:& poſtea eam dimit-
teret:hoc eſt,quia nec coronam, nec habitum ſemel aſſumptū
portaret; & de iſto eſt dubium: an ipſe interim quo ſic incedit
ſine habitu & tonſura poſſit ad alium promoueri: an vero re-
pelli quaſi apoſtata: & an talis gaudeat priuilegio clericali: &
maximè fori & canonis ſi quis ſuadēte. 17.q. 4.& quia in hoc
multa dicuntur: recurrendum eſt ad not.in ca.v.de apoſta.vbi
pleniſſimè per Io.de ana.vltra alios:& in ſumma in ver.apoſta-
ta.& in c,fi.de vi.& hone.cler.& in ca.ex parte.de priuile.& ali-
quid in c.tue.de apoſta.vbi de huiuſmodi conſtitutis in mino-
ribus,an poſſunt cogi ad portandum habitum & tonſuram, &
concluſio eſt ꝙ non præciſe,ſed cauſatiue ſic:puta ſi vult habe
re beneficium,& vti priuilegiis clericalibus,vt ibi: & maximè
per Mod.in d.c.tue.de apoſtatis.& in d.c.fi.de vi.& hone.cleri.
6 ¶Iſtis ſic premiſſis deuenio ad art.noſtrum:†an apoſtata pñ-
tari poſſit?& dic ꝙ Firma. in trac.de epo.in j.par.2.lib.in 35.q.
quærit an apoſtata ſit eligibilis:& nō diſtinguēdo de qua apo-
ſtaſia loquatur,& dicit ꝙ non,ēt per Papam ignorantem:ſed ꝑ
ſcientem ſic:quia vr̄ cum eo diſpenſare.all.Bar.in l.Barbarius.
7 in j.col.ff.de offi.præto. ¶† Dicit ēt ibi Firma.apoſtatam non
poſ.creari doctorem;ſicut nec infamis vel iudeus.alleg. Bar.in
j.conſtitu.C.§.his qui neceſſario. licet ibi Bal. ꝯtrarium teneat
(dicit ipſe)quia doctoratus non eſt proprie dignitas:de quo ſe
remittit ad Bartol.in j.conſtitut. ffforum, & in l.ex eo.de teſta-
mento mili,& in c.quanto. de magiſt.& idem vult ipſe Firma.
in d.trac.in 3.lib.in 2.part. 2.prin.in 22.& vlt.q.allegando Bar.
vbi ſ.vbi dicit ꝙ non eſt confirmandus apoſtata ēt electus,niſi
Papa, cum eo diſpenſaret.¶ Tu ad illud de apoſtata non doc-
torando,adde Ioan,de ana.& docto,in rub. de apo. & ibi vide
plura de eis:& ꝙ non ſunt capaces alicuius dignitatis:vt ibi per
eum;vnde tales apoſtate non poſſunt eligi in abbates, arg.j.q.
7.c.ſi quis omnem.& voluerunt Lau.Ala.Pet.& alij.in c.vt pe-
riculoſa.ne cle.vel mona.lib.vj.dicentes tales non ſolum incli
gibiles,ſed electos eiiciendos:ſecundum Archi.& poſt eum a-
lios ibi voluit ēt hæc Arch.floren.in tract.de cenſuris.in ca.lv.
vbi multa de apoſta.& an & quādo liceat eis habitum dimitte
re ſine cenſura excommunicationis. vbi etiam in.74.c.in verſ.
quicunque in monaſteriis. ponit eſſe excommunicatos recipi
entes apoſtatas ordinis prædicatorum in eorum monaſteriis:
8 vt ibi per eum.¶† Tu in hac materia conclude apoſtatam à fi
de,ex quo ſapit hæreſim, non poſſe pñtari: ſicut nec hæretici:
vt diximus.ſ.in 6.art.pñtis.q.princ.¶ In aliis apoſtatis qui non
poſſunt clericari:vt in §.apoſtata. 50.diſt.vt ſ. diximus in princ.
dicendum eſt ſimiliter præſentari non poſſe: cum non poſ-
ſint eſſe

ſint eſſe clerici:& clericatus in p̄ſentatione requiratur:vt dixi-
mus s̃.in 7.q.prin.huius partis in 1.& 7.artic. ¶Et idem dicen-
dum eſt in apoſtatis,qui ſunt excõmunicati, vt p̄ñtari non poſ
ſint,ſicut nec excommunicati:vt de eis cõcluſimus s̃.in 1.arti.
p̄ñtis.q.¶In apoſtatis vero, qui ſolum peccatum mortale cõ-
mittunt,dicẽdum eſt,vt j.dicemus in 17.art.p̄ñtis.q.dum trac-
9 tabimus,an p̄ñtãdus debeat eſſe ſine peccato mortali.† Et iſta
ſint dicta de apoſtatis exiſtentibus in apoſtaſia:ſed de cõuerſis
dicerẽ:ꝙ ſi ſumus in apoſtaſia à fide, dicẽdũ ſit, vt in ſchiſmati-
co hæretico conuerſo:ꝙ etiã ɔuerſus ſine diſpenſatione p̄ñta
ri nõ poſſit.In aliis vero apoſtatis aliarũ apoſtaſiarũ ɔuerſis &
abſolutis,dicerẽ ſimiliter, vt in ſchiſmaticis ɔuerſis, qui tãtum
erãt excõicati,ꝙ p̄ſentari poſſint:vt in ꝓxi.p̄cedẽ arti.diximus.
¶Et de iſtis apoſtatis per do.Albe.troc.in trac.de p̄fec.cler.in
2.lib.in 1.par.in 16.reqſito.& in 2.part.in 1.reqſito.& ꝑ Arch.
flo.in d.trac.de cenſu.vbi s̃.& per Ioan.de ana.in rub.& per to-
tum de apoſtatis:& in ſummis in hoc verbo, & in locis s̃.alle,
maxime in 50.diſtin.de qbus etiã apoſtatis,an acqrere poſſint
iuſpa.diximus s̃,in 1.par.1.lib.in 7.q.prin.in 7.artic.

¶Decimus art.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Simoniacus,dicitur hæreticus,*
2 *Simoniacus an præſentari poſſit.*
3 *Simonia notato interdicitur beneficij adminiſtratio, etiam cauſa pendente.*
4 *Simonia,dicitur hæreſis.*
5 *Simonia dicitur peſtis.Et grauius eſt delictum,quam homicidium.*
6 *Homicida præſentari non poteſt.*
7 *Simoniaci dicuntur infames.*
8 *Simonia in vno ordine an ſuſpendat quem ab aliis ordinibus.*

1 Et quia †Simonia dicitur hæreſis c.quotiẽs.de ſimo.&
per ɔſequẽs ſimoniacus hæreticus,dubitari po
teſt 10.an ſimoniacus poſſit præſentari?& eſt aduertẽdũ ꝙ Fir
ma.in d.tra.de ep̄o.in 1.par.in 11.q.quærit:an ille q facit aliqđ
pactũ cum electoribus,vt eligeretur, poſſit eligi? & ibidem in
13.q.quærit an qs per ſimoniam poſſit eligi ad ep̄atum.& in 3.
lib.in 2.par.2.prin.in 19.q.quærit,an electus per ſimoniã, poſ-
ſit confirmari?Et licet omnes iſte quæſtiones tangant artic. no
ſtrum;tamen articu.noſter eſt generalior:& ſic an qs ſimonia-
cus,ſiue ꝓpter illud beneficium,ſiue ꝓpter aliud poſſit p̄ſenta
2 ri. & per conſequẽs, †an ſimoniacus ſit ita criminoſus ꝙ poſ-
ſit à præſentatione repelli ſicut hæreticus & ſimiles. de quibus
in proximis articu.diximus?Et hunc artic.ita in genere nõ repe
ri tactum.¶Tamen dicerem ex quo habemus ſimoniacum eſ
ſe ſuſpenſum ipſo iure ab officio,ſaltem,c.accuſatum.de ſimo.
hinc etiam dicitur,ꝙ licet accuſato pro quocunq; crimine nõ
3 †interdicatur adminiſtratio beneficij:tamẽ accuſato de ſimo-
nia interdicitur adminiſtratio à beneficio, etiã cauſa nõ finita,
ſed pẽdente.vt in d.c.accuſatũ.& nos habemus ſuſpenſum,ma
xime ab officio,præſentari nõ poſſe : vt late diximus in 2.artic.
præſentis.q. prin. ergo nec ſimoniacus p̄ſentari poterit. Item
4 †ſimonia dicitur hæreſis:& ſic ſimoniacus hæreticus.d.c.quo
tiẽs & c.ſicut ſimoniaca. de ſimo.& hæreticus præſentari non
poteſt:vt diximus s̃.in 6 artic.præſentis.q.princ.ergo nec ſimo
5 niacus p̄ſentari poteſt.¶†Item ſimonia dicitur peſtis.d.c.ſi qs
ſimoniaca.& vt ibidem habetur per doc.& maxime per Abba.
6 eſt maius delictum quam homicidium: † & homicida præ-
ſentari non poteſt:vt j.dicetur in hac.q.prin.in 14.articu. quia
irregularitatem inducit,quæ facit aliquem inhabilem ad p̄ſen-
tationem:vt diximus s̃.in 4.artic.p̄ſentis q.prin. ergo ſimonia-
cus præſentari non poteſt.¶Item ſimoniacus eſt deponendus
d.c.ſicut ſimoniaca & c. de hoc &idem in infamato de ſimo-
nia,qui ſe nõ purgat:vel ſe purgare non poteſt d.c.de hoc. vbi
Abb.& doc.& in c.inſinuatum. & qui deponitur, non poteſt
præſentari.vt diximus s̃.in v.arti.p̄ſentis.q.prin.ergo nec ſimo
7 niacus p̄ñtari poteſt. ¶†Imo ſimoniaci dicuntur infames.vt
late ꝓſequitur Abb.& ibi doct.in c.ex diligẽti.in pen.col.de ſi-
mo.q̃uo ergo infamis admittetur ad p̄ſentationem,cum colla
tio facta infami nõ teneat.reg.infamibus.de reg.iur.libr. 6.l.2.
C.de dignita.lib.12.Abb.in c.quærelam.in 2.col.de iureiur. &
eſt priuatus ipſo iure beneficiis.Per.de anch.ɔſi.288.vltra alia
ſolemniter quem refert Fely.in c.2.de reſcrip.in 3.col. ante fi-
nem illius quæſtionis,an collatio vel electio facta periuro, ſit
ipſo iure nulla?& expreſſius voluit Arch.flo.in ſuo tract.de cẽ
ſuris.in titu.de irregularitate,qui in rub.de irregularitatibus ex
enormibus & mediocribus criminibus contractis, dicit ſimo-
niam eſſe crimen enorme : & ideo impedire ꝓmouendum, &
deiicere ꝓmotũ ẽt poſt pœnitẽtiã:vt ibi ꝑ eũ;ergo p̄ſentari nõ
põ::imo etiã electio ſimoniaca facit deponi p̄latum ab officio
& beneficio d.c.de hoc.de ſimo.vbi Ab.in prin.& c.nobis.hoc
tit.¶Dicerem ergo,ꝙ ſi aliqs ſimoniacus in ordine,ſiue ſit pu-
blicus,ſiue occultus, eſt ſuſpẽſus quo ad ſe, & quo ad alios : ſi
vero eſt ſimoniacus ex beneficio,ſi eſt occultus , eſt ſuſpenſus
ſolum quo ad ſe:ſed ſi eſt notorium,ſeu ꝓbatum in iudicio,qa
acta notoriũ faciũt,eſt ſuſpenſus quo ad ſe,& quo ad alios, Ita
pulchre Abb,in d.c.accuſatum.& in c.tãta in ſi.& in c.ꝑ tuas el
2.de ſimo.& in c.tua nobis.de decimis.& in c.per tuas.el 3. de
8 ſimo.vbi†ponitur,an ſimonia in vno ordine commiſſa,ſuſpẽ-
dat quem ab aliis ordinibus?& in dictis locis late ꝑ alios doct.
vnde concluderem in ſimoniaco : idem quod concluſimus in
ſuſpẽſo:ꝙ ſicut poteſt vel non poteſt ſuſpenſus præſentari:ita
& ſimoniacus:ſiue in illo beneficio, ſiue in alio:& quam maxi
me,ſi fuerit ſimoniacus in ordinibus:& præſertim ſacris.

¶Vndecimus articu.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Simonia committitur per præſentantem et præſentãdum facientes pactum, & promiſſiones iuratas.*
2 *Simonia admittitur tam in ſpiritualibus,quam annexis.*
3 *Simonia cadit etiam in præſentatione.*
4 *Simonia committitur ſi quid detur donanti ius patronat.*
5 *Simonia vt inducatur, an pacta & promiſſiones debeant interuenire ante vel poſt præſentationem & an requiratur iuramentum.*
6 *Per Simoniam an poſſit quis ad epiſcopatum promoueri.*

1 Et ex Iſtis ſuccedit alius, & 11. in ordine articu.†an præ-
ſentandus & p̄ſentantes facientes pacta & ꝓmiſſio
nes maxime iuratas,committant ſimoniam?& vt diximus in ꝓ
ximo præceden.artic.Firma.loquẽs in electione,ponit hãc q̃õ
nem in trac.de ep̄o.in 2.lib.in 1.par.in 11.q.& tenet talem non
poſſe eligi,velut ſimoniacum,per c.per inquiſitionem. de ele.
vbi gl.& doct.8.q.3.c.1.& 2.et gl.in c.venerabilem.de elec.qđ
dicit verũ,ſi dictũ pactum eſt iuratum,& factum antequam fiet
electio:ſecus,ſi poſt:per d.c.1.& 2.Sed dicit Bal in l.ab Anaſta-
ſio.C.manda.tenere ɔtrariũ.ſ.prælatum cõmittere ſimoniam,
etiã ſi poſt electionem donat ꝓmouenti : quod dicit credere
eſſe falſum,per no.in d.c.1.& 2.& facere ɔ̃ pontifices ſummos
qui vt eligantur,promittunt & iurant dñis Cardinalibus maria
& montes:& ſimiliter ɔ̃ alios prælatos.¶Et ex prædictis dice-
rem idem eſſe in præſentando præſentatoribus promittente
aliquid cum iuramento:vt ſit ſimonia per vtrunque ɔ̃cta,cum
præſentatio ſit ad inſtar electionis:vt ſæpe in hoc opuſculo:&
2 præſertim in iſta parte diximus : †et etiã quia ſimonia cadit tã
in ſp̃ualibus,quam in annexis ſp̃ualibus:vt volunt omnes doc.
diffinientes ſimo.quos refert Io.de ana.in rubri.de ſimo. & eſt
tex.in c.præterea.el 2.de tranſac.vbi omnes:et ſic etiam in p̄ñ-
tatione ɔſideratur ſimonia:vt ibi etiam diximus in ꝓximo p̄ce
den.artic.et ideo ſicut cadit in ɔfirmatione et collatione quæ
reſpiciunt beneficium electiuum vel collatiuum.Ita et in inſti
tutione quæ reſpicit ꝓuiſionem beneficij patro.c.auctorit.vbi
3 Abb.de inſt.et per totum:et ꝙ cadat†in inſtitutione ſimonia,
eſt tex.in c.intantum.et in c.non ſatis et in c.audiuimus et in c.
vt Dei.de ſimo.vbi Abb.et alij : et faciunt quæ diximus s̃. in 2.
4 par.1.lib.in 4.q.princ.in 3.articu.vbi tractauimus : †an donãri
ius patr. ſi donatur aliquid committatur ſimonia?et dicitur ꝙ
ſic:vt ibi.et per c.ex inſinuatione.de iure patr.vbi Ab.in 1. not.
hoc colligit,igitur licet p̄ſentatio ſit fructus iuriſpa. qđ eſt an-
nexum ſp̃ualitati;vt in c.cõſultationibus. et in c.ex literis. hoc
ti.de j.et de 2.ꝙ ſit annexus eſt tex.in c.quanto.de iud.et ſimo-
nia cadit ita in annexis ſp̃ualitati,ſicut et in ipſis ſp̃ualibus , per
ſupradicta. Merito ſequitur ꝙ ſicut ſimonia cõmittitur in ele-
ctione:vt in c.per inquiſitionem.de elec.quæ electio eſt fruc-
tus iuris eligẽdi c.quærelam.de elec.Ita et in p̄ſentatione, quæ
eſt fructus iuris annexi ſp̃ualitati. ¶Pro hoc etiã adduco, nulli
dubium eſt,maiorem ſpiritualitatem eſſe in ipſo actu præſenta
tionis,quam in ipſo iure patr. cum ipſe actus dirigatur in cleri-
cũ:et non poteſt dirigi in laicum.vt diximus s̃.in 7.q.princ.hu-
ius par.in 1.et 7.artic. iuſpa.vero quaſi poſſidetur per laicos,vt
de iurepa.per totum.Sed nos habemus iuſpa.de per ſe conſide
ratum vendi non poſſe:et in eo ſimoniam committi. c.de iure
hoc titu.cum ibi nota.et diximus s̃.in 2.par.1.lib.in 5.q. princ.
in 1.et pluribus ſequent.articul.Sed circa difficultatem, de qua
5 s̃.an pacta et promiſſiones debeãt†interuenire, ante, vel poſt
præſentationem ad inducendam ſimoniam ; et an requiratur
iuramentum vel ne,ex dictis per doct.in locis præallegatis col
ligerem:ꝙ aut pacta fiunt ante electionem vel præſentationẽ,
et quod promittitur,datur, et ad eſſe ſimoniæ , non requiritur
iuramẽtum:qa ꝓmiſſiones ſunt exequutæ:aut fiũt ꝓmiſſiones
q̃ ſunt exequẽdæ poſt:et videtur requiri iurm̃:aut ꝓmiſſiones
exequuntur

exequuntur poſt actum perfectum:& eſt ſicut ſi ante fuiſſent
exequute:licet fuerint:vel non fuerint iurate:aut donatur ali-
quid poſt.quod ꝓmiſſum nõ erat,& nõ erit ſimonia:& ita con
cordatur opinio Canoniſtarum cum Bald. vide in dictis locis.
¶Quærit etiã Firma.in d.trac.de epõ.in 2.lib.in 1 part,in 13.q.
6 †vtrum p ſimoniam poſſit quis ꝓmoueri ad epatum? & dicit
ꝙ non.per d.c.inquiſitionem.de elec.& ibi an preces inducant
ſimoniam,& quid in electione Papæ,vide ibi. Conclude tamẽ
ſimoniam etiam in præſentationem cadere.

¶Duodecimus articu.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Ambitioſus an poſſit præſentari vel eligi.& nu.4.*
2 *Ambitioſus quis dicatur.*
3 *Epiſcopatum qui deſiderat vt proſit, non vt præſit, bonum opus deſiderat.*
5 *Epiſcopatus & aliqua dignitas an poſſit quoquomodo appeti.*

Formatur Ex p̃cedentibus 12.artic.videlicet,quia ſi-
monia & lex iulia de ambitu æquiparãtur;
vt p doc.in rub.de ſimo.in prin.& p̃ſertim Ana.qui dicit mate-
riam titu.de ſimonia haberi in l.vnica.C.& ff.ad l.iul. de ambit.
1 †An ambitioſus poſſit p̃ſentari? & breuiter dic eundem Firm.
formare hanc q.in 2.li.in 1.par.in 69.q. & dicere ambitioſum
non poſſe eligi in epiſcopum.alleg.1.q.1.nullus itaque.1.q.6.
2 ſicut l.ſi quanquam.& ibi Bal.C.de epi.& cle.†& dicit illũ dici
ambitioſum qui deſiderat præeſſe & non ꝓdeſſe:nam qui deſi
3 derat epatum,vt ꝓſit,non vt præſit,bonum †opus deſiderat c.
qui epatum.8.q.1.Et adducit ſanctum Hieronymum dicẽtem:
vt fertur tunc fuiſſe laudabile epiſcopatum appetere, quando
dubium non erat p hunc ad martyrii gloriam ꝑuenire.Et ibidẽ
ipſe Firma.in ſequen.q.quæ eſt 70. dãnat epm volentem me-
liorem epatum quam illum,quem habet ex ambitione:& ſimi
liter ſi cauſa ambitionis ad alium epatum transferre ſe facit. vi
de ibi plura: & pulchrè p eundem de iſta ambitione in d. tract,
in 3.lib.in 1 par.in 14.q.quando quærit,an electus qui cum põ
pa intronizatur,ſit vt ambitioſus de tali põpa puniendus, vide
ibi:& in loco allegando in ſequen.art.cũ igitur ambitioſus eli
gi nõ poſſit:ita nec p̃ſentari p congruentiam rationis.¶Tu dic
4 iſtã concluſionẽ.ſ.ambitioſum †p̃ſentari non poſſe, ꝓbari per
tex.expreſſum eius rõne atteta in c.p veſtras.hoc tit.vbi ꝓhibe
tur quem ſeipſum p̃ſentare vt euitetur ambitio:ex quo ambi-
tioſus p̃ſentari non põt.vt ibi latè p tex.in c.in ſcripturis.8.q.1.
de quibus latè diximus.ſ.in ꝓxima p̃ceden.8.q.prin.huius par.
in 1.artic.& ſequen.p totam q.& ſic p d.tex.c.p veſtras. & per
dicta doc.in locis allega.in d.8.q.prin.concluderem nõ ſolum
ambitioſum nõ poſſe eligi in epm:imo nec etiã pñtari in bene
ficiis magnis ſeu curatis,vel p̃latura, ſeu perſonatum habenti-
5 bus:per ea quæ diximus in 2.artic.d.8.q.prin.†an autẽ epiſco-
patus & dignitates eccleſiaſticæ poſſint aliquo modo appeti:
vide Albe.de troctis de hoc quærẽtem in trac.de perfecto cle-
rico.in 2.li.in 18.requiſito.¶Et an ambitio patris noceat filio,
diximus in d.8.q.princi.huius partis in 12.artic.

¶Decimusſextus arti.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Præſentari an poſſit is, qui præſentationi cõſenſit antequam præſentaretur. & numer.3.*
2 *Eligi non poteſt,qui antequam eligeretur, conſenſit electioni.*

1 Et per Prædicta deciditur 13.artic.†an ille poſſit pñtari
qui antequam pñtaretur, pñtationi cõſenſit?Iſtã
q.formauit in electione Firm.in d.tra.de epo.12.li.in ipſa 1.par.
2 in 61.q.†qui dicit,nõ poſſe eũ in epm eligi, qui ante electio-
nẽ fuerat requiſitus & cõſenſit electioni de ſe faciẽdæ:imo de-
bet electio poſtea facta caſſari.alleg.c.poſt.de elec. qđ dicit in-
telligi ſecũdũ gl.pen.& fi. ibi:vt non ſufficiat requiſitio tñ,niſi
acceſſerit conſenſus;& ponit rõnem cur cõſenſus requiratur,
vt electio nõ teneat,q̃ vr̃ facta de ambitioſo : & ſi ſolum fuiſ-
ſet requiſitus,non diceretur ambitioſus:niſi cõſenſiſſet:nã cõ-
ſenſus indicat eius ambitionẽ,& nõ requiſitio ꝯſenſu nõ præ-
ſtito.alleg.c.p laycos 16.q.7.cũ aliis allegatis in dictis locis.Po
nit & aliã rationẽ, quia ꝓceſſus electionis eſſet inordinatus:cũ
poſt electionem requiratur ꝯſenſus electi,& non ante,c. cum
3 poſt.& c.cum inter canonicos.de elec.¶†Et p iſta ego dicerẽ
idẽ in pñtatione;quia licet nõ militet ex toto iſta ſecũda rõ, ex
quo nõ reperitur ita præciſe ſtatutũ , vt ſic ordinate ꝓcedatur
in pñtatione:ſicut in electione;tñ hmõi ordo eſt naturalis; vt
quis prius pñtetur, & poſtea acceptet;vt plura ſimilia ponit ibi
Firm.tñ dato ꝙ iſta ratio nõ militaret:nõne militãte alia.ſ. am-
bitionis euitãde, idẽ eſſet dicẽdũ?certè ſic.p §.affinitatis.inſt. de
nup.nã vt prox.diximus in p̃ced.art.ſicut in elect. ꝓhibetur am
bitio,& ambitioſus repellitur.Ita ẽt & in pñtatione.p c.per ve-
ſtras.hoc tit.& p rationem c.in ſcripturis.8.q.1.quæ etiam mili
tat in præſentatione:vt proxime diximus.Et iſta ſufficiant,quo
ad ſimoniam & ambitionem.

¶Decimusquartus arti.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Homicida an poſſit eligi vel præſentari.*
2 *Homicidij mandator an ab epiſcopatu poſſit remoueri & turbari.*
3 *Homicida clericus an & quando ſuſpendatur ab altaris adminiſtratione.*
4 *Homicidiũ an & quãdo irregularitatẽ inducat.Et quotuplex ſit homicidiũ.*

1 Dubitatur Decimoquarto,†an homicida poſſit pñ-
tari?Et Firm.in d.tract.de epo.in 2.libr.in
ipſa 1 part.in 36.q.quærit, an homicida eligi poſſit?& dicit ꝙ
nõ.alleg.c.vlti.51.diſtin.& c.ſi quis viduam.verſi.ſimiliter.50.
diſtin.vbi dicit hoc eſſe verũ,ſiue facto , ſiue ꝯſilio,ſiue auxilio
ſit tali crimine irretitus.25.diſtin.c.fi.cũ gl.81.diſtin.c.1.& c.fi.
de temp.ordin.& ibi latè ponit, an homicida poſſit p Papã ꝓ-
moueri in epm:& an cũ eo videatur diſpenſare,quem ſcienter
ꝓmouit:& ibidem an iuſte retineat beneficium, vel dignitatẽ
homicida,donec deponatur:& ibi etiã quid de medico chirur-
go;& quid de dante venenum?vbi ſimiliter ponit; an mãdator
2 homicidii debeat † deponi ab epatu:& an in ſtatuto mandans
habeatur ꝓ homicida?quæ omnia omitto , quia nõ ſunt pñtis
ſpeculationis:ſed me remitto ad adducta per eum:& ad loca p
ipſum allega.¶Tu circa hunc art.dic nulli dubium eſſe homi-
cidam vel membrum mutilãtem eſſe irregularẽ : vt in c. 1.per
doc.& in c.ſicut dignum de homi.50.diſtin.p totum etiã ſi oc
ciſus vel mutilatus ſit paganus 50.diſtinc.c.clericũ. & diximus
late ſ.in 4.p̃ceden.articu.huius q.ſed irregularis pñtari nõ põt:
vt in d.4.artic.ergo nec homicida, ſeu mutilator mẽbri:per ibi
dicta.Niſi homicidiũ eſſet neceſſariũ:& in aliis caſibus ele.vni-
3 cæ.de homi.puta† ꝓ ſui defenſione , ex quo non habebat aliũ
modũ euadẽdi,quo caſu poterit incontinenti celebrare; vt ibi
multo fortius & pñtari:& ita alias in facto Manfredoniæ quæ
eſt noua ſi pontus,in quodam monacho aggreſſo à ſororio il-
4 lũ interficiente ꝯſolui.¶†Et de multiplici homicidio:& quã-
do inducat irregularitatẽ:& quãdo non;puta de volũtario.ca-
ſuali & ſimilibus:plene per do.Alber. de troctis in ſuo elegan.
trac.de pfecto cleri.in 2.lib.in 14.requiſito per totum vbi mul
ta pulchra ponit:& ꝙ homicida eligi nõ poteſt,ponit etiã glo.
& doc.in c.ſi ſane,de elec.lib.6.ergo & pñtari;vt ſæpe diximus.

¶Decimusquintus art.9.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Periurus an præſentari poſſit,vel eligi.Diſting nu.7.11.& 12.*
2 *Periurus priuandus eſt beneficio eccleſiaſtico.Et an ſit priuatus ipſo iure, numero 3.*
4 *Periuro collatio facta,ipſo iure nulla eſt.Et quid ita.nu.5.*
6 *Periurus dupliciter dicitur.*
8 *Periurium non infamat niſi appoſitum in contractu.*
9 *Collatio electio,confirmatio,& inſtitutio facta periuro,vt teneant, reſtitutio requiritur.*
10 *Debitor , qui promiſit ſoluere vſuras cum iuramento in contractu appoſito,licet efficiatur periurus:tamen infamiam non incurrit.*
12 *Animarum cura,ars artium eſt.*

1 Duditatur Succeſſiue.15.†an periurus poſſit præ-
ſentari ad beneficium patronatum?& dic
breuiter piurum non poſſe eligi,niſi pœniteat.ſm glo.in c. ru-
ſticus.85.diſtin.Ita nec pñtari,per ſæpe allegatam cõuenientiã
quæ eſt inter prædicta,& ideo Firma. hoc tenendo in d.tracta.
de epiſcopo.in 2 lib.in 1.part.in 34.q. dicit ita debere intelligi
gloſſ.in c.ſi forte,de elect.libr.6,quæ dicit periurum non poſſe
promoueri ; nam intelligitur de periuro, quem non penituit.
& nota.in cap vltim.51.diſtin. in prin. & pro hoc etiam addu-
2 cit:†quia periurus debet priuari beneficio eccleſiaſtico.alleg.
Bald.in leg.1.in 2.col.C.de reb.cred.& iureiur. per l,quotiens.
C.de dignitat.libr.12.& ideo periurus non poteſt regere eccle
ſiam.c.quærelam.de iureiurand.& gloſſ.in capi.fina.eod. titul.
lib.6.ergo nec eligi:& ſic nec præſentari,& ibi plene ponit Fir
3 ma.an periurus admittatur in teſtem,ſi non pœniteat? ¶†Tu
aduerte inter doct.eſſe maximam alterationem,an periurus ſit
priuatus ipſo iure beneficio vel priuandus?de qua late p Abb.
poſt antiquos:& ibi etiam per d.Fel.& Mod.in c. querelam. de
iureiur.& plenius per eundem Felin.in capit.2. in princ.de re-
ſcript. vbi quærit , an collatio periuro vel electio de eo fa-
cta ſit ipſo iure nulla, quicquid tamen ſit , communiter
conclud

concludunt periurum rõe iurĩ interpoſiti in ↄ̃ctu iurato eſſe
infamem,ꝑ auc.ſi quis maior.C.de tranſa.& per do.in d.c.que
relã.vbi Ab.& d.meus Corſe.& ꝑ eundẽ Ab.& doc.in ca.teſti-
monium.de teſt.& per Legiſtas in d.aut.ſi quis maior. & colla
tio facta infami,eſt ipſo iure nulla. reg.infamibus de reg.iur.li.
6.l.2.C.de digni.li.12.c.inter dilectos.de exceſ.prælato.& Ab.
in d.c.querelam. & collatio eſt modus prouidẽdi aliquem de
beneficio:imo de principalioribus modis.c.2.& per totum.de
conceſ.præb.iuncto.c.omnes baſilice.xvj.q.vj.& maius ius tri
buens q̃ pñtatio,cum tribuat perfectum ius,vt in dictis iurib⁹:
p̃ſentatio vero ius ad rem: & non in re.c.cum Bertoldus de re
iud.vbi omnes:& præſertim Fel.& pulchre Abb.in c.ſuper eo.
de elect.Igitur cũ minus ius tribuat,citius annullatᷣ: & ſic mul-
to magis præſentatio de periuro,eſt ipſo iure nulla : ergo piu-
4 rus præſentari non poteſt.¶† Et pro iſta argumentatione, &
ꝙ collatio facta piuro,ſit ipſo iure nulla, adducitur in terminis
Fed.de ſenis cõſ.48.d.Car.Ab.& alij:&ſignãter d.meus Corſe.
in d.c.quærelam.de iureiur.per tex.in c.propoſuit.de cleri.ex-
5 com.min.& d.me.ibi adducit rationem diuerſitatis: cur † col-
latio facta periuro,ſit ipſo iure nulla:& ſecundum magis com-
munem opinionem periurus nõ ſit ipſo iure beneficio priua-
tus, quæ eſt, quia facilius abdicatur à nobis ius quærendum q̃
quæſitum.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff.de don. inter virũ & vxo.
cum ſimi.¶Et licet d.Fel.in d.c.2.in 3.& ſeq.col.de reſcr.dum
quærit,an collatio facta piuro,vel de eo electio,ſit ipo iure nul
la,vel annullanda?concludat collationem eſſe ipſo iure nullã:
de electione vero eſſe opiniones,ꝗcquid ſit, omnino conclu-
ditur electionem ñ tenere:ergo ita nec præſentationẽ.¶Quid
dicendum in hoc paſſu?nam vt vides Firma.per iura ꝑ eũ alle-
gata,vult periurum eſſe ineligibilẽ,ſi non pœniteat: & ſic ſi pe
niteat,eſſe eligibilem: & nõ diſtinguit de periuro infamatiuo,
vel non:vt diſtinguit Ab.in locis.j̃.allegandis:& ſi nos loqui-
mur de periurio infamatiuo,nõ video, qũo pœnitentia poſſit
tollere infamiã:niſi ſequuta reſtitutione principis.vt C. de his,
qui no.infa.per totum,& per doc.in c.cum te.de re iud. & in l.
1.§.de qua.ff.de poſtu.& per Bart.in l.infamem.in fi.ff. de pub.
6 iud.¶† Vnde pro concordia omnium: dicerẽ duplex eſſe piu
rium:vnum,quod eſt ↄ̃ ↄ̃ctum iuratũ.vt in auth.ſi quis maior.
C.de tranſac.& iſtud infamat.vt s̃.diximus ſm communẽ opi-
nionem:aliud ↄ̃,iuramentum aſſertorium, quod nõ infamat:
vt per Arch.in c.auctoritatem.xv.q.ij. & ſic extra ↄ̃ctum & de
pñti:vt iſta ponit Ab.in ſæpe allega.c.querelam.in prin.2.col.
7 & plenius in ca.teſtimonium.de teſt.vbi d.Fel.& alij.¶† Si er-
go ſumus in periuro qui venit ↄ̃ iuramentũ aſſertorium,& nõ
poterit eligi:& ſic nec præſentari:niſi pœnitentiam egerit:& i-
ta loquuntur Firma.& iura ꝑ eum allegata : & ꝓ hoc facit : qa
negari non poteſt periurum ex hmõ periurio poſſe priuari be
neficio:vt oẽs concludunt in d.c.quærelam. imo etiã ſecũdũ
aliquos ꝑ ſolã fidẽ vel ſimplicẽ ꝓmiſſionẽ nõ obſeruatã. vt ibi
plene do. Abb.¶Aut ſumus in piuro piurio infamatiuo: puta
quia venit contra iuramẽtum appoſitum in cõtractu,qđ periu
rium infamat:& dicerẽ nõ ſufficere ſolã pœnitẽtiã ad faciẽdũ
eũ eligibilẽ,ſine reſtitutione famę:quia regula,infamibus:et a-
lia iura s̃.allegata volentia collationem factam infamibus, eſſe
ipſo iure nullã.põderãt infamiã quæ ꝑ pœnitẽtiã nõ tollitur:
ſed ꝑ principis reſtitutionem.ꝑ ſupradicta, conſidera ſupraſcri-
pta:quia credo illa ꝓcedere:& ita poſſe concordari, & ſaluari
hos patres,qui adinuicẽ cõtrariari videntur.¶Poſſent ad p̃dic-
ta addi effectus,& virtutes iuramẽti:& ꝙ licet variatio in p̃ſen-
tationibus laicis ſit conceſſa c.qđ autem.& c.cum aũt.cũ ſimil.
hoc tit.tamẽ patronus qui p̃ſentauit cum iuramẽto nõ poterit
variare.vt j̃.dicetur in 2.par.huius 2.li.in 7.q.prin.in 16. artic.
¶Aduerte tamẽ ad vnum,quod ponit do.Fely.in d.c.teſtimo-
nium.de teſt.in 6.col.in verſi.idem beatus Thomas in ſua 3.cõ
clu.poſt eundem beatum Thomam in 2.2.q.89.articu.3.circa
medium:ꝙ licet in iuramento aſſertiuo periurus non ſit infa-
mis:& ideo ſufficit pœnitẽtia: vt s̃.diximus:tamen ſi ſit lata ſen
tentia diffinitiua contra eum in cauſa accuſationis erit infamis:
& ideo cenſebitur de eo ſicut de periuro,qui venit contra iu-
ramentum permiſſorium.¶Aduerte etiam pœnitentiam non
ſufficere in iterum periuro ad vomitum redeunte : quia non
videtur pœnitens.vt per Abb.in d. c. teſtimonium. in 1.col.in
vlti.not.& in ſequen. verſi.vt dicemus latè in perſeuerante in
8 aliquo peccato mortali in 16.artic.præſentis.q. prin. ¶†Item
eſt aduertendum:nam licet ſit communis opinio periuriũ nõ
infamare,niſi ſit cõtra iuramẽtum appoſitum in contractu:vt
volunt etiam doc.in d.c. teſtimonium.vbi plenè do.Fely.in 8.
col.per auct.ſi quis maior.C.de tranſac.tamen negari non põt
iuramentum permiſſorium:& ſic de futuro non inducere infa
miam canonicã:iuxta Ab.in c.teſtimoniũ.& ibi Fely.circa me-
diũ 7.col.quæ infamia canonica indiget reſtitutione:vt dice-
tur in ꝓximo ſequẽ.artic.& ponit Abb,in d.c.teſtimoniũ.in 4.
col.quãdo eſt ꝑſeuerãtia in illo delicto. Cum ergo nos ſimus
circa collationẽ, electionẽ, ſeu p̃ſentationẽ , ſiue inſtitutionẽ,
quæ omnia ſunt de iure canonico,neſcio videre qũo poſſit ꝑ-
iurus etiã ex iuramento ꝓmiſſorio eligi,cõfirmari,p̃ſentari,in-
ſtitui,vel beneficiũ ſibi conferri: niſi facta reſtitutione illa per
canones inducta. ſ. niſi ſit liberatus ab ipſa infamia canonica.
¶Aduerte ad aliud:quia in infamia facti omnino requiritur re
ſtitutio,vel obliuio infamiæ,& in infamia iuris omnino actua
lis reſtitutio:vt ꝑ Abb.in d.c.teſtimonium.in 4.col.de teſti. er-
9 go omnino ad hoc,vt † collatio, electio, confirmatio, p̃ſenta-
10 tio,vel inſtitutio,de periuro,teneat,requiritur reſtõ.¶†Non
p̃termittam vnum:nam licet debitor qui ꝓmiſit cũ iuramẽto
ſoluere vſuras,in contractu quo caſu incurritur infamia:ꝑ d.au
ctẽ.ſi quis maior.non ſoluẽdo incurrat periuriũ.vt in c.debito
res.de iureiur.tamen non efficitur infamis,quia dolus credito
ris excuſat eum ab infamia,Ita doc.in c.1. de iureiur.& do. Fe-
ly.pulchre in d. c.teſtimonium in 7.col.in verſi. ſed inquãtum
cõmunis opinio:& idem in piuro iuramenti temerarij.vt ibidẽ
ꝑ Abb.& ꝑ do.Felyn.in 6.col.in 3. conclu. & ſic in iſtis caſibus
p̃ſentari poterit piurus,cũ omnino omnis ceſſat infamia.¶Vl-
timo aduerte inquantum ſupra eſt dictum ꝑ pœnitentiam tol
11 li piurium,adeo ꝙ periurus iuramẽti aſſertiui † p̃ſentari pote-
rit,ex quo ibi non eſt infamia, ꝙ nihilominus debet conſtare
de confeſſione & de expletione ſeu ſatiſfactione pœnitẽtiæ.
de quo tamẽ latè ꝑ Fely.poſt Hoſt.in d.c.teſtimoniũ.in 11.col.
in verſic.ſed dicit hic ſubtiliter Hoſti.vide ibi.¶Vnum dico ꝙ
ſi in d.c. teſtimonium. tantũ diſputatur de piuro,an poſſit eſſe
teſtis in cauſa ciuili,vel criminali,& ꝓmoueri ad beneficiũ, re-
quirit maiorem idoneitatem , cum ſæpe ſæpius habeat iurare
12 †beneficiandus:& maxime habendo curam animarũ,quæ eſt
ars artium,multo magis debet inſpici an ſit ꝓmouendus piu-
rus,quocunq; piurio ad beneficium:& ſic an ſit p̃ſentandus. &
ideo ſicut in d.c.teſtimonium. vt omnes doc.ibi dicunt piurũ
etiam piurio non infamatorio non admitti in teſtẽ idẽ dicere
in præſentatione.cogita tamen,& vide doc.in d.c.teſtimoniũ.

¶Decimusſextus art.9.q.prin.1.partis.2.Libri.

1 *Infamis an poſſit præſentari.& nu.10.*
2 *Infamia eſt triplex.Et quæ.*
3 *Infamatus infamia iuris , & facti , non põt ad aliquã dignitatẽ ꝓmoueri.*
4 *Collatio facta infamibus infamia iuris vel facti,etiam canonica,nõ valet.*
5 *Infamia an quem repellat ab electione actiua.*
6 *Infamia iuris notatus ſolum per Principem reſtituitur.*
7 *Infamia facti non poteſt per aliquem ablui.*
8 *Infamia canonica tollitur per pœnitentiam,& abſolutionem ab excommu-
nicatione. remiſſ.*
9 *Infamia an cauſetur ex crimine probato per exceptionem.*

1 Et ex iſtis quaſi deciditur.16 ar videlicet † an infamis poſ-
ſit pñtari ad bñficiũ p̃ſonatũ?& breuiter dicendum
2 eſt triplicẽ eſſe infamiã ſ.† iuris, facti, & canonicã : vt pulchre
ponit Abb.in d.c.teſtimoniũ.de teſt.in 4.colũ.& ibi ſequũtur
oẽs & maxime Fely.¶Et dr̃ infamia iuris illa,q̃ irrogatur ꝑ ſen
tẽtiã,vel ipſo facto,in caſib⁹ in qbus iure cauetᷣ duntaxat:de qui
bus eſt tex.& bona gl.in §.porro.3.q.7.& in l.athletas.§. calũnia
tor.cũ §.ſeq.& in l.1.ff.de his,ꝗ no.infa.& datur in hoc reg. vt
oẽs infames ſecũdũ leges,ſint infames ſecũdũ canones. c. oẽs
vero.6.qõ.1.Inno.in c. qualiter & qñ. el 2.de accu. ¶Infamia
facti autem eſt illa , quæ apud omnes maxime bonos aliquos
facit tenere infames : vt in l.improbum fœnus. C.de his,ꝗ no.
infa.& in d.c.porro.3.q.7.& Abb.vbi s̃.¶Infamia canonica ve
ro eſt illa,quæ cauſatur ex quolibet peccato mortali:vt in c.in
fames.6.q.1.& ibi per gl. & data in ea perſeuerantia, eſt mala,
& ſequuta ſentẽtia poſſet effici infamia iuris tanquam irroga-
ta à ſentẽtia:vt ꝓximè in infamia iuris diximus.Ita Ab.in d.c.te
ſtimoniũ.in 4.col.de teſti.gl.Dy.& Io.an.in reg.infamibus.de
reg.iur.lib.6.idem Abb.in c.ꝑ inquiſitionẽ.in vlti. col. & in c.
ſuꝑ eo.in 2.col.de elec.& in c.cũ te.vbi do.Fely. & alij de re iu-
di.¶Et dicẽdo vt vult tex.& glo.in d.c. infamibus.& ibi Io. an.
3 in merc.† ꝙ ſi qs eſt infamatus infamia iuris & facti,nullo mo-
do põt ꝓmoueri ad aliquã dignitatẽ,& accipitur dignitas iſto
caſu ꝓ quolibet beneficio:vt ꝑ Abb.& doc.in d. c. quærelã. de
iureiu.& ſub iſto vocabulo ꝓmoueri,includitur collatio, ele-
ctio, & p̃ſentatio:vt pulchre vult Abb.ĩ d.c.ſuꝑ eo.de elec.ĩ vl.
col.maxĩe,qñ ibi q̃rẽdo, an diſpõ illi⁹ capituli ſe extẽdat ad col
lationẽ,& pñtationẽ : vr̃ velle oĩno infamẽ pñtari non poſſe,
ſicut nec eligi.& tãto magis,quia ibidẽ Abb.in 2.col. conatᷣ ꝓ-
bare, ꝙ facilius qs ꝓhibetᷣ pñtari,q̃ eligi, & facilius eligi, q̃ ſibi
benefi

beneficium ꝯferri:& facilius ſibi beneficiũ ꝯferri,q̃ habito bñ-
ficio priuari, ꝑ illã reg.facilius abdicat̃ à nobis ius querendũ,q̃
quæſitũ.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff.de don. inter virũ & vxo.&
ꝑ illã aliam reg.turpius eiicitur,q̃ non admittit̃ hoſpes. c. quẽ-
4 admodum,de iureiur. ¶Et ꝙ non teneat †collatio facta infa-
mibus infamia iuris vel facti,& ẽt canonia, vltra doctores in d.
reg.infamibus,volũt legiſte de duabus infamiis in l. 2. C.de di-
gni.li. 12 .& Inn.in c.inter dilectos.de exceſ.præla.Abb.in d. c,
querelã.& in d.c.ſuper eo.vr̃ aperte hoc velle in terminis no-
ſtris in præſentatione,& ẽt ĩ d.c.teſtimonium.de teſt.¶ Vbi tñ
5 dicit vnum,ꝙ licet infamia †repellat quẽ à teſtimonio,& à ꝓ
motione,non tñ ab electiõe actiua,ſm Vinc.ibi ab eo relatum
in 5.col. ¶Eſt tñ in hoc aduertendum, ꝙ infamia iuris vel fa-
cti repellit quẽ à promotione, vt ſ̃.eſt dictum.& niſi reſtituat̃
per ſuperiorem ptãtem habentẽ,promoueri non p̃t, & ſic nec
ꝓñtari:infamat⁹ vero infamia canonica non perſeuerans in cri
mine per ſolam abſolutionem reſtituitur, & poterit ꝓmoueri
& ſic pñtari.ita Ab.in d.c.ſuper eo.& in c.ꝑ inquiſitionẽ. de e-
6 lec,& in ca.teſtimonium de teſt.& in aliis locis.ſ̃.all.¶† Vnde
dicendum infamatũ infamia iuris non reſtitui, niſi ꝑ principẽ,
videlicet clericũ per Papam,laicum per Imperatorem, & laicũ
ſubiectũ eccleſiæ, ẽt per Papã:vt latè prædicta ꝓſequit̃ d.Abb.
in d.c.cum te.in 3.col.in verſi. ad primũ de Papa.& in 4.col.in
ver.ad v.de Imperatore.& ibi vide plenè d.Fel.de re iu.¶Infa-
mia vero facti non poteſt ꝑ aliquẽ ablui,qa cũ cõſtat in facto,
oportet fcõ ꝯrio tolli.ita tex.in §.hinc colligit̃.2.qõ. 3.nõ eñ
poteſt facere princeps, vt facta habeant̃ ꝓ infectis.l.in libello.
§.facte.ff.de ca.& poſt. re.& c.ſi Paulus.32.q.5.nec põt mutare
voluntatem hominum ſeu earum expreſſiones,& ipſorũ opi
niones.47.diſt.§.neceſſe.in fi.& in §.ſeq.ſed bene põt princeps
diſponere talem infamiam facti non hr̃e effectũ;& hoc debet
facere,cũ illam viderit iniuſtã, maximè ab emulis ortã.c.cũ in
iuuentute.de preſ.2.q.v.c.mẽnam,ita pulchre Abb.in d.c.cũ
te.in 3.col.de re iud. & hoc idem vult ibi latè d.Fel. & idẽ Ab,
in d.c.teſtimonium,de teſt.& in d.c.per inquiſitionem.& in c,
8 quia diligentia,& in ca.ſuper eo.de elect.¶† Infamia vero ca-
nonica tollitur per pœnitẽtiam & abſolutionẽ ab excõicatio-
ne:vt latè ponit Ab.& Fel,in d,c,teſtimonium.& Ab,in d.c.qa
diligentia,& in d,c.ſuper eo.de elec,& diximus.ſ̃.in ꝓx.præce.
9 art.†An aũt crimẽ ꝓbatũ ꝑ exceptionẽ,infamet,eſt recurren
dum ad Abb,in c.ſuffraganeis.in j.col.de elec.vbi ẽt an debeat
10 perdere beneficia prius habita,& repellat̃ ab obtinendis? † &
quod impedimẽtũ præſtet infamia facti,& qd̃ infamia iuris; &
an hoc idẽ faciat infamia facti:vide Ab.in d.c.ꝑ inquiſitionem.
de ele.¶Conclude ergo infamatũ non poſſe pñtari, niſi fuerit
reſtitutus ab hñte ptãtẽ vel alias ab infamia liberatus aliquo d̃
ſ̃.dictis modis & hæc circa infames ſufficiant,quo ad art.nr̃m.

¶Decimuſſeptimus art,ix,q.prin,j.part.ij. Libri.

1 *Præſentari an poſſit exiſtens in peccato mortali.*
2 *Peccatum occultum non enorme, poſt peractam pœnitentiam an impediat executio non ſuſceptorum ordinum.*
3 *Infamia canonica eſt, exiſtere in peccato mortali. & an in peccatis illis, etiam non confeſſis præſentatio fieri poſſit.n.4.*

1 Et propter Prędicta ſequit̃ videre.17.loco, †an exñs
in pctõ mortali,pſentari poſſit ad benefi-
cium pr̃onatũ: & ſic an pñtand⁹ ſaltem in actu pñtationis dẽat
eſſe in peccato mortali?firmat in ſæpe all.trac.de epõ,in j part.
2.lib.in 32.q.quærit de hoc,& reſpondet ꝙ aliquando ſic.c.ſi-
cut.de iureiur.& gl.in c.perpetue.de elec,li,6. quinimo ſubdit
Inn.dicere in d.c.ſicut.non debere pp ea deponi,qd̃ ẽt dicit te-
nere Bal.in margarita,in ver.promot⁹.ver.4.licet alr olim fuiſ
ſet:vt habet̃ 81.q.c.j.& lj.q.c.fi.& lvj.diſt.c.bñ nouit. & in 25.
q.c. primum.& ibi gl.hodie tamen dicit eſſe ſublatã opinionẽ
oẽm antiquorum,quæ multiplex fuit ſm gl.ord.in.d.ca.j.& in
c,ex tenore.de temp,ordinan. qa dicit eſſe factã nouam deciſi-
onẽ.de qua in c.vlt.e.tit.ſ.de tẽporib⁹ ordinan.quæ eſt vt pec-
2 catũ †occultum ñ enorme poſt peractã pñiam non impediat
executionẽ ſuſceptorum ordinũ, nec nõ ſuſceptos ſuſcipere;
in enormibus vero ſecus,qa illa impediũt, vt ibi.& ibidem po
nit Firma.q̃ ſunt enormia peccata.ſ.illa,q̃ enumerat gl.no.in c.
niſi cũ pridẽ.de renũ.poterũt ibi videri.¶Et poſtea ponit cau-
telam vt q vult ꝓmoueri,vel in ſacris ordinari,prius ſacerdoti
ꝯfiteatur oĩa ſua peccata: abſolutionẽ obtineat & pœnitentiã
peragat,vt ſit capax.ordinationis.ꝑ d.c.fi.de temp.or, & ſubdit
epõs deum timẽtes ita facere: quia non admittunt ad ordines
ſacros clericos,q̃ eorum peccata prius non fuerint cõfeſſi.&
ita reſidet ibi Firma.¶Tu ad prædicta adde Io.An.in c. auditis.
de elec,ſuper gl.fi.& quod pulchre dicit Phi.fran.poſt alios,ꝙ
ſi electus tempore electionis & confirmationis erat in pecca-
to mortali,non tamen notorio,& poſtea emendatus ĩ.annum
factus ſit ſacerdos, non poterit remoueri:ex quo crimen non
erat tale,quod impediret executionem ordinis poſt peractam
pœnitentiam.de quo per Io.An.& doct.in d.c.niſi cum pridẽ.
& idem videtur velle Roc.in hoc trac.in ver. honorificum.in
4.qõ.prin.circa med.3.col,vbi dicit quem poſſe præſentari ni-
ſi ſit irretitus criminibus.de quibus in d.c.niſi cum pridem, de
renun.¶Et dic concluſiue,vt diximus.ſ̃.in proximo pręce.art.
3 † exiſtentem in peccato mortali eſſe infamen infamia cano-
nica.c.infamis.6.quæſtio.1.& ibi per gloſſ.in qua ſi datur per-
ſeuerantia,repellit quem à teſtimonio,& à promotione,vt ibi
diximus.& vult Abb.in d.c.teſtimonium. de teſt.& in d.ca.ſup
eo.& in ca.quia diligentia.de electio. & ideo ſublato peccato
non remanet effectus illus infamie: vt communiter tenetur,
ſecundum Abb.in d.ca, teſtimonium.in 4.col.& ibidem dom.
Fel.¶Et ſic dicerem tunc emendatum de crimine,cum de illo
egit pœnitentiam,vt probatur in fi.d.c.teſtimonium. vnde ibi
Abb.in vlt.not,dicit quem dicit perſeuerare in delicto, q non
egit pœnitentiam vel egit ſimulatã,& ad vomitũ rediit.de pe-
4 ni,diſt.2.ĩ prin.& in c.ſi autem.¶Quare†ſi ſunt delicta occul-
ta,& non perſeuerata,poterit fieri p̃ſentatio ẽt illis nõ ꝯfeſſis;
per c.fi.de de tempo.ord.ſed tutius eſt, ꝙ confiteatur vt nullo
mõ à ꝯſcientia ꝓpria & à ſua à ſyndereſi accuſari poſſit. Si aũt
ſunt delicta,in q̃bus quis perſeuerat,qa dr̃ infamis infamia ca-
nonica,niſi ꝑegerit pœnitẽtiam cũ effectu, & non ſimulatã,vt
ad vomitum redeat,ñ poterit pñtari:& hoc caſu pœnitẽtia eſt
de ſubſtantia,vt tollat infamiã,per dicta ſ̃.in prox.præced. art.
eccleſias malignantium.grauiſſime igitur peccat clericus cele
brando,dum exiſtit in peccato mortali.c.quotidie.de conſe.di.
2.& c.de homine.de celebr.miſ.tamen vt ſ.dixi in occulto pec
catore illaqueato illo peccato, quod poſt peractam pœniten-
tiam non priuet eum executione ordinum,minime dicerem il
lum præſentari non poſſe:per c.ex tenore.de temp.ord.licet p
pter lui occultam naturam ſit quæſtio ſeruiens de vento , an
poſſit pſentari:ex quo ipſe eſt,qui hoc iudicare habebit,cum
conſiſtat in conſcientia ſua,de qua ipſemet,& non eccleſia iu-
dicat.iuxta dictum Bal.in rub.de iudi.vt diximus.ſ.in 18.art.pñ-
tis.q prin.dũ loquuti fuimus de occulto ſodomita,qui tamen
poſt peractam pniam non habet executionem ordinum. text.
& ibi doc.in c.niſi cum p idem.de renun.& ideo quãdo eſt oc
cultus licet ſit ſuſpenſus quo ad ſe:vt proxime eſt dictum.non
tamen eſt ſuſpenſus quo ad alios:& ideo non peccant alij audi
endo ab eo diuina, & ſacramenta recipiendo vt proxime dice-
6 mus in tolerato.¶†Aut clericus cõcubinarius vel fornicator
non eſt omnino occultus:quia de eo habetur notitia:ſed tamẽ
eſt toleratus:& licet ſit ſuſpenſus quo ad ſe:vt.ſ.eſt dictum.ta-
men licite ab eo audiuntur diuina , & ſacramenta percipiun-
tur:& ſic non eſt adhuc ſuſpenſus, quo ad alios.d.ca.veſtra.&
probatur in d.ca.fin.de cohabit.clericor.& mulier.vnde dice-
rem ad ppoſitũ ipſum male agere pmittẽdo ſe pñtari, ſi prius
nõ diſcedat à pctõ.nihilominus ſi toleratur ad officium,quod
eſt plus , debet etiam tolerari quo ad beneficium , quod datur
propter officium,& eſt minus : vt ſ.eſt dictum. & ideo poterit
pñtari.¶Verum ſi opponatur ꝯ eum,& indicetur,& non ſe ab
ſtinet,incontinenti concubinã expellendo,poterit à pñtatiõe
7 repelli,p j̃.dicẽda.¶†Aut clericus eſt ꝯcubinarius vel fornica-

tor,non occultus,ſed notorius per ſententiam,vel per confeſ
ſionem ſponte factã:& ex quo eſt ſuſpenſus,quo ad ſe,& quo
ad alios : vt in d.c. veſtra.non eſt dubium eum præſentari non
poſſe;vt late de ſuſpenſis diximus.s̃.in 2.art.præſentis.q. princ.
hinc dixit Abb.in c.veſtra.in 2.col.in 2.q.audientes diuina à ta-
li,peccare,quia veniunt ꝯ præceptum eccleſiæ,nonꝙ ſacramẽ
tum non ſit verum in ſe:ſed ex contemptu,contumacia,& ino
bedientia ſuperioris. vnde alibi dicit canon benedictiones ta-
lium clericorum conuerti in maledictiones.lxxxj.diſt.c.ſi qui.
8 ¶Et quam maximè hoc procedit:quia declaratus†concubina
rius per ſententiam,eſt infamis:nam per ſententiam irrogatur
infamia.vt eſt gloſſ.in §.porro. 3.q.7. & in l.athleras.§.calum-
niator.& §.ſeq.& in l.j.ff.de his qui not.infam.& ponit Abb.&
doct.vbi ẽt Fel.in c.teſtimonium.de teſtib.& infamis præſenta
ri non poteſt;vt diximus.s̃.in xvj.art.præſentis.q.& ꝙ concubi
narius ſit infamis,qñ per ſententiam eſt cõdemnatus,tenet Io.
And.in c.2.de purgatio.canonica.¶Aut aliquis clericus eſt cõ
cubinarius vel fornicator notorius notorietate facti, vt quia
habet concubinam publice in domo,qui tamen non fuit con-
demnatus,nec in iudicio ꝯfeſſus:& in hoc eſt conſiderandum
an talis concubinarius ſit ſuſpenſus, non ſolum quo ad ſe : ſed
ẽt quo ad alios,ſicut in caſu præcedenti : & vt refert Abb.in d.
c.veſtra.in 2. col.ſunt due opiniones. ¶Vna, vt abſque aliqua
monitione omnes ſe abſtineant: & non audiant diuina ab hu-
iuſmodi clerico.& ita videntur velle multi in c.ſicut.de coha
bi.cler.& mulie.& in c.ſi celebret.de cle.excom.mini.quam ſe
quuntur Hoſt.Io.An.& But.in d.c. veſtra. vt ibi eos refert do.
9 Abb.¶Alia fuit†opinio,vt monitio neceſſario requiratur,ad
hoc,vt alij abſtinere ſe debeant.& hanc tenent Vgo Lau.& Ar
chi.in d.c.ſi qui.81.diſt.& Io.de lign.& do.Car.in d. c. veſtra.vt
eos ibi refert Abb.in fi.2.col.& mouentur ratione,quia ceſſan
te monitione non videtur quẽ poſſe habere indubitatã ſcien-
tiam de concubinatu,cum poſſit clericus ſe excuſare. Ad qđ fa
cit.d.c.ſi qui. vbi dr̃,ꝙ ſi maluerint perſeuerare in peccato,om
nes abſtineant&c.vnde ꝑ illud verbum,maluerint,videtur om
nino eſſe opus monitione preuia,vt ſic appareat de contemp
tu & voluntate ſua.¶Vnde Abb.ibi videtur has opiniones cõ
cordare , vt ante factũ ſit conſulendum ſecundum primã opi-
nionem.ſ.ꝙ non requiratur monitio:poſt factum vero,vt eui-
tetur peccatum illorum , qui ſe non abſtinuerunt : poteſt dici
eſſe veram ſecũdam opinionem, licet vtraque poſſit dici vera:
& ꝙ nunquam incurrant pœnã pctĩ, audientes diuina à tali-
bus ante monitionem,pp varietatem opi.adducit,quod no.gl.
in c.j.de poſtu.prælatorum.lib.6. & dicit facere regu. primã.ff.
de iuris & facti ignor.& đt ſe alias tranſiuiſſe cũ hac opinione:
ſed modo melius de ſubtilitate iuris cogitando,đt poſſe diſtin
gui:aut fornicatio eſt ita notoria,ꝙ nullam habet dubitationẽ
ſicut videmus in plurib.clericis, qui tenent ita publice concu-
binas in domo,ſicut vxores, & publice nutriunt filios:adeo vt
ipſi ẽt non audeant inficiari : & tunc credit eos eſſe ſuſpenſos
ẽt quo ad alios:& ſic omnino eſt ab eis abſtinendum aſque ali
qua monitione.& h.d.probare illũ tex.in d.c.veſtras. in fin.ibi
nec habet operis euidentiã.& melius in c.ſeq.quod incipit,tua
nos.de cohabita.cler.& mulie.vbi nulla ſit mentio de admoni
tione.& ꝓ hoc ibi gl.notab.in verbo,ibi non ex euidentia.&in
verbo,celeri.quæ gl.ſunt notande.& habetur in c. de manife-
ſta.2.q.1.& in gl. in c.michael.de filiis presbyr.quæ ponit qua
liter probetur quem eſſe filium presbyteri.adducit etiam tex.
qui vr̃ probare de directo.in c.nullus.& in c.presbyter.lxxxj.di
ſtin. requirunt enim illa iura ſolam euidentiam facti, non aũt
expectationẽ monitionis ſuperioris.adducit ẽt abſurdũ,qđ ſe-
queretur, à ꝯrio ſenſu : vt nunquam fornicatio vel raro poſſit
10 eſſe notoria. ¶†Si vero fornicatio vel concubinatus non ha
bet illam operis euidentiam,ſed poteſt probabiliter tergiuer-
ſari:puta quia cõcubina habitat cum matre clerici,& đt ipſam
eſſe pediſequam matris,vel quid ſimile : puta ꝙ ſit ſeruitrix, &
non eſt talis etate vel pulchritudine,quibus poſſet iudicari cõ
cubina:& clericus eſt infirmus,& indiget ſeruitiis:& tunc pro-
cedit ꝯria opinio,vt expectetur monitio, & eius contemptus.
& hanc putat Ab.eſſe mentem iuriũ. ¶Et ad hoc non obſtant
iura proxime alleg.nã ibi exigitur monitio ad alium effectum
vt ſepe dixit idem Abb.in d.c.ſicut.de cohabi.clerico. & mulie
rum. ¶Si igitur iſte talis eſt monitus, & non deſiſtit, vel ſi hẽt
operis euidentiam,non poterit pręſentari:quia non poterit de
ſeruire beneficio: ex quo diuina,quæ ibi celebraret,non deſer-
uirent patronis , qui præferuntur in eccleſiis patronatis præ a-
liis ex iure,& fructu honoris proceſſionis.c.nobis.hoc ti.& di-
ximus s̃.in diffinitione iuris patro.in fi. 1.art. 1.q.prin. 1.part. 1.
libr.& ideo Abb.in d.c.veſtras.in 3.col.in 3.q.dum quærit, an
concubinarius ſit ſuſpenſus à iure ab officio.dicit, ꝙ ſic indire-
cte : quia non conceſſis auditoribus non celebrabit. & poſtea
dicit ſecundum communem , hoc non ſequitur , tales ſunt
prohibiti auditores : ergo non poterit legere , quia bene po-
terit. tamen ipſe Abb. facit differentiam & diſtinctionem , de
qua proxime,aut apparet operis euidentia, aut non : vt primo
mo caſu ſit ſuſpenſus ab officio : & celebrando irregularis , &
ẽt à beneficio. ſecũdo caſu non erit ſuſpenſus ab officio, nec à
beneficio , nec irregularis , ſi celebrat : vt ibi ipſe late tenet
contra alios in locis ibi allegat. & maxime per doctor.in capi.
11 ſicut.de cohabita.cleric.& mulier. ¶†Et licet iſta non ſit ma-
teria noſtra:tamen poſſumus dicere, quòd ſequitur,eſt ſuſpen
ſus qs quo ad alios, puta,vt nulli ab eo audiãt diuina:ergo nec
ipſe celebrare poteſt. & hoc in caſu noſtro nec militat exẽplũ
poſitum per doc.de legente & audiente:quia ibi prohibitio e-
rat facta auditoribus tantum,& non legẽtib.ſed in caſu noſtro
nullus diſcrepat:vt concluſimus.s̃.in primo membro concubi
narium , vel alias fornicatorem eſſe ſuſpenſum omnino quo
ad ſe:& ſequuta poſtmodũ ſuſpenſione,quo ad alios,in totum
erit ſuſpenſus.& ſic militet dictum Abb.ẽt ex hoc & exemplũ
doctoris non.¶Dicimus & aliud:nam dato,non tamen cõceſ-
ſo opinionem Abb.non militare,ꝙlicet eſſet ſuſpenſus quo ad
alios,non tamen dicetur ſuſpenſus ab officio,nec à beneficio.
dico tamen eum præſentari non poſſe propter duo. Primum,
12 quia†non poterit ſeruire eccleſiæ,cum onere patroni:vt s̃.di
ximus.Secũdum,quia negari non poteſt talem cõcubinarium
notorium per euidentiam operis non eſſe infamem ſaltem in-
famia facti:vt proxime dictũ eſt.& per Io.An.in d.c.ſi celebret.
de cle.excom.mini.vnde licet non ſit ſuſpenſus à beneficio ha
bito, tamen bene propter infamiam eſt ſuſpenſus à beneficio
habendo:vt per doc.& maxime Abb.in 2.col.in c.ſuper eo.de
elect.& in c.querelam.de iureiu.de periuro, qui non eſt priua-
tus beneficio acquiſito, tamen collatio de nouo ſibi fieri non
poteſt:vt late diximus.s̃.in xv.art.præſentis.q.prin. ſic & in ca-
ſu noſtro propter infamiam facti nõ poterit præſentari,ẽt ſen
tentia non ſequuta durante ipſa infamia: vt diximus.s̃. in 16.
13 art.præſentis.q. prin. ¶Poteſt & tertia ratio aſſignari, ꝙ†cum
quis eſt ſuſpenſus quo ad alios,non poſſit celebrare.nam ſacer
dos minus quam duobus præſentibus miſſam celebrare non
poteſt.ſtatuit enim Sother papa.de cõſe.di.j.c.quoque.vt nul-
lus miſſarum ſolẽnia celebrare præſumat,niſi duobus præſen-
tibus ſibique reſpondentibus,ipſe tertius habeatur:vt cum di-
cat dominus vobiſcum:& orate pro me fratres conuenit,vt ip
ſius ſalutationi à pluribus reſpondeatur. ſolus enim presbyter
nõ poteſt diuinum officium abſque miniſtri ſuffragio celebra-
re:vt in c.propoſuit.de filiis presby. vt late prædicta ꝓſequitur
Spec. in libr.rationale diuinorum officiorum in lib.4. de miſſa
& ſingulis,quæ in miſſa aguntur in 8.col.in verſ. ſed quæritur
vtrum.&in eodem lib.in tit.de ſalutatione ad populum.vbi lo
quitur,de dominus vobiſcum:& qualiter ſibi reſpondeatur ab
aſſiſtentibus:ergo cum quis eſt ſuſpenſus quo ad alios : & ne-
mo in eius miſſa & officio manere poteſt,dicetur celebrare nõ
poſſe.¶Vnum tamen notatu dignum non omittam,quod di-
cit Io.An.in c.2.de purgatione canonica.& doct.& maxime Fe
li.& Moder.in c.teſtimonium.de teſtib. quòd cum in infamia
14 †in qua eſt concubinarius dependeat à voluntate ſua, quia il
lam tollere poteſt, puta concubinam, quam habet abiiciendo
auferet eius infamiam ab eo : & requiruntur tres monitiones
antequam priuetur beneficio.et ſic ex hoc colligitur concubi
narium licet infamem,ceſſare facere infamiam abiiciendo cõ-
cubinam,cum hoc ſtet in eius poteſtate:et ideo nõ requiretur
reſtitutio nec purgatio:et ſic poterit admitti ad collationẽ præ
ſentationem , vel aliam prouiſionem. quod tamen non eſt in
infamia ꝓueniente ex aliis criminib puta ex furto,homicidio,
et ſimilib.qa non ſtat in poteſtate infamati tollere infamiã : ex
quo furtũ vel homicidiũ commiſſum erat:et ideo in illis nulla
requiritur monitio.ita doct.vbi s̃.et Dom.in c.presbyter.2 q.5.
15 ¶†Sit cautus ergo concubinarius,cũ vult promoueri ad bñfi
cium,vt dimittat cõcubinam:vere dico et non ficte,et non re-
uertatur ad vomitũ:vt đt Abb.in d.c.teſtimonium.de teſtib.et
16 non erit infamis,et poterit promoueri. ¶†Quis autẽ ſit mo-
dus procedendi ꝯ clericos concubinarios,ponitur per Abb.in
17 c.clericos.per illum tex.de coha.cle.et mulie. ¶†Et nota,ꝙ v-
bi ſunt multi concubinarij,iudex non debet omnes ſuſpende-
re ſeu excommunicare : ſed debet incipere à principalioribus. vt
alij eorum exemplo perterriti arceantur. Abb.in d.c. clericos.
18 ¶†Et an clerici in minorib.compellantur ad dimittendũ con
cubinas in c.ſicut.et in c.ſi autem.de coha. cleri. et mulie. et in
c.vt clericorum.de vi.et hone.cler. ¶Et ꝙ clerici debeant eſſe
caſti,vide late et pulchre d.Alb.de troctis.in ſuo tract.de perfe
cto cleric.in ſecunda par.in ſecundo requiſito. vbi ẽt an poſſit
clericus

clericus ɔhere matrimonium,& qua pœna puniatur ſi ɔhat:&
an caſtitas ſit de ſubſtantia ordinis:& an papa poſſit ſtatuere,vt
omnes clerici ducant vxores,vide ibi plene. ¶Aduertendum
eſt ēt,ꝙ ſi vera eſſet illa opinio doctorum in c.at ſi clerici.de iu
di.& in c.clericus.& in c.ſicut.de coha,cle.&mulie.volentium
clericū concubinarium fore deponendum:per regu.c. ſuꝑ eo.
de elect.vbi Abb.facilius quem non admitti ad beneficium, ꝗ̃
priuari:per c.quemadmodum.de iureiu.& illā aliam reg.facili⁹
abdicatur à nobis ius quærendum,ꝗ̃ quæſitum. Si igitur veni-
ret deponendus,ad quid præſentaretur, cum deponeretur po
ſtea:certe fruſtra.¶Tamen quia pulchre hic recitabo quæ po-
19 nunt doct.in d.c.at ſi clerici.& maxime Barba.poſt alios.†nam
ibi quæritur,an ꝓꝑ fornicationem clericus deponi debeat?vbi
do.Ant.poſt Goff.de Trano in ſua ſumma de coha.cle. & mu.
concludit,ꝙ ſi eſt notoria,ſcandaloſa & continuata, eſt digna
depoſitione.per c.ꝗ̃ ſit. de exceſ.præla.&per c.ex parte.A.de te
ſti.& gl.in c.presbyter.lxxxj.diſt.¶Si autem nō habet iſtas qua
litates,& tunc ſi committitur cum moniali,idem eſt.facit glo.
in c.virginibus.& in c.ſi eps. & in c.ſi rapuerit.& in c.ſi qua mo
nica.27.q.1.¶Et idem ſi cum virgine vel cū nupta ꝓꝑ ſtuprū,
& adulteriū.lxxxj.diſt.ſi quis clericus.2.q.7.c.lator. idem ſi cū
conſanguinea: vt ibi notatur.& cū filia ſpūali vel cum ea, ꝗ̃ ad
pœnitentiam recepit. 30.q.j.c.non debet.¶Idem ſi cū ſoluta,
& virgine,ſi eā duxit in vxorē de facto.34.diſt.ca.fraternitatis.
81.diſt.c.ſi quis à modo.c.2.qui cle.vel vo. Si vero non ducit
illā ſolutā in vxorē,nec ɔcurrunt aliqua de ſ. ſcriptis qualitati
bus,tūc ſi eſt in ſacris,quia ibi eſt annexū adulterium ſpūale.c.
fraternitatis. de frigi.& maleſi.deponitur.qđ idem tenet Paul.
in cle.j.de offi.ord.& facit c.in multis.de etate & qualit. ſi non
eſt in ſacris, licet de rigore eſſet deponendus,non tamen de e-
quitate.¶Do.Abb.vero in d.c.at ſi clerici.in j.reſp.đt iſta dicta
eſſe nimis rigoroſa:quia in c.cleric⁹.& in c.ſicut.de coh.cle.&
mul.mandatur fornicarium moneri,& in contumaciā ſuſpen
di:& poſtea in aliā contumaciā deponi:& in c.ſi autem.eo.tit.
dr̄,ꝙ ſi non dimiſerit concubinā ad tertiā monitionē, eps poſ-
ſet priuare eū beneficiis ſuis: & interdicere officiū. & ille text.
vtitur verbo,liceat epo.&ſic eps ad hoc non hortatur,& đt de
bere interdici officiū,& ſic non mādat deponi.& in d.c.ex par-
te.A.de teſti.papa non mandat ſacerdotē ſeu clericū concubi-
nariū deponi:ſed priuari bn̄ficio.& ideo concludit d.Ab. ibi ꝙ
cum iura circa fornicatiōnē& concubinatū vario modo diſpo
nant,relinquatur iudicis arbitrio, conſideratis circūſtantiis,&
ſcādalo inde ſurgente & ɔſuetudine prime:& ita pœnā impo-
nent:qn̄que depoſitionis,qn̄que ſuſpēſionis,qn̄que priuatio-
nis bn̄ficiorum,qn̄que interdicet officium,qn̄que prius mone
bit,qn̄que ſine monitione priuabit,ex quo conſtat de facto.&
ſic videtur velle Abb.in hoc vlt.id quod. ſ. retulimus voluiſſe
20 in d.c.veſtra.in 3.col.†nā iudici optio datur quando varie pœ
næ imponuntur.glo.notabilis in c.à crapula.de vita & hon.cle
ri.34.diſt.c.fraternitatis.& debet ſemꝑ ad partē mitiorē decli-
nare:qa pauci vt đt Goff.conciuis meus,ſine vitio incontinen
tiæ reperiuntur. 50.diſt.c.quia tua.nā etas nr̄i temporis hoc nō
patitur.vt in d.ca.fraternitatis. & melius eſt à deo redargui de
miſericordia,ꝗ̃ de ſeueritate.26.q.vlt. c.alligant.& ſic đt debe
re intelligi Goff.in ſumma.& ibid.Hoſt.in ti.de cohabi. cleric.
& mulierū.in §.qualiter imponatur.& đt Abb.in c.at ſi clerici.
prædicta fore notanda:quia iura ſuperius allegata vario modo
diſponentia fecerunt eū dubitari.¶Veruntamen eſt do.Anto.
in d.c. at ſi clerici. dicere clericū ſacerdotem vel in ſacris con-
ſtitutum pro ſimplici fornicatione venire deponendum:quia
tunc cenſetur non ſimplex fornicatio,ſed inceſtuoſa.¶Io. de
imo.vero ibi allegat in ɔ̃rium.gl.in c.Maximianus.lxxxj.diſt. &
in d.c.lator.2.q.6.quas gl.đt per doct.cōiter teneri & vtrobi-
que per Arch.¶Do.Barba.aūt in d.c.at ſi clerici. in 37. col. đt
hunc paſſum videri clarū.& ideo indigere diſputatione ex eo:
21 quia gl.in d.c.ſi aūt.đt de grā eccleſię eſſe indultū,vt pri⁹†mo-
neantur ad dimittendas cōcubinas trina monitione:& poſtea
ſuſpendantur,& deponantur durante contumacia:ergo de iu-
re veniunt ſuſpendēdi & deponēdi.& tamen loquuntur.d.c.ſi
aūt.c.ſicut.& c.clericus.de cohabit.cle.& mul. de clerico con-
cubinario exiſtente in ſacris:& tamen diſponunt cū eo gratio
ſe procedi.ergo multo fortius erit idem in clerico, vel in ſacer
dote cōmittente ſimplicem fornicationem:vt nō deponatur
ſecūdum rigorē antiquorū canonum.& ſubdit ibi Barb.ſe vi-
diſſe de facto cum legebat Ferrarie,ꝙ quidam ruſtici habitātes
in diœc.Cumacen.elegerant in ſuum rectorē quendā ſacerdo
tem hominem robuſtum,& pœnæ nigri coloris,habentem fa
ciem magnam, cū cōditione,ꝙ conduceret ſecum concubinā
ex eo:quia alij rectores quos habuerant in dicto loco,non ha-
bentes concubinam,accedebant ad vxores ruſticorum:& pro
pter hoc multos rectores fuiſſe interfectos: & ideo volebāt re
ctorem ducentem concubinam quæſiuerunt à Barb. ſi hoc fie
ri poterat,de iure ſalua eorum conſcientia, & ipſum expuliſſe
eos à ſuo ſtudio velut ribaldos. Poſtmodū Barb.ibi addit,ꝙ ꝑ
id quod dixit Abb.vt ſ.retulimus concubinarium debere puni
ri attenta conſuetudine loci,videtur ꝙ mitius veniret talis ſa-
cerdos puniēdus: quia ſepe numero tolleratur minus malum
22 vt euitetur maius,†vt videmus in curia romana tolerari me-
retrices: vt euitetur vitium ſodomiæ.quod quidem eſt ɔ̃ text.
in c.qm̄ ait Loth. 14.diſt.tranſit poſtea do.Barb.ibi ad aliud di-
ctum,quod puto veriſſimum & nouum.ideo tempore apoſto
lorum,& ſic in eccleſia primitiua ſacerdores committētes for
nicationem,puniri pœna.de qua in c.presbyter.lxxxj.diſt. & in
d.c.presbyter.lxxxij.diſt.quia tempore illo clerici conſtituti in
minorib.poterant ɔhere matrimonium,& illo vti cōſtituti po
ſtea in ſacris.31.diſtin. c.Nicena ſynodus:ideo non eſt admira-
tione dignum ſi puniebantur acrius cōmittentes poſtea for-
nicationem:quia grauius efficiebatur peccatum ipſorum.& iō
dicit dixiſſe Io.An.do.Ant.& do.Pet.in c.vt clericorum. de vi.
& hon.cle. magis puniri laicum coniugatum committentem
fornicationē,quam clericum non coniugatum: & đt iſtam vi-
deri eſſe rationem quare apoſtoli ſtatuerunt clericos fornica-
tores deponi debere:ſed cum hodie clerici non ɔhant matri-
monium conſtituti in minorib. vt eo vtantur conſtituti in ſa-
cris videtur debere ceſſare pœnam fornicationis:niſi eſſet qua
lificata,vel diu continuata:vt ſ.Et ex hoc dicit ipſe ſequi, non
23 recte dixiſſe do.Ant. conſtitutum†in ſacris committentē for
nicationem venire puniendum pœna depoſitionis: quia illud
fuit ſecundum canones antiquos , quo tempore militabat illa
ratio,de qua.ſ.propter quam pœna erat ſeuerior:ſed hodie il-
la ſeueritas pœnæ ceſſare debet:quia ceſſit ratio antiquorum
canonum.& ideo in d.c.clericus.in d.c.ſicut.de coha.cle.&mu
lie.iubetur fieri triplicem monitionē ſacerdoti,vt dimittat cō-
cubinam,alias ſuſpendatur,vel deponatur:& ideo gl. quæ vo-
luit ibi diſpoſitionem illam emanaſſe de gratia,videtur non re
cte dicere:imo videtur emanaſſe propter ceſſantem rationem
prohibitionis:& ſi opponatur de c.vt clericorum.de vi.& ho.
cler,vbi dicitur,prout magis aut minus peccauerint,puniantur
ſecundum canonicas ſanctiones:vnde videtur velle eos puni-
ri ēt ſecundum quod canones antiqui diſponunt:poteſt reſpō
deri debere intelligi illum tex.de fornicatione qualificata ali-
qua de illis qualitatib,de quib.ſ.eſt dictū: & propter hoc dicit
non eſſe admirandum,ſi tempore apoſtolorum imponebatur
pœna depoſitionis ſacerdoti fornicatori:& hodie imponatur,
ſecundum quod diſponitur in d.c.clericus.cum ſimi.nam cum
in vno ſint grauati clerici:quia non habent vxores,in alio rele
uantur:qa fornicando non puniuntur tam magna pœna:arg.l.
eum,qui.ff.de iureiur.maxime quia faciliter labimur in pecca-
tum incontinentiæ temporib.iſtis. 50.diſt.c.quia tua.¶Subdit
ēt ibi Barb. quia licet ipſe ſit laicus,tamen non eſt infeſtus cleri
cis:vt videntur iura clamare.& præſertim text.in c. clericis. de
immu.eccl,lib.6. q tex, fuit factus ad inſtantiam clericorū Tra
nenſiū:vt patet in literis integris,&originalib.quę ſunt in archi
uo Archiepālis eccleſiæ ciuitatis Trani. ¶Redeundo igitur ad
ad noſtrum đt Barb.ſe iudicando,conſulendo,&legendo,ſem
per libenti animo eſſe ſequutum partem clericis fauorabilem
arg.c.in ſcripturis.56 diſt.debent.n.cooperiri peccata eorū,inꝗ̃
tum fieri pōt:& ita đt conſuluiſſe Pet.de Anch. Illuſtri. & ma-
24 gnanimo principi domino Carolo de malateſtis:†iudicem lai
cum non poſſe inquirere ɔ̃ occultas concubinas clericorū,ex
quo tenderet in vituperiū ipſorū clericorū. & ipſum Petrum
ſic dixiſſe in repe.c.ea,quę.de reg.iur.lib.6.in 24.q.qđ eſt bene
notandū ad intellectū gl.c.eos.31.diſt.quod dictum dico pro-
cedere,ſi opinio Legiſtarū eſſet vera,ꝗ̃ vult cōcubinas clerico
rū eſſe eorum foro:ſed qa hoc non ꝓcedit, ex quo ſunt ſub fo
ro eccleſiaſtico:vt ꝑ doct.in c.cum ſit generali.de foro comp.
& pulchre Firma.in trac.de epo.in 4.lib.in 6.q.cū q̄rit qūo eps
poſſit cū mulierib.ɔuerſari:viđ ibi pulchra:ſiue ergo ſint ɔcubi
ne publice clericorū,ſiue occulte, ſeculares iudices non pote-
runt đ eis cognoſcere, ne ꝑ indirectū vituperet̄ miniſteriū no-
ſtrum & maxime cū cōcubinatus de iure ciuili videat̄ ꝑmiſſus
vt.j.dicet̄:ergo non ꝑ iudices ſuos punibilis:& hæc dicta ſint in
25 diſcurſu.¶†An ɔcubinatus ſit crimē eccleſiaſticū vel ſecula-
re:& an ſit ꝑmiſſum đ iure ciuili,vel ne:plene ꝑ Abb.poſt anti
quos in d.c.cū ſit generale.& ibidem Barb.Fel. & d.me.Corſe.
videte eos.¶Veniendo nunc ad dicta Barb.de qb.proxime di-
co:certe eius rōem diuerſitatis inter canones antiquos,& no-
uos eſſe nouiter conſideratā ꝑ eum:& bene ꝓcedere,& cōcor
dare cum ſ.dictis:ꝙ ſtāte qualitate mr̄imonij,qđ ɔhebāt in pri
mitiua eccleſia fornicatio nō dicebat̄ ſimplex, ſed qualificata:

& ideo veniebat imponenda pœna depoſitionis:prout impo-
nitur,cum aliqua qualitas in fornicatione:vt ſ.eſt dictum.¶Et
vltra hoc:quia illa ratio ita intellecta, quando in primitiua ec-
cleſia clerici habebant vxores:ꝙ tunc videbantur clerici etiam
committere adulterium:ſed mortua vxore nõ:& tamen pœ-
na depoſitionis erat indiſtincte appoſita in primitiua eccleſia,
ſiue vxor viueret,ſiue mortua eſſet:& ſic in hoc nõ videbatur
militare ratio Barb. dico ꝙ in illo caſu militabat adhuc,ex quo
26 non debet eſſe in ↄſideratione ille rarus caſus:nam†ad ea quæ
frequentius accidunt,iura adaptantur.l.nam ad ea.ff.de legi.cũ
ſimi.vel poteſt dici militare aliam rationem ab illa deſcenden
tem : nam cum potuerit habere vxorem in iuuentute ex quo
in minorib.ↄ̃hit,& calores luxurie iuuenilis potuerit cum ma-
trimonio explere merito debet poſtea continere:temporibus
autem noſtris nullo tempore poſſum⁹ habere vxores:& ideo
mitius nobiſcũ agitur. ¶Et ex hoc ſequitur dictum Io.an.do.
27 Ant.& Pet.in c.vt clericorum.de vi.& hon.cle.†magis pecca-
re laicos coniugatos,ꝗ̃ clericos nõ coniugatos eſſe veriſſimũ
& vltra eorum rationem,eſt alia ratio:quia in matrimonio iu-
rant illud ſeruare.& ſic illud non ſcindere per adulteriũ.27.q.
2.quaſi per totũ.& in tit.de eo,qui duxit in mat.ꝗ̃ poll.ꝑ adul-
te.& in tit.de adulte. per totũ. Vnde cognoſcendo aliam mu-
lierem venit ↄ̃ promiſſionẽ iuratam indiſtincte factam : clerici
vero ad ſacros ordines promouendi non iurant, nec promit-
tunt indiſtincte caſtitatem:ſed inquantũ fragilitas humana ꝑ-
mittit : vt in lib.pontificali in tit. de ordinatione ſubdiaconali:
&ſic,quia nunꝗ̃ habuit:nec habere poteſt vxorẽ pollicetur ca
ſtitatem cum conditione.ſ.inꝗ̃tum fragilitas humana &c.quæ
pollicitatio non fiebat tempore apoſtolorũ,& in primitiua ec
cleſia : quia vel nulla fiebat ꝓmiſſio, vel ſi fiebat excludebatur
cum vxore.¶Et cum hęc alloquerer cum intimo quodam no
bili meo amico Tran.ↄ̃ hoc dictũ Io.And.But.& Pet.in d.c. vt
clericorũ.mores eſt argu.hoc modo ſepe audiui à vobis inter
clericũ in ſacris,& ordinem inter presbyterũ & eccleſiã,dici ↄ̃
hi matrimonium ſpirituale:& ꝓ eius dicto allego doct.in ca.2.
de tranſla.epi.vbi Abb.in antepe.col.& But.in 2.no.in 3.col.&
valere argu.de matrimonio carnali ad ſpirituale,& eↄ̃.ca. ſicut
abſens.7.q.1.c.2.& ꝑ totum de tranſla.epi.Imo eſt fortius vin-
culũ matrimonij ſpiritualis,ꝗ̃ carnalis:vt omnia ꝑ̃dicta late dixi
mus.ſ.in 1.par.1.lib.in 9.q.prin.in 2.art.in reſponſione ad 7.ar
gu.partis reprobate. & ſ.in ꝓximo ꝑ̃ced.18.art.pñtis.q.in 3.&
4.præſuppoſito.Si ergo iſta ſunt vera,& ꝑ fornicationẽ laicus
coniugatus venit ↄ̃ matrimonium carnale,vt ſ.eſt dictũ:non-
ne clericus vxore mundana non coniugatus:ſed ſpirituali ve-
nit ↄ̃ matrimoniũ ſpũale?certe ſic ergo fortius peccat:&ſic nõ
eſt vera opinio Io.An.But.& Pet.¶Et licet iſtud arg. videatur
28 militare:tamen non obſtat,quia non eſt verũ proprie eſſe†ma
trimonium ſpirituale ad inſtar carnalis:niſi inter epm̃ & eccle-
ſiam:& nõ inter inferiores,& eorum ordines,& eccleſiam : vt
late diximus in d.2.art.in reſponſione.ad.7.arg.partis reproba-
te : & ideo non dicitur violari matrimonium ſpũale ad inſtar
carnalis:quia hæc matrimonia ſpiritualia non ſunt illa, vt mo-
do diximus,maxime quia cũ ad ordinem promouetur,nõ pro
mittit indiſtincte caſtitatẽ:ſed inꝗ̃tum fragilitas humana&c.vt
ſ. eſt dictũ. Et ad ꝑ̃miſſorũ robur adduco aliud notatu dignũ.
nã videmus epm̃ eſſe verum maritum eccleſiæ:vt in c.2.& in c.
niſi.de tranſla.epi.& diximus in loco ſ.alle.& ſic eps fornicãdo
videtur cõmittere adulterium pp eccleſiã eius ſponſam : gl.in
c.ſi quis amodo. lxxxj.diſt.& ſic cũ vltra fornicationem ſit qua
litas adulterij deberet deponi,vt ſ.dictũ eſt.&tamen doc.volũt
29 quòd licet etiam ſecundum primitiuos canones:†clericus ꝑ
ſimplicem fornicationem veniret deponendus:nõ tamen eps
per fornicationem qualificatã venit deponendus:vt volũt oẽs
in d.c.at ſi clerici.vbi do.me.Corſe.d̃r iſtam eſſe cõem opinio.
quæ autem eſt ratio huius ſpecialitatis in epo: licet poſſet dici
pp eius dignitatẽ &c. tamen ego puto rationem eſſe nimiam
equiparationem,ꝗ̃ habet mr̃imoniũ ſpũale(ꝗ̃d vere conſiſtit
inter epm̃ & eccleſiam) & matrimoniũ carnale, quæ maxima
equiparatio facit:ꝙ ſicut per adulterium non ſeparatur in to-
tum matrimoniũ carnale,ſed quo ad thorum:vt in toto tit. dé
adul. Ita ẽt in matrimonio ſpũali vero:licet committatur adul
terium per epm̃:non deponetur eps : quia tunc matrimonium
in totum ſepararetur:quod fieri non poteſt propter auctorita
tem Chriſti:quos Deus cõiunxit &c.quæ etiam habet locum
in matrimonio ſpirituali:vt de ea loquitur tex.in d.c.2.de tranſ
la.epi.& in c.niſi cũ pridẽ.de renun.cum ſim. vnde potius dice
rẽ pp tale adulteriũ epm̃ ſuſpendi ab officio:vel ingreſſu eccle
ſiæ ad inſtar diuiſionis quo ad thorum,donec egerit pñiam:&
eccleſia offenſa ſibi pepercerit:nota iſta quia pulchra &nõ con
30 ſiderata ab aliquo.†Concludendo ergo omnia ſ.ſcripta dice-
rem clericũ pp quamlibet ſimplicem fornicationem, ſeu con
cubinatum,ſiue occultum, ſiue probabilem & toleratum,ſiue
notorium & manifeſtum,quo ad ſe eſſe ſuſpenſum:adeo ꝙ nõ
debet ſe immiſcere diuinis,&huiuſmodi ſuſpenſionem quo ad
ſe non eſſe illam,de qua.ſ.in 2.art. præſentis.9.q.prin. quæ eſt
ſpẽs cenſure,ſed illa,quę oritur ex peccato mortali.de qua dixi
ſ.in 17.præced.art.huius.q.prin.vbi fuit dubitatũ:an exiſtẽs in
peccato mortali poſſit præſentari:& ex huiuſmodi ſuſpenſiõe
quo ad ſe debere ipſummet clericum ſe abſtinere,& non ꝑmit
tere ſe præſentari,niſi confeſſus &abſolutus.vt in d.17.art.dixi
mus.¶Et idẽ eſſe dicendum,ſi eſt toleratus ex quo adhuc quo
ad ſe dicitur ſuſpenſus:tamen quia vitari non poteſt:vt ſ.eſt di
ctum:in his duobus caſibus præſentari poterit:ſi vero quis ap-
paret concubinarius per ſñiam vel per cõfeſſionem factam in
iudicio,ſi per ſententiam,ſeruabitur ſententia:& iuxta eam vel
erit ſuſpenſus,vel aliter punitus:&ſecundum ipſam punitionẽ
non poterit præſentari. ¶Si autem tantum confeſſus eſt in iu
dicio,dicerem ex virtute ſententiæ vel confeſſionis eſſe effec-
tum infamem,& præſentari non poterit.vt.ſ.eſt dictum. ¶De
nique ſi non erit cõfeſſus,nec ſententiatus ſed publicus,noto-
rius, & manifeſtus concubinarius,iuxta exemplũ Abb.de quo
ſ. ex infamia facti euidentis præſentari non poterit: licet ſit in
eius facultate ab illa infamia ſe liberare, dimittendo concubi-
31 nam,& poterit præſentari : vt proxime dictum eſt.¶†Tamen
omiſſo caſu ſententiæ,concubinarius non dicitur ſuſpenſus,ſu
ſpenſione cenſuræ,non excõicatus,non interdictus,non depo
ſitus,nec aliqua pœna, niſi peccati mortalis attritus:&ideo ceſ
ſante infamia,præſentari poterit:quia prędicte cẽſure in eo nõ
exiſtentes ſibi præiudicare non poterunt:niſi ſequuta ſuſpẽſio
ne,excõicatione,interdicto,vel depoſitione per ſentẽtiam:qa
iſta facerent illũ inhabilem,vt præſentare non poſſit, & ſic nõ
fornicatio,nec concubinatus ex ſe,ſed tanquam ſequela ſentẽ
tiæ & cenſurarum facientium, quem inhabilem ad conſequu-
tionẽ beneficij:per dicta.ſ.in quinque primis art.huius.q. prin.
32 ¶†Eſt etiam bene verũ,ꝙ aliquo clerico ↄconcubinario vel
fornicatore nõ ſententiato,de hoc præſentato, poterit ↄ̃ eum
opponi de fornicatione, vel concubinatu : licet ipſe potuiſſet
prouidere ante relinquendo concubinam,vt proxime dixim⁹:
ſi vero non reliquit concubinam, & vult ſe defendere, & op-
poſitio probatur,præſentatio non procedet:quia cum ex pro-
batione fornicationis vel concubinatus ſine qualitatibus vel
cum quibus qualitatib.veniret ſuſpendendus,deponẽdus, vel
aliter puniendus,non debet admitti ad præſentationem:per re
gu.ſ.alleg.facilius abdicatur à nobis &c.& turpius eiicitur &c.
¶Reſultat ex ſ.ſcriptis & aliud, ꝙ fornicatione exiſtente cum
qualitate,quæ inducit depoſitionem,ſuſpenſionẽ,& huiuſmo
di,ipſo iure repellit quem à præſentatione:non tamen repellit
epm̃ ab epatu:vt.ſ.diximus, ne matrimonium in totum ſepare
tur. ¶Reſtat alia gñalis concluſio ſimplicem fornicationem
vel concubinatum non inducere ſuſpenſionẽ,quo ad alios ip-
ſo iure.ſiue occultus,ſiue publicus,abſque trina monitione,&
ſententia:nec cẽſuralem ſuſpenſionem,nec excõicationis ſen-
tentiam,nec interdictum, nec depoſitionẽ,nec aliã pœnam,ni
ſi pc̃tm̃ mortale: & aliæ pœnæ ſunt imponendæ,& infligendæ
hoc dictante & ſuadente ætate noſtri temporis , & cõi errore:
&quia ceſſat rõ rigoris canonis antiqui:quo tpe clerici vxores
33 habebant:& poterant euitare fornicationem.¶†Et ex hoc ſe
quitur corollarium magis peccare laicũ ↄiugatũ,cognoſcẽdo
aliã mulierem,ꝗ̃ clericum ſimpliciter fornicãdo,cum laicus cõ
mittat adulteriũ,& veniat ↄ̃ verum matrimoniũ iuratũ:cleric⁹
vero ſimpliciter fornicando non committit prædicta, cũ mr̃i-
moniũ inter ipſum ordinem vel beneficiũ non ſit vere matri-
monium ſpũale,ſed large. vere autẽ matrimoniũ ſpirituale eſt
inter epiſcopũ & eccleſiam:vt omnia prædicta.ſ.late ſunt pro-
bata.Hæc aũt ideo volui hic ſubnectere,& illa ſcire pulchrum
eſt,& quotidiano vſui apprime contingentia:me autem inſon
tem duxeritis,ſi extra materiæ limen feror,cum reticenda nul
latenus & exterminanda videantur.

¶Vigeſimusprimus art.9.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Vſurarius an poſſit præſentari,vel eligi.*
2 *Epiſcopus vſurarius deponendus eſt & degradandus.*
3 *Vſurarij pœna triplex.*
4 *Vſurarius manifeſt⁹ in pc̃tõ hoc decedẽs,eccleſiaſtica ſepultura carere dẽt.*
5 *Vſurarium manifeſtum ſepelientes,ſunt ipſo facto excommunicati.*
6 *Vſurarius manifeſtus non admittitur ad oblationem faciendam.*
7 *Vſurarij manifeſti ſunt excommunicati.*
8 *Vſurarius non poteſt ad aliqua dignitate aſpirare.*
9 *Vſurarius pro modo à iure ſtatuto,an ſit infamis.*

10 *Vſurarius*

10 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur.& n. 11.*
12 *Epiſcopus an poſſit ſtatuere, ꝙ quis poſſit conuinci de vſura per vnum teſtem de viſu vel tres de auditu, vel quatuor ſingulares, vel per confeſſionem factam extra iudicium.*
13 *Vſurarij quibus & quot Regni cõſtitutionib. reſtrigantur et opprimũtur.*
14 *Clerici locantes domos ſuas exercentib. vſuras, vel aliqua quocunque modo concedentes, præſentari nequeunt.*
15 *Vſure vt ſoluantur, non poteſt ſtatuto decerni.*

Expeditis De venereis criminibus tranſeo ad aliud,
1 & ſic.21.† Primo dubitat̃, an vſurarius clericus ad beneficium patronatum, prẽſentari poſſit? Et Firma.in
tract.de ep̃o.in 2.lib.in 1.part.in.33.q. quærit: an vſurarius poſ-
ſit eligi? & dicit ꝙ non.alleg.xlix.diſt.c. de petro. Imo ſi factus
epiſcopus, vſuras exerceat, debet deponi.ea.di. c. ep̃s. nec dicit
eum poſſe ſacris ſe immiſcere.ea.diſt.c.ſi quis.cũ gl. Imo debet
degradari: vt ibi.& 14.q.4.c.q̃m.& per gl.no.33.di.c.maritum.
quod d̃t fore bene notandũ ꝯ clericos vſurarios: & hoc idem.
2 ſ.† ep̃m vſurarium fore deponendũ & degradandũ. vult idem
Firma.ibid.in 4.lib.in 8.part.in 2.par.degradationis.in fi.3. col.
vbi d̃t eum debere deponi.alleg.xlvij.diſt.c.ep̃s.& ſeq.& gl. in
d.c.maritũ.& ſubdit illo caſu etiam debere degradari.alleg.c.ſi
quis.xlvij.di.& d.c.q̃m. 14.q.4. & vltra eũ clerici vſurarij depo
ni debent ab officio eccleſiaſtico.c.inter dilectos.de exceſ.prę
3 la.& in c.præterea.de vſuris.& voluit Abb.in c.j.eo.tit. †Item
vſurarij triplex eſt pœna.¶Prima, vſurarij manifeſti, vt non ad
mittatur ad cõionẽ altaris.i.ad ſuſcipiendũ corpus Chriſti. ſe-
cundũ Inn.in c.quod in omnib.de vſu.vel ſecundum Abb. ibi
vt non admittatur ad eccleſiã quando celebrantur diuina: quia
exiſtentes in eccleſia, dicuntur admitti ad cõionem altaris: &
hæc expoſitio vr̃ melior: vt vſurarius rubore cõfuſus, facilius
reſipiſcat, ſicut diximus de excõicato: vt in c.pia.de excep. li. 6.
4 ¶† Secunda pœna eſt, vt manifeſtus vſurarius decedẽs in hoc
peccato, careat eccleſiaſtica ſepultura: & non ſepeliatur in ce-
meterio eccleſiaſtico: ne clerici debeant intereſſe ſepulture: &
5 hodie iſta pœna eſt aucta: quia † ſepelientes manifeſtum vſura
rium, ſunt excõicati ipſo facto.cle.eos.de ſepult.vbi gl.ponit q
dicantur ſepelire clerici t̃m: an laici aſſociantes vel foueam fa-
ciẽtes, ſeu propriis manib.in foueã cadauer reuoluẽtes. ¶Ter
6 tia† pœna eſt, vt non admittantur ad oblationem faciendã: vn
de debet clericus reſpuere oblationem vſurarij manifeſti.¶Ita
Abb.& alij: maxime Ana.in d.c.quia in omnibus.vbi ẽt an poſ-
ſit accipi ab eo eleemoſyna: & qui dicantur vſurarij manifeſti,
ponit gl.in c.1.de vſu.lib.6.& in c.2.eo.ti.& lib.& gl.in cle.eos.
in verbo, manifeſtos.de ſepul.Io. Ana.& Ab.in d.c.quia in om
nib.in fi.Fede.de ſenis conſ.8.¶Si ergo vſurarius eſt deponen
dus, non poteſt cõicare in eccleſia, nec in ſacris, nec alia s̃. ſcrip
ta agere, quõ ergo poterit præſentari in eccleſia, in qua eſt ce-
lebrandũ, cum debeat ſuſpendi, deponi ab officiis, & ordinib.&
priuari beneficio: vt p Ab.in d.c.p̃terea.& in c.j. de vſu. & licet
non ſit ipſo iure priuatus, ad quid præſentabitur, vt priuetur?
Certe fieri non debet per ſepe alleg.reg.q̃ ponit Abb.in c. ſup
eo.de elect.non eſſe beneficiũ ꝯferendum ei, qui eſt illo priuã
dus: quia turpius eiicitur &c.c. quemadmodũ.de iureiur. Item
7 clerici † vſurarij ſunt excõicandi. c. clerici arma portantes. de
vi.& ho.cle.vbi plene Ab.ſi poteſt excõicari: & excõicatus nõ
poteſt præſentari: vt in j.art.præſentis.q.prin.quõ ergo præſen
8 tabitur & inſtituetur.¶† Item vſurarius eſt vilis perſona, & in
digna ad obtinendam aliquam dignitatem, & ẽt infamis ipſo iu
re tex.cũ gl.in l.improbum fenus.C.de his qui no.infa. vbi gl.
intelligit illum tex.& bene ꝙ ſine alia ſententia talis eſt infamis
infamia ciuili, ipſo facto.& clarior tex.3.q.7.§.porro. & voluit
Abb.in c.inter dilectos.de exceſ.præl.& ibi Mod.¶Vbi Abb.&
alij poſt eum dubitant: quia tex.in d.l.improbum fenus.d̃t infa
mem exercentem vſuras vltra numerũ permiſſum à iure ciui-
9 li, † quid ergo, ſi aliquis exercet vſuras ſecundum modũ à iure
ciuili introductũ: an adhuc erit infamis: cum de iure canonico
omnis modus reprobetur, & ius ciuile in hoc non dedignetur
ſequi canones? vt in auth.de eccle.tit.col.9.circa prin.& no. in
in c.quia in omnib.de vſu.& ego tenerẽ ẽt adhuc vſurarium eſ
ſe infamem infamia ciuili, vel ſaltem canonica: modo non eſt
materia noſtra: cum ergo infamis p̃ntari non poſſit: vt diximus
s̃.in 16.art.præſentis.q princ.ergo nulli dubiũ eſſe d̃ẽt clericũ
vſurarium præſentari non poſſe: & multa alia adduci poſſant,
quæ breuitatis cauſa omittimus.¶Ad vnum tamen eſt aduer-
tendum: quia pœnæ prædictæ habent locum in vſurario mani
10 feſto: vt in locis.s̃.alleg.apparet: † & quis dicatur vſurarius ma
nifeſtus, eſt recurrendum ad loca.s̃.allegata.& ad Abb. & doc.
in c.cum in diœceſi.de vſu.Sed ego dicerem, ꝙ quotienſcunq;
ꝯ præſentatum de vſura opponitur, & probatur, ꝙ quo ad illud
præſentari non poſſit, dicetur vſurarius omnis ille, contra quẽ
huiuſmodi crimen erit probatum, vt à præſentatione repelia-
11 tur: & ita loquuntur prima iura.s̃.allega. poſt Firma. ¶† Et ob
immanitatem huius criminis eſt ſpeciale, adhoc, vt manifeſtus
ille vſurarius dicatur, ꝙ vſura probetur per ſolam famam, cum
aliis arg.& talis, ꝯ quem erunt fama, & arg.dicetur conuictus d̃
vſura: & poterit cõdemnari & erit vſurarius manifeſtus: vt pul
chre per Abb.poſt alios.& ibi etiam Moder.in d.c.cum in diœ
12 ceſi.videte ibi. ¶† An autem ſtatutum ep̃i, vt per vnum teſtẽ
de viſu, vel tres de auditu, ſeu p quatuor teſtes ſingulares: vel
per confeſſionem factam extra iudicium coram quocunque
poſſit qs de vſura cõuinci valeat, & hoc inducere poſſit.ponit
Fede.de ſenis in conſ.17. vbi conſuluit ꝙ non: vt communiter
tenetur: quia ep̃s non poteſt tollere diſpoſitionem iuris cõis,
cum ſit inferior.c.quod ſuperioris.de maio.& obed.no.Io.an.
in ſimili in c.ſi.de appel.lib.6.& in ca.vlt.de off.archipr. & hoc
voluit Bal.in l.j.C.de ſac.ſan.eccle.& in l. ſcripturas. C. qui po-
tio.in pign.hab.vbi d̃t per teſtes probari vſurarium manifeſtũ.
arg.illius.l.& ſic à ꝯrio ſuperior vt Papa: vel ſupremus Princeps
13 poſſet hoc facere: ſeu Rex habẽs ſupremum imperium. ¶† Et
ideo rex Ludouicus: & regina Ioanna huius regni Sicilie citra
farum, fecerunt legem, quæ incipit, Ludouicus & Ioanna &c.
regẽti curia &c.nouiter noſtre maieſtati relatum eſt: quæ vult
ꝙ exigente immanitate talis criminis: & quia vt plurimũ fit ita
ſecrete, vt probari non poſſit: voluit ꝙ vbi concurrit publica fa
ma ꝯ aliquem de vſuraria prauitate, & tres teſtes fide digni iu-
rati teſtificantur criminatum ipſum in eos exercuiſſe vſurariã
prauitatem, non obſtante ꝙ in eodem teſtimonio ſint ſingula
res, & in eorum cauſis propriis quodammodo depoſuiſſe cog
noſcantur, habentur, ac ſi probatum eſſet legitime tale crimen
& exinde ſubſequatur merita condemnatio: & illos iuris præſi
dia non defendant, &c. vt ibi. ¶Et ideo Imperator Federicus
huius regni in lib.6.conſtitutionum dicti regni in tit.de vſura-
riis puniendis.in conſtitutione incip.vſurariorum.imponit pe
nam confiſcationis bonorum: & ꝙ ſit crimen publicum: & qui
libet poſſit vſurarium accuſare, vt ibi: & idem vult ritus magne
curie incipiens, ꝙ nullus admittatur ad denunciandum aliquẽ
14 de vſuraria prauitate &c. ¶† Adde etiam non ſolum clericos
vſurarios præſentari non poſſe, ſed etiam clericos locantes do
mos ſuas exercentibus vſuras, vel alio quocunque tit. conce-
dunt, quia cum hm̃õi clerici ipſo iure ſunt excõicati.c.vſurarũ.
de vſur.libr.6.non poterunt præſentari: quia excommunicati.
præſentari non poſſunt: vt diximus.s̃.in 9.art.præſentis.q.prin.
& tales eſſe excõicatos ipſo facto, ponit etiam Arc.flor.in ſuo
trac.de cenſuris.c.51.vbi etiam pulchre & late, qui dicantur v-
15 ſurarij manifeſti.¶Et eodem modo ſunt excommunicati† fa
cientes ſtatuta, ꝙ vſure ſoluantur: & ſolute non reſtituantur,
& iudicantes ſecundum ea, cle. 3.de vſu.& plene idem Arch.in
d trac.c.30.qui ſi clerici eſſent ſimiliter præſentari nõ poſſent.
¶Et ſic concludo clericum vſurarium præſentari nõ poſſe. Et
ſi præſentatur, & de hoc crimine opponatur, & probetur à prę
ſentatione repellendum: nec præſentari poſſe clericum locan
tem domus exercentibus vſuras, aliquid pro vſura ſtatuentem
& ſecundum ſtatuta iudicantem: cum prædicti excommunica
ti ſint ipſo iure. Et hæc quo ad vſurarios ſufficiant.

¶Vigeſimusſecundus art.9.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Falſificantes per ſe vel per alios literas apoſtolicas, ſunt excommunicati, nec præſentari poſſunt.& n. 3.*
2 *Clerici falſificantes literas apoſtolicas, ſunt priuati officiis, et beneficiis, & degradandi, & curie ſeculari tradendi.*

Et per Iſta deciduntur mille arti.& p̃ſertim ille, q erit 22.
1 † an falſificãs lr̃as apoſtolicas, poſſit p̃ntari? & bre-
uiter dicẽdũ ꝙ nõ: ſiue ipſe falſificauerit p ſe, ſiue alter p eo: &
ẽt ſi ipſe illis vtat̃ ſciẽter: oẽs.n.iſti ſui ſunt excõicati ipſo iure, p
verba tex.c.ad falſariorũ.d̃ cri.fal.vbi Papa d̃t hęc verba: nos.n.
oẽs falſarios lr̃arum nr̃arũ, q p ſe vel p alios vitiũ falſitatis exer
cent, cũ defenſorib. & fautorib. ſuis anathematis vinculo d̃cer
nimus innodatos: & ſic ẽ canõ late ſnĩę, ſm Inn.Hoſt.Ab.Ana.
2 & alios doc.ibi. & ſubdit ille text. † clerici p̃dicta faciẽtes ſunt
officiis & bñficiis priuati: & ſic ſiſt ipſo iure, & degradãdi, & cu
riæ ſeculari tradẽdi: & abſolutio à p̃dicta cẽſura Papæ reſeruat̃.
text.d̃ p̃dictis in c.dura.d̃ cri.fal. ſed excõicati ñ p̃nt p̃ntari: vt in
j.art.p̃ntis.q.& degradãdi minime.vt in v.art. hui⁹.q. & priuati
bñficiis, imo & priuãdi nõ d̃bẽt admitti ad alia: vt ẽt illis priuẽ-
tur: vt d̃t Ab.ĩ ſæpe alle.c.ſup eo.d̃ ele. Ergo clariſſimũ ẽ hm̃õi
3 falſarios†.lr̃arũ papæ p̃ntari non poſſe: d̃ quib. plene per Abb.
Ana.& doc.in d.c.ad falſariorum.& in d.c.dura.& per totũ. de
crim.falſi.& per Archi.flo.in d.trac.de cenſu.in 14.& 15.c.

Vigeſimustertius art.9.q.princ.1.part.2.Libri.

1 *Præſentari an poſſit irretitus quocunque crimine.*
2 *Irregularitatem quenam vitia inducant. & n.3.*
4 *Irregularitatem vitia inducentia,degradationem,depoſitionem,beneficiorum præſentationem, excommunicationem,ſuſpenſionem latæ ſententiæ, interdictum.infamiam iuris vel facti,impediunt præſentationem.&n.7.*
5 *Irregulares degradãdi,nõ poſſunt diuinis ſe immiſcere,et beneficia amittãt.*
6 *Infamis quare præſentari non poſſint.*
8 *Intellectus ad §.nunc autem.25.diſt.*
9 *Crimina quæ dicantur enormia,quæ mediocria,quæ item leuia.*

Etne De vnoquoque crimine de p ſe queramus,qa longa eſſet hiſtoria, & videremur potius facere tracta-
1 tum criminũ,q̃ iuriſpa.† Vigeſimotertio loco q̃ro,an criminoſus quocũq; crimine in gñe,pñtari poſſit? Hunc art.vr̃ d. Roc. tangere in ſuo trac.de iure pa.in ver.honorificum.in 4.q.prin, in 3.col.in ver.qs autem dicatur indignus? vbi dicit illum dici minus dignũ, vel non idoneum, ita vt non pñtari,nec inſtitui debeat: & ad bñficium eccleſiaſticũ promoueri, in quo ꝯcurrũt ea,de qbus in tex.c.cũ in cũctis.de elec. quæ d̃t eſſe magr̃alem in materia,vñ ad illũ,& ad ibi notata ſe remittit: & ad Ab. in c.graue.in pe.col.de præb.& ad no.p doct.maximè d. Fel.in c.querelam.de iureiur.& p eundem in c.2. de reſcr. vbi plenè: & ad quæ ponit Abb.& ſcriben.in c.ſi celebret.de cleri.exc.mini.¶ Poſtmodum ſubdit inter cætera fore notãdũ,quod dixit Compo.in c.capr̃m.in c.ſed nunq d collatio.de reſcr. ſe non inueniſſe electionẽ vel collationẽ factã ꝯſtituto in crimine non
2 inducẽte irregularitatẽ eẽ nullã,† quæ aũt ſint crimina inducentia irregularitatẽ,remittit ſe ad doct.poſt gl. in c.niſi cũ pridem.de renun.& in ca.fi.de temp.ord. & ad dicta.p d.Maria.de ſoci.in rep,c.ad audiẽtiam,de hom.in 7.q.prin.& ita reſidet d. Roc.vbi s̃. ¶ Tu breuiter dic modo non eſſe materiam noſtrã
3 quæ crimina faciant † collationem,electionem,ꝯfirmationẽ, vel inſtitutionem, nullam ipſo iure:cũ nũc ſimus in oppoſitionibus,quæ fiunt in præſentatione:nã prin.q.nr̃a eſt,qui pñt pſentari:& qui non.¶ Dicerem bene duo. Primum me credere dictum Compo.non eſſe verum:nam piurus non eſt irregularis:& tamen dicitur collationem factam periuro eſſe ipſo iure nullam:vt latè per doc.in c.querelam. de iureiur.vbi per d.Fel. poſt alios:ſed latius per eum in ca.2.in 3.col. cum ſeq.de reſcr. & tetigimus.s̃.in 15.præſenti art.huius.q.prin.vnde non puto huiuſmodi regulam veram:quia data inſtantia corruit arg.j.q. j.c.ſicut vrgeri.¶ Sed dico ſecundum, & pono reg.in hac materia,ita demum collationẽ:& hmõi eſſe ipſo iure nullã, cũ hoc à iure ſit expreſſum:ꝓut videẽtur de iſta reg.argumẽtari doc.adducti p d.Fel.in d.c.2.de reſcr.& per doct.in d.ca. querelam.& in locis s̃.per d.Roc.alleg.pro qua reg. facit in arg. gl.ca.fin.de iureiur.ſed melius facit gl.c.fin.hoc tit. quæ vult pœnam non
4 imponi, niſi à iure apponatur.¶ † Veniendo igitur ad caſum noſtrum: & quærendo in genere, quæ crimind faciunt quem inhabilem:vt præſentari non poſſit; darem regul.generalem: vt omnia illa delicta inducunt irregularitatem, degradationẽ, depoſitionem,priuationem beneficiorum,excommunicationem,ſuſpenſionem,vel interdictum latè ſententiæ: de illis tamen hmõi cenſuris,de qbus.s̃.in quinque primis art. huius.ix. q.prin. vel illa crimina,q̃ inducũt infamiam iuris,vel facti,ſemper criminoſi talibus criminibus præſentari nõ poſſunt. ¶ De
5 irregularibus degradandis & † deponendis eſt rõ, qa non pñt ſe immiſcere diuinis & amittunt beneficia; quia ꝓpter officiũ &c.vt diximus.s̃.in 4.& 5.art.præſentis.q.de illis aũt, qui ſunt priuandi bñficiis,ꝙ non poſſint præſentari, eſt ratio illa, quam ponit Abb.in ſæpe alleg.c.ſuper eo.de elect.in 2.col.vbi cũ nitatur probare quem facilius prohiberi præſentari q̃ eligi,& eligi,q̃ ſibi ꝯferri beneficium,& facilius ſibi conferri q̃ bñficio iã collato priuari,adducit illam reg.facilius abdicatur à nobis ius quærendum,q̃ quęſitum:& illam aliam,turpius eiicitur &c.vñ cũ veniret priuãdus beneficio,multo magis ꝓhibetur,ne bñficium adipiſcat̃:vt ibi Ab.pulchre. & diximus,s̃.in 16.art.pñtis
6 q.prin.¶ † Et ex iſtis proximè dictis ſequitur ratio alterius dicti infames, ideo præſentari non poſſe : qa cum non ſint digni beneficiis habitis multo minus ad habendum alia:vt latè diximus.s̃.in xv.& latius in 16.proximis præced. art.præſenti & q. prin.¶ Ratio aũt cur excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, pñtari non poſſint, eſt illa,qa non debẽt admitti ad bñficia eccleſiaſtica,qui ſunt extra eccleſiam ; vt latè diximus.s̃.in 1,2.& 3.præced.art.huius.q.¶ Et iſtam puto ꝯcludentem veritatem, quæ ſeruit ad omnia crimina. nam cũ videris aliquem irretitũ aliquo crimine,quod in prædictis reg.non præſentes eum:qa vel ad oppoſitionem alicuius, vel ex officio repelletur. ¶ Ad
7 vnum tamen aduerte : ꝙ ſi aliquis commiſit aliqđ crimen † p quod non efficitur irregularis,non venit degradandus, ſeu deponendus, non priuãdus beneficiis, non eſt ipſo iure infamis, excõicatus,ſuſpenſus,vel interdictus, ſed venit forſan excõicãdus,ſuſpendendus,vel interdicẽdus, dummodo non ſit excõicatus,ſuſpenſus,vel interdictus:poterit tamen pręſentari:quia adhuc eſt habilis,& crimen,propter quod eſt excõicandus nõ repellit eum,nec in eo militant, quæ dicta ſunt in iam excõicato.s̃.in j.art.& ſic eſt membrum eccleſiæ:& licet poſtea excõicetur,pñtatio tenebit:bene ordinarius non inſtituet eum, niſi ſit abſolutus:p ea,quæ diximus.s̃.in d.j. art.ꝙ intm̃ admittit̃ ad pñtationẽ,donec fuerit abſolutus.Idem ecõtra,qñ nõ erat excõicatus:&pro hoc adducitur illud,ꝙ dici ſolet excõicationẽ, quæ ꝓfertur p iſta verba,præcipio tibi ſub pœna excõicatiõis, vel anathematis,non eſſe canonẽ latè ſententie:& ideo excõicatum nõ eſſe tranſgredientẽ, cum ſit potius quædã de excõicando inobedientẽ comminatio,&non excõicatio.gl.eſt in c. vnico.de ſagittariis.& in c.ſicut tuis,de ſimo,& in c.relatũ.hoc tit.& in c.j.de loca. & in c.j.ſuper verbo, interminatio.de eo q furtiue ordinẽ recepit.& in c.ſalonitane.63. diſt.& voluit Ab. in d.c.relatum.& in d.c.vnico.& in d.c.j.de loca. & gl.in c.2.de mat.contrac.ꝯ interdic.eccl.& tex.& ibi Abb.in c.dura.de crimine falſi. Cum ergo iſte,cui præcipitur ſub pœna excõmunicationis ꝯueniendo veniat excõicandus:& tamẽ qa p illa verba non eſt excommunicatus, nec hr̃ ꝓ excommunicato.Ita & in caſu noſtro,licet crimẽ cõmiſerit, p quod deberet excõicari,non adhuc excõicatus admitti debet ad pñtationem,ex quo non eſt ipſo iure excõicatus.¶ Sed magnũ dubium mihi facit: quia beneficiandus debet eſſe clericus:vt ſæpe diximus. s̃.in 7. q.prin.huius part. in j.& 7.art, & ille qui appetit ad ordines ꝓ-
8 moueri;vel aſcendere:debet eſſe ſine crimine.† vt vult text.in §.nunc autem.25.di. allegando dictum Apoſtoli:& beati Hieronymi : & ſic cum nemo poſſit eſſe clericus quocunq; crimine irretitꝰ:ita nec præſentari,tamẽ gratia: ibi declarat qũo hoc dictum itelligi debeat.ſ.ꝙ nomine criminis ibi non debeat oẽ peccatum intelligi:cũ res pœne ꝯ naturam ſit,hoĩem eſſe ſine peccato:vt ibi p eum:alias ſolutiones & intelligentias dãt docto.puta vt exponi debeat ſine crimine, videlicet indiſpenſabili.¶ Vel tertio ſine crimine quod requirit diſpenſationẽ , ſup quo:vt quia tale eſt,per quod incurſa fuit irregularitas,nõ poterit ꝓmoueri ſine diſpenſatione prius obtenta.¶ Vel quarto poteſt intelligi de omni mortali,in quo quis pſeuerat:nõ.n.ante ꝯtritionem & pœnitentiã interiorem, p quam tollat̃ peccatũ ipſum, debet qs ꝓmoueri alias ad ſui dãnationẽ ordinaret̃:licet character imprimat̃,& ẽt executionẽ reciperet.¶ Vel quinto exponit̃ ſine crimine.ſ.enormi:ſunt.n.quædã crimina,q̃ appellant̃ enormia ſm canones,ideo enormia,qa ad normã pœnitẽtie ex vi ipſius ſolius ĩduci nõ pñt,quin ſemp aliqd de pœna remaneat,ẽt poſt ipſam pœnitẽtiã. Ita d. Alb.de troctis p̃dicta latè ꝓſequẽs in ſæpe all.ſuo trac.de pfect.clerico.in 2.li.i xv. requiſito.vbi enumerat oĩa crimina,quæ poſt peractã pœnitẽtiam impediũt executionẽ ordinis , & quæ dicant̃ mediocria: vide ibi nolo tranſcribere. ¶ Sed ego dicõ p̃dicta crimina fore ꝯſiderãda in promotione ad ordines:ſed poſtq̃ quis eſt ordinatus ad beneficia illa nõ eſſe, ita ſubtiliter indaganda, ſed tm̃ ea crimina conſiderari, quæ faciunt quem inhabilem ad benefi-
9 cia,quæ ſunt illa de quibus.s̃.¶ † Quæ autem dicantur crimina enormia,mediocria,& leuia.ponit Ab.Barba.&doct.in c.at ſi clerici. in j.reſponſ. & in §. de adulteriis.de iudic. & pulchre Archi.florent,in ſæpe allegat.tract. de cenſuris.in titul. ſeu rubric.de irregularitatibus ſeu enormibus & mediocribus criminibus contractis.vide ibi:quia non eſt materiæ noſtræ.¶ Concludc ergo in hoc generali articul.cum materiali & generali regul,ſupra per me data.

¶ Vigeſimusquartus art.9.q.princ.1.part.1.Libri.

1 *Præſentari an poſſint illiterati & n.6.*
2 *Clericus illiteratus ad ordines promoueri non poteſt.*
3 *Clericum illiteratum ad ordines promouentis pœna.*
4 *Clericum ordinandum qualem eſſe conueniat.*
bium ꝙ ſicut poſſet alium tertium de illo beneficio prouidere
inuitis patronis: vt dicitur per Abb. & alios in d. c. cum vos. &
diximus

diximus latè.ſ.in ꝓx.pręce.art.multo magis vel ſaltem eodem
modo poſſet diſpēſare cum idigno ſcienter pñtato ꝑ eos,ſi ſu-
m⁹ in dignitate ꝑterita: iuxta ea,ꝗ dixit Io.Cal.& ibi Ab.in d.c.
nouit.de ele.& ſ.retulim⁹.¶Septimus eſt caſus,qñ aliqua pars
patronorum pſentauit aliquē indignū,reliqua vero pars ēt mi
noris numeri pſentauit dignū:& eps vellet cū indigno diſpen
ſare, & nō eſt dubiū eū nō poſſe inuitis pronis ēt minoris nu-
meri pñtantibus dignū:qa illis quæſitū eſt ius:& ēt pñtato:per
eos ſaltem ad rem c.cum Bertoldus.de re iud.cū ſimi.qa patro
ni maioris numeri ſunt priuati illa vice iure pñtādi:& ius illud
eſt acquiſitum ſaltem iure accreſcēdi pronis minoris numeri,
vt dicetur latè j.in 3.par.huius ſecūdi lib.in 4.q.prin.in v.art.&
ita vult Io.cal.& Ab.in d.c.innotuit.de ele.vt ſ.retulimus.arg.
d.c.dudum.e.ti. ¶Octauus eſt caſus,quando ipſe indignus pñ-
tatus eſt inſtitutus ꝑ inferiorem epo habētem de iure ſpeciali
11 ius inſtituendi:& præſentatio,& inſtitutio nō † tenet: & iſte
talis quęrit ab epo diſpenſationem circa illam indignitatē:caſu
quo pt eps diſpenſare.& in hoc caſu eſt diſtinguendum, ꝙ aut
pſentatio & inſtitutio erat nulla ipſo iure pp defectū illum in
dignitatis: & quia ſunt priuati illa vice patroni iure pſentandi:
& ille inferior inſtituens iure inſtituendi: vt volunt doctores
in d.c.cum vos.& in ca.ſicut.de ſupplen.negl.præla.cum ſimi.
& non eſt dubium eſſe factam deuolutionem totalis ꝓuiſio-
nis pro illa vice ad epm: ergo tanto magis poterit diſpēſare cū
præſentato:vt proximè diximus in 6.caſu cū illa tamen diſtin-
ctione.Aut erat notus defectu,aut nō: vt diximus ꝓximè in v.
& vi.caſibus ipſis præſentātib. vt ſi pręſentarūt ignoranter,nō
12 poſſit:ſi ſcienter ſic,vt ibi.¶Nonus caſus† eſt,puta quia pſen-
tatio non eſt nulla ipſo iure, nec inſtitutio data pſentatione,&
inſtitutione inferioris prælati: vt in præcedē.caſu.& dicerem
non tenere diſpenſationem:prout etiam voluit Ab.poſt alios
13 in d.c.innotuit.vt ſ.retulimus.¶ Decimus & † vltimus caſus
eſt,quando quis fuit præſentatus à patronis,& inſtitutus,& in-
dignitas ſuperuenit,quæ non priuat illum, ſed venit priuand⁹:
vel priuat ipſo iure: & dicerem quòd ex quo eſt acquirendum
vel acquiſitum ius patronis,non poſſit cum illo diſpenſari ſine
eis:de quo tamen latè dicemus poſt gl.in c. quamuis.de reſcr.
li.vj.de depoſito reſtituendo(Deo duce)in 3.lib.in vj. q.prin.
in 8.arti.quia tunc non eſt materiæ noſtræ, ad ibi dicenda me
remitto:&maior pars dictorum caſuum probatur ex dictis Ab.
in d.c.innotuit.& in d.c.cum vos.

¶Sextus art. 10.q.princ.1.part.2.Libri.

1 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt pręſentandus in beneficio patronato,habeat aliud beneficium ſtante lege fundatoris, vt præſentandus in illo beneficio,non habeat aliud beneficium.& n.2.*

3 *Epiſcopum poſſe diſpenſare circa pręſentati inhabilitatem,quomodo ſit accipiendum.*

1 Dubitatur Sexto,† pone patronum fundatorem in
fundatiōe bñficij appoſuiſſe legē,ꝙ pſen-
tandus in illo nō haberet aliud beneficium: vt melius illi deſer
uire poſſit:an eps in caſibus,in qbus pt de iure diſpenſare vnū,
habere plura beneficia, vt præſentandus vel præſentatus inſti-
tuatur in iſto beneficio, in quo eſt talis lex fundatoris, in caſi-
bus,in quibus epiſcopus poſſit diſpenſare cum non idoneo in
uito patrono,cum talem non idoneum præſupponimus, non
autem indignum:vt diximus in 4.art.præced.præſentis.q.prin.
in ver.& idem dicerem,ſi ex diſpoſitione:& per dicta in proxi-
mo præced.art. videretur dicendum ꝙ ſic: quia in illis caſib⁹ ꝑ-
mittitur ei diſpenſari cum non idoneo: & hic dicitur non ido-
neus:vt in d.præce.4.art.ergo poterit diſpenſare. ¶ Tamen ꝯ-
rium tene:nam dicit Cal.in c.cum.acceſſiſſent. de conſtit.epm
2 †non poſſe diſpenſare,ꝙ habens aliud beneficium habeat bñfi
cium patronale, ſi illud repugnat inſtitutioni factæ à patrono
in ſua fundatione.Refert & ſequit̃.d.me.Corſet.in ſing.ſuis in
verbo,patronus.in ver.v.adduco. & tamē de voluntate patro
ni,imo hr̃dum fundatoris hoc facere pt:vt ꝑ eūdem Cal. in d.
c.cum acceſſiſſent.vbi ēt Fel.& latè diximus.ſ.in prox.pręced.
7.q.prin.in 13.& vlt.ar.¶Et hoc facere concluſionem, ꝗ erit
limitatio ad omnia dicta in ꝓx.præced.art.vt in omnibus caſi-
3 bus, in quibus in illo diximus epm poſſe diſpenſare † circa in-
habilitatem pſentati,habeat locum,quando inhabilitas cauſat̃
ex alio ꝗ ex lege, modo conditione, vel inſtitutione per fun-
datorem appoſitis: quia tunc nullo modo poſſet patronis in-
uitis,per prædicta, niſi in caſibus, in quibus hoc facere poſſit
epiſcopus etiam patronis inuitis.de quibus diximus in dict.30.
& vlti.articul.d.vij.præceden.quęſt.prin.& ita tene:& hæc ſer-
uient tibi ad multa.

¶Septimus art. 10.q.princ.1.part.2.Libri.

1 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in qualitatibus beneficij patronati circa præſentationem,inuito patrono, niſi cauſa neceſſitatis.& n.4.Secus cum conſenſu patroni,& ſui hæredis.n.5.*

2 *Beneficium,quod presbytero dari debet,non pōt dari per epiſcopum diſpenſando cum non presbytero,ſine epiſcopi conſenſu.*

1 Et ex Iſto.6.art.trāſeo ad.7.videlicet †an eps poſſit diſpē
ſare in qualitatibus bñficij patronati circa pñtatio-
nē tamē ipſius,vt ad illud pñtet̃, ꝗ ſm ipſius bñficij qualitates
nō pñtaretur inuito prono?Et dic breuiter ꝑ dicta in ꝓx.pced.
art.& j.dicēda ꝙ nō:qa ſi hoc facere nō pt legatus, vt no.in ca.
cum dilectus hoc ti.& in ca.dilectus.de offi.lega.multo minus
eps:arg.c.ſtuduiſti.de of.le.cū ſimi. & hoc voluit expreſsè Cal.
in c.cum acceſſiſſent.de ꝯſt.vbi dicit ſe obtinuiſſe epm nō poſ-
ſe diſpenſare ꝯ inſtitutionem beneficij ipſam immutare,vel ꝯ
eam venire non ſolum inuito patrono,imo ſine eius ꝯſenſu.ꝑ
quod dictū.d.Ant.Ab. Im.&Dom.ibi faciētes de eo magnum
2 feſtum inferūt, † ꝙ ſi ſm inſtitutionem bñficij collatio eſt fa-
ciēda presbytero nō pt eps ſine licētia proni diſpēſare, vt illud
detur nō presbytero.ꝗ opi.oēs ſequuntur ibi.de quo dicto la-
tè diximus.ſ.in prox.7.q.prin.huius par.in xxx.& vlt.art.vbi vi
de:quia ibi dicta hic caderent: ſed vt materia quæ ibi tangebat̃
finiret̃, poſuimus ibi hanc diſceptationem.¶ Ex quo dcā Cal.
3 Im.in d.c.cū acceſſiſſent.infert,ꝙ† licet pronus pp negligētiā
amiſerit ptāē pſentandi: tamē ſuperior ꝯferēs iure deuoluto
nō poterit aliter dcm̄ beneficium ꝯferre,ꝗ ſe habet inſtitutio,
& natura bñficij.de quo latè dicem⁹.j.in 3.par.hui⁹.2.li.in 7.q.
4 prin.in 13.art.¶† Limitatur tamē hæc ꝯclo, vt nō ꝓcedat qñ
immineret neceſſitas, ꝑ ꝗ ꝓ vtilitate eccleſiæ eps moueret̃ ad
diſpēſandum circa beneficiū patronatū:& ipſius qualitates alr
ꝗ ei⁹ natura exigat: quia ēt patrono inuito hoc poterit facere.
ita Ab.ſingulariter ī d.c.cū acceſſiſſent.ī pe.col. & ibidē.d.Fel.
in 8.& 9.col.qui multa pro hoc adducit.¶ Poteſt fieri alia cō-
5 cluſio,† ꝙ eps cum ꝯſenſu patroni & ēt ſui hr̃dis pt diſpēſare
circa qualitates bñficiorum:& ſic vt beneficium ꝗuis ſit ſacer-
dotale ex lege fundatoris poſſit non ſacerdoti pſentari ꝑ dcm̄
aureū Hoſt.& Car.extēſum ꝑ Ab.& alios in d.c.cū acceſſiſſent.
& iſtas duas concluſiones cum limitatione latè ꝓſequitur.d.
Barb.in d.c.cū acceſſiſſent.in xj.& xij. col. & ibidem d.Fel.in d.
7.& 8.col.et d.me.Corſe.in apoſtillis ad Abb.& in lectura ibi,
quam ego habeo.& in ſingularibus ſuis, in verbo,patronus.in
verſ.ſecundo adduco.& Barba.in conſ.23.ſcripſit propheta.in
8.col.in j.vol.& d.Roch.in hoc tract.in verbo,honorificum.in
3.q.& diximus latè.ſ.in d.7.q.princ.in xxx.art. vbi copioſè hęc
tractauimus:& an & quando poſſit epiſcopus inuito patrono,
vel cum eius conſenſu diſponere de beneficio patronato, ali-
ter quam eius fundatio dictet:dicemus latè Deo duce,& in ge
nere in 3.lib.in vj.q.princ.in 7. art. Et quando fit deuolutio ad
epiſcopum:quia patronus non præſentauit vel præſentauit ſci
enter indignum:an epiſcopus debeat beneficium illud confer
re iuxta qualitates ꝑ fundatorem appoſitas, vel aliter diſpenſa
re inuitis patronis vltra hic dicta dicemus,latè j.in 3.par.huius
2.lib.in 7.q.prin.in 13.art.vbi de hoc erimus principaliter tra-
ctaturi.Et ita ſufficiant pro iſtis idoneis & indignis præſentatis
vel præſentandis & diſpenſationibus circa eos faciendis: &
claudatur hæc.x.princ.quæſtio.

¶Concluſiones,amplia.lim.extenſio.reſtr.& declara,quæ col
ligi poſſunt ex iſta.x.q.prin.&eius.7.art.colligūtur ex ipſiſmet:
aut quia in fine art.ſunt appoſitæ:vt apparet in 3.art. Aut ex ip
ſiſmet art. vt apparet in 1.& 4.art.Aut ex diſtinctionibus in il-
lis appoſitis,quæ omnia ſi vellemus reducere iuxta morem, eſ
ſet illud idem replicare,& paginas occupare videte ibi.

¶Vndecima & vltima prin.q.1.part.2.Libri.

1 *Præſentari an poſſit procurator pro conſtituente,pater pro filio, conſanguineus pro conſanguineo,cum promiſſione de rato.& n.11.12.*

2 *Præſentatio perſonalis debet fieri.*

3 *Præſens quis proprie dicatur.& n.6.*

4 *Aſpectus magis afficit,non ſecus quam viua vox.*

5 *Abſens præſentari non poteſt.*

7 *Abſens examinari quis non poteſt.*

8 *Præſentationis forma requirit,præſentatum actualiter eſſe præſentem.*

9 *Abſenti poteſt fieri collatio,electio,& poſtulatio. & quare non item præſentatio n.10.*

13 *Pater pro filio examinari nequit:nec conſanguineus pro conſanguineo.*

Ex quo

EX quo ſupra ſatis eſt dictum quis poteſt pñtare:& an per procuratorē: & modo tractauimus,qui poſſunt præſentari:& qui non: reſtat ſimiliter videre an quēadmodū p̄roni pñt pñtare p
ꝓcuratorem licet abñtes eodē mō pñtādi, licet abñtes poſſint
pñtari per procuratorē,videlicet vt præſentandi nomine pro-
curator præſentetur pater pro filio,conſanguineus pro cōſan
guineo cum promiſſione de rato præſertim ex conſuetudine:
vel ſi præſentandus eſt notus habenti inſtituere:ex qua.q.prin.
1 colliguntur ĵ.ſcripti art.diſcutiendi. ¶† Et primus erit:an pro-
curator pro conſtituente pater pro filio,cōſanguineus pro cō
ſanguineo,cum promiſſione de rato,præſentari poſſunt:& ad-
mitti debeant per habētem inſtituere?¶Et gl.in cle.dudum.in
§.ſtatuimus.in ver.ac deinde.in verbo præſentari.de ſepulturis
2 †dicit,ꝙ præſentatio debet fieri perſonalis:nā ille dicitur præ-
ſens,qui præbetur ſenſibus corporis,& facere.ff.de verb.obl.l.
j.in prin.& ita ibi colligit Card.in 4.not.d.verſi.ac deinde.in fi.j.
3 & in prin.2.col.vbi dicit,†ꝙ licet variis modis qs dicat̄ pñs:ta
men ꝓprie loquēdo,pñs dr̄, qui exhibet̄ ſenſibus vt d̄r gl.illa:
& addit Lap. dicerē,pñs d̄r,præſentibus poſitus: facit qđ no.in
gl.in ver.ſuper eorum præſentia.in c.teſtes.3.q.9.& iō d̄t Lap.
ex hoc nō ſufficere p̄rono pñtare ſuperiori aliquem abñtem:
licet p l̄ras poſſet pñtare.c.ea noſcit̄.de his,quæ fi.à p̄la.& dixi-
mus.ſ.in 4.q.prin.huius par.in j.15.& 16.art. & ſubdit Pau.di-
cere ꝓ pſonali præſentatione facienda,facere.c.nobis.& ca.fi.
hoc tit.& dicit idē Pau. requiri pſonalem pñtationem pp qua
litates requiſitas in pñtandis,de quibus ibi quæ ꝯpræhendunt̄
qñq; ex aſpectu:nec aliter cognoſcere poſſumus: ſed nec p̄ſu-
4 munt̄ in eſſe:licet.n.religioſus†præſumat̄ bone ꝯſciētie:tñ a-
ſpectus magis afficit,ſicut viua vox:facit quod no.12.q.j.expe-
diti.in vlt.gl.& de no.ope.nun. cum ex iniuncto.nō tñ præſu-
mit̄ pitus,vel aptus ad tale offm̄,cū ſit ab illo excuſatus.ad hoc
24.diſt.c.qñ. nam p̄t eſſe bonus religioſus,& illiteratus.vt no.
16.q.j.c.ledi.& ideo dicit Pau. ꝙ de qualitatibus requiſitis po-
terunt prælati ſe informare,ne præficiant ignaros, & non ꝓba
tos.79.diſt.quid eſt cito.¶Idem dicit Pet.de anc.in d.§.ſtatui-
5 mus.in 2.col.in 4.no.& in prin.3.col.vbi refert prædicta: † &
ideo dicit patronum præſentare non poſſe aliquē abſentē ad
eccleſiam vacātem:licet poſſit ipſe præſentare p l̄ras:& ad hoc
all.cle.frequēs.in ver.pñtatus.de exceſ.præla.dicentē ſufficere
præſentatum cum inſtrumento p̄ſentantis accedere ad ordina
rium,ſed non ꝯ̄:& idē vult Imo.ibi & oēs:vnde cū in electio
ne ꝯfeſſorum electi ꝓ qualitatibus,quę in ipſis requirūt̄,debēt
p̄ſentari pſonaliter:vt in d.cle. dudum.ī §.ſtatuimus.eodē mō.
& multo fortius hoc debet fieri in p̄ficiendis beneficiis,cū in il
lis multo plura requirant̄.de quibus latè dixim⁹.ſ.in j.art.ꝓx.p̄
ced.q.prin.& ꝙ abſens nō poſſit p̄ſentari,tenet Ab.rōe de qua
ſ.in d.c.ea noſcitur,in 2.no.¶Idem vult Rota.211. non ſuffi-
cit patronis.hoc tit. in antiquis. quæ dicit non ſufficere patro-
nis eligere , noīare vel præſentare, ſeu literas de præſentando
ep̄o mittere,niſi p̄ſentent electū ſuperiori,ad quē ſpectat inſti
tutio realiter ĵ. tempus à iure ſtatutum. & dicit in fine rōnem
eſſe,vt ſuperior qui habet inſtituere, poſſit videre & examina-
re pſonam p̄ſentati:an ſit idonea ad regimen illius beneficij. al
legat.c.cum nobis olim.de ele.& c.fi.de elec.lib.vj. & aliam rō
6 nem: † qa hoc ſonat verbum,p̄ſentare:nam is d̄r p̄ſens,qui p̄-
betur ſenſibus corporis.& all.Io.an.& Pau.in d. cle. dudum.&
hoc ēt vult Compo.& Io.An.in c.capitulum ſanctæ crucis. de
reſcrip.vt ibi Rota in ſua addi.& idem vult pulchre Abb.in ꝯſ.
76.inuocato &c.plura ſunt examinanda.in 3.dubio.in 2.volu.
vbi dicit communem opinionem eſſe non ſufficere p̄ſentare,
niſi p̄ſentatus ſit p̄ſens ĵ.quadrimeſtre:quia alias non eſt p̄ſen-
tio:& abſens præſentari non p̄t.all.gl.in d.cle.dudū.in ver.pre
7 ſentari.†nam in abſentia quis examinari nō pōt,& non eſt ex
pectandus vltra quadrimeſtre,ex quo inferretur præiudicium
eccleſiæ,vt ibi:& idem vult Præpo.in c.ꝯſtitutus.el 2.in 2.col.
de appel.& ibi d.me.Corſe.& in ſuo reper.ad Abb.in verbo,pa
tronus.in pe.col.in ver.habens ius,¶ Et hoc etiam voluit Ab.
in gloſis ad cle.in d.clem.dudum. de ſepult.& in 2.col.in verſ.
vbi autem requiritur ſuper.d. gl.in verbo, præſentari.vbi dicit
nec procuratorem præſentandi poſſe ꝓ eo p̄ſentari: & ꝓ hoc
all. ſupraſcriptā rationem:qa debet ſe exhibere pſonaliter &c.
& alleg.ēt pro hoc tex.iſtud probātem in cle.j.de exceſ.præla.
in verbo,& iudicibus.& addit hoc eſſe verum:quia pręſentat⁹
debet eſſe præſens coram habente inſtituere,& petere inſtitu-
tionem.tex.eſt in c.vnico.hoc tit.lib.vj.& in c.fi.hoc ti.in anti-
quis:vt ibi p eum.hoc idem voluit Gay.in repet.c.fi.de ele.lib.
vj.in 46.col.vbi quærit de forma,& modo præſentandi : & di-
xit requiri p̄ſentatum actualiter eſſe p̄ſentem coram ep̄o:alle-
gat Fra.i.Car.in cle.j.in verbo,p̄ſentatos.in oppo.de exceſ.præ
la.& Io. An.& ibi Car.in c.fi.hoc tit.& Arch.in c. j.de præb.lib.
8 vj.in verbo p̄ſentatos.in fi.& Car.in d.cle.dudū.¶ † Et ex hoc
collige Gay.velle requiri ꝓ forma p̄ſentationis p̄ſentatum ac
tualiter eſſe præſentem:& ideo ego ſoleo ponere in p̄ſentatio
nibus in practica tales patroni &c.p̄ſentāt reuerendo domino
ep̄o talem actualiter p̄ſentem:vt dicet̄.ĵ.in 2. par.huius 2.li.in
xv.q.prin.in 4.art.ne p̄ſentatio peccet in forma:hoc idem vult
Imo.in d.c.ea noſcitur.in 3.not. de his,quæ fiunt à p̄la. hoc ēt
voluit Roch.in hoc ſuo tract.in j.char.in vlt.col.in 3. q. vbi q̄-
rit,quid ſit p̄ſentatio: & dicit eſſe exhibitionem quādam factā
de clerico p̄ſente ſenſibus corporis illius,cui ſit p̄ſentatio.alle.
Abb.in d.ca.ea noſcitur.& gl.in d.cle.dudum:& Abb.in c.cum
parati.in j.col.de appel. vbi dicit , ꝙ ille qui debet ſe p̄ſentare,
non poteſt mittere nuntium & ex hoc ipſe Roc.infert, ꝙ cle-
ricus abſens ab ep̄o, vel ab alio inſtituere habente, non poteſt
p̄ſentari,ſed debere inſtitui.& ita ibi reſidet,quod etiam nos di
ximus.ſ.in j.art.j.q.prin.huius part.& hoc etiam voluit Pau.de
cita.in hoc tract.in vj.par.in 32.q.vbi pulchre:& d.Fel.ſimiliter
pulchre in ca.cum omnes.in 17.col.in verſ.ſed aduerte.de cō-
ſti.& iſta eſt communis omnium doct.ſententia: & hoc etiam
9 volunt doct.allegandi in ſeq.art.huius.xj.q. prin.¶† Licet ali-
ud ſit in collatione,quia abſenti beneficium cōferri poteſt.ca.
ſi tibi abſenti.de præb.lib.vj.cum ſimi.¶Et ſimiliter abſens pōt
eligi,& poſtulari. 63.diſt.c.ſacrorum.c.qa pp.& c.innotuit.de
elect.& voluit pulchre Firma.in tract.de ep̄o.in j.part.2. libr.in
10 26.q.¶† Et crederē rōnem diuerſitatis eē: quia ipſemet cōfe
rēs omne ius tribuit, & p̄ſumitur tribuere illi,q meret̄,cū ipſe
hoc habeat indagare.de ſcrutinio ordinandorum,p totum: &
eligentes præſumuntur habere notitiam electi:& ꝯfirmās ha-
bet examinare electionē:vt de elect,p totum:pñtatus aūt p̄ſen
tatur ab aliis,qui non habēt talem indagationem facere,& pñt
errare,& verbum pñtare hoc ſonat,quod nō ſonat verbū,con
11 ferre,vel eligere.†Et ex iſtis ſequuntur duo corollaria.Primū,
nam ex quo pñtandus non debet eſſe abñs, ſed pñs : & eſt exa-
minandus,vt ſ.eſt dictū ēt ꝓcurator eius nō poteſt p̄ſentari:vt
expreſsè voluit Abb.ſup.d.gl.in verbo,p̄ſentari.in d.cle. dudū
& alij.ſ.allegati:licet patroni poſſint p ꝓcuratorem p̄ſentare:p
tex.in d.ca.ea noſcitur. & in ca.fi.de conceſ.præben.vt de hoc
12 vlt.diximus in 4.q.huius par.in j.& ſeq.art. ¶† Secundum co-
rollariū qđ ſeqtur,eſt nā licet pr̄ poſſit p̄ſentare ꝓfilio,& ꝯſan
guineus ꝓ ꝯſanguineo, cū cautione de rato:iuxta.l.ſed & hęc.
de procura.& diximus latè.ſ.in d.4.q.prin.in 17.art.non tamē
pater poſſet p̄ſentari pro filio abñte: nec conſanguineus ꝓ cō-
ſanguineo,ēt cum cautione de rato, per ſ.dicta : quia nec pr̄ ꝓ
13 filio,nec†conſanguineus ꝓ ꝯſanguineo examinari poteſt & li
cet hoc vlt.non ſit tactum ab aliquo ego puto illud veriſſimū.

¶Secundus art.11.q.princ.1.part.2.Libri.

1 *Abſentem præſentari non poſſe conſuetudine induci.*
2 *Conſuetudo contra eccleſiam,ratione grauaminis nociui,non valet.*
3 *Conſuetudo inimica canonibus,irrationabilis iudicanda.*

1 Dubitatur Secundo † ex quo de iure abſens pñtari nō poteſt: an ſaltem hoc induci poſſit ex
ꝯſuetudine,& valeat,vt qs ēt abſens pñtari poſſit? Hunc art.tā
git Abb.in d.conſ.76.inuocato &c.plura ſunt examinād a in 3.
dubio. & dicit intantum ꝓcedere ꝯcluſionem factam in p̄ced.
art.ſ.p̄ſentandum debere eſſe pñtem, vt examinari poſſit,ꝙ pu
tat non valere ꝯſuetudinem in ꝯ̄rium.all.in arg.c.j. de conſue.
¶Quod ego puto veriſſimum:quia ſi talis cōſuetudo valeret,
eſſet in p̄iudicium & grauamen eccleſiarum,qbus p̄ſentandi p̄-
ficiūtur:vt p Ab.& doc.in d.c.j.¶Itē iſta ꝯſuetudo eſſet ſine rō
ne:& ſic abuſiua:imo rationibus in pręced.art.poſitis ꝯ̄ria,quę
2 non valet,Ab.in d.c.j.¶†Imo omnis conſuetudo ꝯ̄ eccleſiam
ratione grauaminis nociui,non valet,ſed reuocari debet:vt la
tè p Abb.in d.c.j.in 3.col.in fi.ſed hæc eſt huiuſmodi:quia non
facit examinari bñficiatum. ergo &c.Et cum hæc conſuetudo
3 †ſit inimica canonibus,p̄ſumi debet irrationabilis : vt p Ab.in
c.ad noſtram.& in c.cum venerabilis.de ꝯſue. q̄to magis iſta q̄
eſt ꝯ̄ rationes prædictas.¶ Item iſta conſuetudo eſſet ꝯ̄ eccle-
ſiaſticam diſciplinā,quę nō debet admitti.Abb.in c.cum inter.
de conſue.quia dicitur inhoneſta,quæ non valet.c.cum deco-
rem.de vi.& hone.cle.& Abb.in d.c.cum inter.¶Imo ēt d̄r, ꝙ
ꝯſuetudo irrationabilis( ꝓut eſſet iſta,quæ eſt ꝯ̄ rōnes de qui-
bus.ſ.)appellatur corruptela Ab.in c.cum venerabilis.de ꝯſue.
¶Imo etiam iſta diceretur conſuetudo impeditiua correctio-
nis quæ non valet:vt per Abb.in ca.irrefragabili.in j.col.de of.
ord.& ibi ſcribentes : vnde eodem modo dicerem cum Abba.
in d.conſ.iſtam conſuetudinem non tenere.¶ Et tanto magis
non te

non teneret,ſi eſſet verũ,quod dixit Gay.in d.rep.c.ſi.de ele.li.
6.in 46.col.& retulimus.ſ.in proximo pręced.art.examinatio
nẽ requiri ꝓ forma in huiuſmodi; & ſic de neceſſitate requiri
præſentiam : nam tanto magis non valeret conſuetudo ꝯria:
per ea,quæ dicit Bal.in ca.conſtitus.el 2.de appel.& ibi Propo.
in 2.col.de quo erimus dicturi latè.j.in proximo ſeq.art. cum
tractabimus quãdo examinatio requiratur pro forma vel ſub-
ſtantia actus.

¶Tertius art.11.q.princ.1.part.2.Libri.

1 *Abſens notus habenti inſtituere,an poſſit præſentari, adeo quòd non indigeat examinatione.& n.2.4.11.12.13.& 15.*
3 *Præſentatio eſt quidam gradus ad inſtitutionem obtinendam.*
5 *Clerici vnius diœceſis non ſunt recipiendi in alia diœceſi ſine literis ſui epiſcopi.Fallit in notis.*
6 *Præſentatus notus epiſcopo,non eſt ſubiacet examinationi.*
7 *Electus notorie idoneus,poteſt confirmari ſiue examinatione.*
8 *Examinatio obiectorum,que fit contra perſonam electi,an poſſit in eius abſentia fieri.*
9 *Examinatio non requiritur in noto,niſi examinatio ſit de forma.*
10 *Felinus examen paſſis.*
14 *Examinari non debet notis.Fallit in conſecratione epiſcopi.*

1 Eſt modo Tertio loco videndum,†qd ſi clericus pñ-
tãdus ſit notus habenti inſtituere, adeo vt
non indigeat examinatiõe,an talis abſens præſentari poſſit?Et
Bal.in c.cõſtitut⁹.el 2.de appel.in 2.col,colligit arg.ex illo tex.
ibi ꝯſtaret,ꝙ notus nõ ſit examinandus allegat ad hæc.47.diſt.
c.de petro.33.diſt.c.ep̃s.& dicere,legẽ rei demonſtrare demõ-
ſtrationẽ adiicere fruſtra eſſe.l.j.in fi.ff.de dote præleg.& dr ẽt,
quod patet expreſsè,non eſt probare neceſſe:ita Bald.vbi ſ.&
hoc volũt ibi doc.& præſertim Abb.in prin. 2.col.¶Et ex hoc
2 Abb.in c.ea noſcitur.in not.dicit,ꝙ quamuis †clericus pręſen
tandus debeat eſſe pñs:per gl.in ſæpe all,cle.dudum.in verbo,
præſentari.de ſepul.& diximus.ſ.in j.art.præſentis.q.prin,tamẽ
illud dicit verum,niſi præſentandus ſit notus: nã queadmodũ
bñficium p̃t præſentari abſenti: vt in c.accedens.de præb.& in
c.ſi tibi abſenti.e.ti.li.vj.Ita et pręſentari p̃t,ex quo ſuperior ha
bet illius perſonæ qualitates notas:& hoc dr notandum qa ſæ
pe accidit.¶Et hoc vult ẽt Abb.in conſ.76. inuocato &c.plu-
ra ſunt examinanda in 3.dub. in 2.vol.qui ꝓbat hanc concluſ.
tali rõe præſentatio perſonalis ñ requiritur ad aliũ finẽ, niſi vt
ſuperior, qui habet inſtituere,poſſit illũ examinare ad finẽ ap-
probandi,vel reprobãdi eum:arg.c.venerabilis.de ele.c.cupiẽ-
tes.de lect.lib.6.Sed ſi p̃ſentandus eſt notus ſaltem ipſi ordina-
rio vel habẽti inſtituere , nõ requiritur alia examinatio ad finẽ
inſtõnis faciende.tex.eſt in d.c.conſtitutus. & in ca.nullus.24.
diſt.Ergo habens inſtituere,poteſt illam præſentationẽ admit
tere.¶Confirmat hoc alia rõe: ordinarius p̃t abſenti conferre
bñficium:vt in d.c.ſi tibi abſenti.de præb.li.6.& in ca.gratia. de
reſc.e.li.poteſt ẽt inueſtire abſentẽ per procuratorẽ,vel ipſum
procuratorem pro abſente:vt legitur & no.in d.c.accedẽs.for
tius debet ergo poſſe admittere præſentationẽ factam de ab-
3 ſente,cũ †p̃ſentatio ſit quoddam inchoamẽtum ad inſtõnem
obtinẽdam.& c.quod aũt.hoc ti. & totale ius ſpũale transferr
per inſtõnem ipſius ordinarij.arg.d.c.quod aũt.& ĩ c.cum Ber-
toldus.de re iud.no.Inn.in c.quod ſicut.de elec.facit tex.& qd
ibi no.in c.dilectus.de of.leg.Includitur.n.ius p̃ſentationis ſub
collatione libera,q̃ facit ordinarius.habet.n.collatio vim elec
tionis & collationis:vt no.Inn.in c.cũ olim.de cauſa poſ.& ꝓ-
prie.ſi ergo collatio poteſt fieri abſenti: vt in præallegatis iuri-
bus: ergo p̃ſentatio de noto,& inſtitutio,ꝑ arg.à paritate rõis,
de confirmatione vtil.vel inut.c.cum delicta. & c.tranſlato.de
conſt.cum ſi.& hanc partẽ dr ibi Ab.puto veriſſimam:nec cre-
do ꝙ diſcrepaſſet aliquis ſcribẽtium,ſi hãc limitationẽ cõſide-
raſſent,nec reperitur aliquis diſcrepãs(vt ipſe ait )qui ꝯrium te
neat.¶Et hoc ẽt voluit Phil.in d.c.conſtitutus.& ibi Præpo.in
2.col.allegantis.d.c.Abb. in d.cap.ea noſcitur. & idem vult ibi
in prin.d.me.Corſ.& in c.cum parati. in j.char.ſuper.v.no.Ab.
& ita d.me.in reperto.ad Abb.in verbo, patronus.in verſi.ha-
bens ius.& hoc voluit Gay.in d. rep.ca.ſi.de elect.libr. 6.in 46.
col.& do.Roch.in hoc tract.in vltim.col.j.char.in 3.q.& idem
Roch.in d.tract.in verbo,honorificum. in vj.q & Pau.de cira.
pulchre in hoc tracta.in vj.part.in 32.q.& vt Abb.dixit in ſuo
conſ.ſ.alleg.nullus diſcrepat ab hoc.¶Tu pro ornamento hu
ius dicti Abb.quod eſt limit.concluſionis factæ in 1.& 2.prox.
præced.art.quod dictum fuit originale dict.Abb.in d.c. ea no-
ſcitur.¶Dic primo pro eo facere dictum Bal.& ipſius Abba.in
4 d.conſtitutus.de quo.ſ.¶ † Secundo adduco d.me.Corſet.in
reper.ad Ab.in ver.examinatio.vbi dicit,ſi ſcholaris eſt noto-
rie doctus,poterit promoueri ſine examinatiõe: quia habet te
ſtimonium totius populi : licet poſtmodum addat , ꝙ ex quo
in doctoratu requiritur examinatio pro forma, requiratur ali-
qualis examinatio.alleg.Abb.in d.c.conſtitutus.quod idẽ vult
Prepo.ibi.¶Tertio adduco Hugoli.in l.j.C.de athle.li.x. ꝙ nõ
examinatur qui de curia Romana accipitur:quia fruſtra fit de-
5 monſtratio rei certè demonſtrate.l.j.ff.de dote p̃le. ¶† Addu
co quarto ſingulariter dictum Inn.in c.cum iamdudum.de p̃b.
ꝙ licet clericus vnius diœc.non debeat recipi in alia diœceſi ſi
ne literis ſui ep̃i.c.fraternitatis.cum ibi allega.de cle.de non re
ſiden. Tamen iſtæ literæ requiruntur ſecundum eum ꝓ ignotis.
ij autẽ q ſunt bñ noti, ſiue ſint clerici,ſiue laici,poſſunt abſ-
que hmõi literis recip̃i.quod dictum refert & ſequitur Abb.
in d.c.cum iam dudum.in 2.col.in ver.nec obſtat ſecundum e-
um.& in d.c.fraternitaris.ibi limita hunc tex. parum poſt prin.
& idem Abb.in c.tuis.in ver.in ea.gl.de præb. ¶Adduco quin
to d.Abb. in ca.in Lateranen.in ſi.ver.ſed quæro nunquid.de
6 præbend. ꝙ licet † præſentatus ep̃o ratione curæ animarum à
collatore bñficij ſit examinandus,vt ibi omnes : tamen ſi præ-
7 ſentatus eſt notus ep̃o,non debet examinari. ¶† Adduco ſex
to Ab.in c.3.in ſi.3.no.de ele.ꝙ ſi electus eſt notorie idoneus,
p̃t ꝯfirmari ſine examinatione.& all.d.c.conſtitutus. & eſt tex.
expreſſus.& ibi optima gl.in c.nullus.el 2.ibi populari teſtimo
nio. 24.diſt.¶Adduco ſeptimo Rotam.27.licet romana de re
ſcript.in nouis.vbi habetur,ꝙ licet motus proprius debeat ex-
primi,ad hoc,vt eius fauores conſequãtur. c.ſi motu proprio.
de præb.lib.vj, tamen ſi reſcriptum prouidet alicui exiſtenti in
loco notiſſimo,præſumitur motus proprius;licet nõ exprima
tur quid dictum Rotæ dr do.Fel.in c.ſi quando.de reſcr.in vlt.
col.in ver.obſtat c.ſi motu proprio.non teneri. ¶Adduco oc-
tauo ſecundum membrum diſt.Dom.in ſi.c.ſi forte.de ele.lib.
8 6.vbi quęrit, an examinatio obiectorum†quę fit ꝯ perſonam
electi, poſſit fieri in eius abſentia? et diſtinguit aut examinatio
non fit in ꝯdictorio iudicio:ſed tñ ex officio iudicis, ad viden-
dum,an ſit dignus:& tũc hæc examinatio poteſt fieri in abſen-
tia electi:& in iſto membro poſſet adaptari caſus noſter. Sed
melius ſecundum membrum facit à fortiori : cum non ſumus
in ꝯtradictorio iudicio : & ſecundum membrum eſt iſtud.Aut
hæc examinatio fit in ꝯdictorio iudicio:& tũc aut perſona ele-
cta eſt graduata in aliqua facultate : & poterit in abſentia fieri
examinatio:aut non eſt graduata:& proſequitur ſuã diſt.vt ibi
per eum. Ecce modo qualiter in examinatione perſonæ gra-
duate non requiritur eius præſentia propter pręſumptionem,
quam habet pro ſe.Cũ ergo in caſu noſtro requiratur præſen-
tia propter examinationem,& examinatio in iſtis perſonis no
tis & graduatis poteſt fieri in abſentia:imo in noto non requi
ritur:& ĩ graduato præſumitur:ergo ceſſante cauſa præſentiæ
debet ceſſare actualis præſentia.c.cum ceſſante. cũ ſi.de appel.
& ſuprаſcripta diſtinctio eſt perpetuo notanda.¶Adduco no-
no, quod pulchre dixit Firma.in tracta.de epiſcopo in 3.lib.in
2.2 prin.partis.in 17.q.ꝙ licet per ordinarium etiam nullo op-
ponente debeat fieri inquiſitio de perſona electi antequam
confirmetur.ca.poſtquam.de elect. & etiam de validitate ele-
ctionis,vt de primo in c.poſtquam de elect.de ſecundo in c.cũ
nobis.& ibi gl.eo.tit.tamen prædicta vera ſunt, ſi electus non
eſt notus confirmare habenti:quia ſi eſt notus,non debet fieri
inquiſitio:nam de incognito non de cognito facienda eſt talis
inquiſitio alleg.gl.in d.c.de petro.47.diſt.& gl in d.ca.nullus.
24.diſtin.¶Adduco decimo aliud,quod idem Firma.ibi ponit
annum probationis non habere locum in noto: & ideo notus
ſine probatione recipitur in monaſterium.ca. ad apoſtolicam.
9 de reg.& gl.in d.c.de petro.& hæc pro nunc ſufficiant.¶† Ta-
men eſt aduertendum primo,ꝙ Bal.in d.ca.conſtitutus.el 2.in
2.col.in nota de appel.qui videtur autor huius limitationis (li
cet re vera Abb. ſit autor in caſu noſtro illam inferendo ex di-
ctis Bald. )vult ipſam concluſionem habere locum. ſ. in noto
non requiri examinationem , niſi examinatio eſſet de forma
actus:vt in examinandis pro licentia doctoratus: quia quando
requiritur pro forma,prætermitti non poteſt : quia forma dat
eſſe rei,&c.Ita Bal.vbi ſ.& ibi etiam Abb.& d.Prepo.¶Ex quo
dicto ibi.do.Prepo.in 2.colũ. infert hoc habere locum in pro-
mouẽdo ad officium auditorum ſacri palatii apoſtolici, quod
Rotæ appellant:nam talis licet doctor excellen.(quia alij non
audent tentare aſſecutionem tanti officij) neceſſe eſt, ꝙ prius
examinetur antequam ad Rotam recipiatur. alleg.in arg.c.ſcri
ptum.de elect.& do.me.Corſe.in d.ca.conſtitutus.de appel.al-
ludit ad do.Fel.qui cum eſſet excellen.& erat aſſumendus Ro
tæ auditor,nolebat pati examen,ex quo erat fama,ſuper ethe-
ra notus,graduatus in vtroq; iure:& qui legerat iura canonica

tanto tempore:adeo ꝙ erat effectus comes:iuxta ea quæ dixit
Bart.& Pau.de ca.in j.conſti.C.§.hæc quæ.per l.j.C.de profeſ.q
in vrbe Conſtan.lib.12. Et ſic ſibi videbantur ſuffragari omnia
s̃.ſcripta:& maxime diſt.Dom.in d.c.ſi forte.de ele.li.6.& nihi-
lominus,quia in illo caſu examinatio requirebatur,pro forma
30 †paſſus fuit do.Fel.examen:& hoc idem vult do.Pau.de cit.in
hoc trac.in d.6 par.in 32.q.per allegata per eum:& do.Roch.ſi
militer hoc tra.in 4.col.j.char.in 3.q.& in verb.honorificum,
in 6.q. Iſta quæ vr̃ limitatio limitationis,me turbat in hac ma-
teria: nam cum præſentia in caſu noſtro pro examinatione fa-
cienda,& ſic ipſa examinatio requiratur ex forma ipſius præſen
tationis:vt dixit Gay.in d.repe.c.ſi.de elect.lib.6.in 46.col.neſ-
cio videre quõ poſſit notus admitti abſque actuali præſentia
& examinatione: niſi negemus in caſu præſentationis,quæ fit
per patronum,requiri ex forma:præſentiã,& examen præſen-
tati:& ſic ↄ Gay.vbi s̃.& ita ego dicerem pro concordia requi-
ri ſaltem aliquale examen: vt proxime diximus poſt do.me.in
ver.ſecundo adduco quę aliqualis examinatio poſſit fieri ẽt in
abſentia præſentati: prout dr̃ de graduato.& s̃.retulimus in 8.
31 dicto poſt Dom.in c.ſi forte de ele.lib.6.†Eſt ſecundo aduer
tendum ad aliud,ꝙ Gay.vbi.s̃.in d.xlvj.col.dicit dictum Ab.in
d.c.ea noſcitur.de noto,fore intelligendum, dummodo ita ſit
notus ꝙ examinatione non egeat.alleg.no.per Specul.in titu.
de diſpenſa.§.nunc epiſcoporum.ver.lxxviij.& Rotam.cxij.in
cip.item non ſufficit patronum in fi.in nouis:& deciſi.cclxiij.I-
tem ſi mandatis auditoris.&dicit facere.ff.de ritu nup.l.genera
li.adducit etiam,quia eſt probandum pręſentatum eſſe boni te
ſtimonij.alle.Fran.i.Card.in c.in lateranen.de præb.& ita dicit
procedere no.p Imo.in d.cle.dudum.& in cle.j.de exceſ.præl.
quæ re vera antea fuerunt Ab.in d.c.ea noſcitur. ¶Et pro hoc
videtur dicendum huiuſmodi notitiam debere eſſe talem:&i-
32 ta perfectam ꝙ nullam requirat †examinationẽ, alias non ꝓ-
cedãt s̃.dicta;& hoc credo habere locum,per ea quæ dixit Do-
mi.de graduato in d.c.ſi forte.vt s̃.retulimus in 8.dicto, qui ta-
men adhuc examinatur,licet habeat pro ſe præſumptionẽ ade
pti gradus:ita & cum perfecte non noto:quia debet aliqualiter
33 examinari.¶†Aduerte tertio,ꝙ licet dictum præcedens ſit ve
rum.ſ.notum non eſſe actualiter præſentandũ,vt s̃.tamen hoc
procedat,quãdo notus eſſet de diœc.inſtituere habentis:quia
cum ſibi ſit notus ſufficit:& ideo non eſt examinandus,vt s̃.eſt
dictum:tamen ſi præſentandus eſſet de aliena diœce.quamuis
eſſet notus,omnino non debet inſtitui ſine literis commenda
titiis proprij epiſcopi,Tex.& ibi no.doc.in c.fraternitatis.d̃ cle
ri.non reſid.tex.& gl.in c.hortamur.lxxj.diſt. Ita voluit Roch.
in d.trac.in verbo,honorificum.ante fi.2.col.8.char.operis.in
ver.ego credo.quod tamen eſt ↄ ea,quæ diximus.s̃.in hoc art.
in ver.adduco quarto. Sed de hoc remitto me ad doc.in locis
s̃.alleg.in d.ver. adduco quarto. poterimus tamen ſaluare do.
Roc.vt dicta per doc.ĩ illis locis,habeant locum in aliis benefi
ciis,quam patronatis,in quib.non requiritur actualis præſenta
tio:ſed ex quo in patronatis requiritur vera præſentatio: & il-
le præſentandus eſt de aliena diœce. licet ſit notus epiſcopo,
non eſt notus ſibi,vt ouis ſua:debet ergo examinari:cogita,q̃a
ratio diuerſitatis procedit. ¶Vel poteſt dici:ꝙ quamuis ſit no-
tus ordinario,nõ poterit beneficiari ſine literis dimiſſoriis ſui
epiſcopi: vt etiam conſtet ſe nõ diſceſſiſſe propter aliquod cri
men,poſt quam alienus epiſcopus habuit notitiã de eo. ¶Vel
tertio poteſt dici:ꝙ licet requirantur literæ dimiſſorię,vel com
34 mendatitiæ poterunt ille præſentari ſine præſentando.¶†Ad
uertendum eſt & quarto,ꝙ Firma.in d.tract.de epiſcopo.in 3.
par.2.prin.3.lib.in 7.q.circa hanc generalem concluſionem in
telligit illam veram generaliter.ſ.notum non debere examina
ri:ſed dicit illam non procedere in conſecratione epiſcopi:q̃a
conſecrandus licet ſit notus:tamen de eo inquiri debet.23.diſ.
c.quia epiſcopus.cum gl.& gl.in d.c.de petro.Ita Firma.vbi.s̃.
35 ¶†Ego aduerterem quinto ad aliud ita demum epiſcopum ſi
ne examine poſſe admittere præſentationem de noto abſente
quando nõ eſſemus in ↄdictorio iudicio cum altero: quia tũc
non putarem debere,eum,velut notum,admittere,ſi contradi
ctor vellet eum eſſe præſentem,vt poſſit facere clareſcere,quę
contra ipſum opponit:alias p̃ſentatio non teneret:per ea,quæ
no.in d.c.dudum.de elect.faciunt quæ diximus in materia diſ-
penſationis.s̃.in x.q prin.huius par.in v.ar.in illo caſu,quando
duo concurrunt in electione,an epiſcopus cum vno ipſorum
idoneo poſſit diſpenſare patronis inuitis?in ver.quartus eſt ca-
ſus:quod puto verum,quia hoc caſu non poteſt cadere diſpo-
ſitio.c.accepimus.de præb.nec diſpoſitio.c.ſi tibi abſenti.eo.ti.
lib.6.in quib.iurib.conſideratur:quòd ipſe ſolus epiſcopus ha
bet de ipſius idoneitate cognoſcere.Quod non eſt in caſu no-
ſtro propter præiudicium aliorum præſentatorum cogita.

¶Quartus art,11.q.prin.1.part.2.Libri.

1 *Epiſcopus inſtituens præſentatum abſentem præſumitur habere notitiam præſentati.*
2 *Conſequens qui vult,videtur velle & antecedens.*

Et ex Iſtis quarto dubitatur,quid ſi præſentatur abſens,&
ab inſtituente acceptatur præſentatio, an inſtituens
præſumatur ipſius præſentati habere notitiam? Do. Abb. in d.
conſi.lxxvj.inuocato &c.plura ſunt examinanda.in 3.dubio.in
1 2.vol.tangit hoc,& concludit,†ꝙ quando ordinarius accep-
tat præſentationem factam de abſente,præſumitur eum ipſius
abſentis habere notitiam,ex quo illam præſentationem acce-
ptauit: ſicut præſumitur habere notitiam eius, cui beneficium
2 in abſentia contulit:†nam qui vult cõſequens,videtur appro
bare antecedens:vt not.in c.cum.m.de conſti.& in c. ex parte
de ſponſa.& hoc putat verum ibi do.Ab.¶D.Roch. autem in
hoc trac.in verbo,honorificum.in 6.q.in fi.dicit,ꝙ ſi epiſcopus
admitteret præſentationem de eo qui ſe corporaliter non ex-
hibuerit,valet præſentatio:quod dicit eſſe de mente Abb.in d.
conſ.& eſſe ſatis equum,& facere nota.per Abb.& doct.in ca.
cum acceſſiſſent. de conſti. Sed certe hoc Abb. ibi dicit verbis
expreſſis:& ſic non dicemus eſſe de eius mente: & ego teneo
eſſe veriſſimum:nam admittendo ipſum,pre ſe fert ſe habuiſſe
illius notitiam.

¶Quintus & vlt.art.11.q prin.1.part.2.Libri.

1 *Abſenſens notus epiſcopo præſentatus,infra quantum tempus debet acceptare præſentationem. Et an per procuratorem vel conſanguineum poſſit eam acceptare. & n.2.3.6.& 7.*
4 *Negotiorum geſtor non acquirit dominium abſenti,niſi à tempore,quo dominus ratum habet.*
5 *Mandatum generale non ſufficit in ſpiritualib.& beneficialib.ſed requiritur ſpeciale.*

Et pro Complemento huius materiæ, dubitatur quinto
1 &vlt.†ſi abſens eſt pręſentatus caſu,quo poteſt ſi
non ratificauit, & acceptauit præſentationem de ſe factã infra
quadrimeſtre, vel ſemeſtre ſecundum qualitatem præſentan-
tium,an teneat præſentatio,& an huiuſmodi acceptatio vel ra
tificatio poſſit fieri per procuratorem, ſeu per cõſanguineum,
vel per literas ipſius præſentati abſentis.¶Iſtum art. in 1.part.
ſui ponit Abb.in d.conſ.lxxvj. inuocato &c. plura ſunt exami-
nanda.in 3.dubio.in 2.vol.&de 2.par.ponit in 4.dubio.¶Dicit
ergo circa primam partem,cum argumentatus fuiſſet pro par-
te negatiua,ꝙ nõ tenebat ibi præſentatio:quia erat facta de ab
ſente dicit ideo præſentationem de abſente non valere vltra
alias rationes:quia ſi diceremus contrarium,poſſet graue prę-
iudicium irrogari eccleſiæ ex dilatione ſue prouiſionis.ſi.n. ſa-
tis eſſet patronum eligere: & abſentem præſentare, poſſet ſic
præſentatus differre aduentum ſuum per annum,&annos,nec
epiſcopus poſſet interim prouidere eccleſiæ:nã de illo præſen
tato non.quia non poteſt eum in abſentia examinare:vt in c.ſi
forte.de elec.lib.6.nec de perſona alterius poſſet prouidere tã
quam per patronum non præſentata:vt in c.decernimus.16.q.
7.in noto autem hoc non cadit:quia non indiget examinatio-
ne.requiritur tamen vt ipſe Abb.præſupponit ibid. in 4.dubio
2 vt†ĵ.quadrimeſtre vel ſemeſtre ſecundum qualitatem patro-
norum præſentantium habeat acceptare, vel gratificari, vt vi-
3 deatur præſentatio perfecta.¶†Et ſubdit in d.4.dubio, ꝙ legi-
time ratificatur,vel acceptatur præſentatio per procuratorem
ad hoc ſpecialiter conſtitutum quem dicit optime in hoc actu
poſſe interuenire,ex quo præſentandus erat notus.alleg.c. ac-
cedens.de præb.ſi.n.procurator poteſt interuenire,pro abſen-
te noto ad actum collationis.per quem trãsfertur plenum ius
ſpirituale,multo fortius poteſt interuenire in actu pręſentatio
nis,per quam præſentationem parum ius transfertur: quia dr̃
quoddam inchoamentum inſtitutionem obtinendam:vt in c.
quod aũt.hoc ti.nam valet arg.à maiori:vt in c.cum in cunctis.
in prin.de elec.& in auth.multo magis.C.de epiſ.& cle.cum ſi.
& ita reſidet dom.Abb.in d.conſi.¶Tu adde,nam ea quæ dixit
Abb.in d.conſ.de ratione, ꝙ eſſet neceſſe præſentatum etiam
per literas ſe præſentari habenti inſtituere,ne res vadat in infi-
nitum,fortificãtur per id,quod dicit Rot.ccxj.non ſufficit.hoc
ti.in nouis: ꝙ ſi non præſentatur, non eſt ſatisfactum habenti
inſtituere:& ideo præſentatio debet acceptari infra tempus da
tum ad præſentandum à iure,vt ibi pulchre vult Rot.¶Conſi
dera ẽt dicta Abb.in d.conſ. bene procedere:nam ſi hmõi præ-
ſentatio de abſente noto equiparetur collatiõi, quę fit abſenti
per habentẽ conferre:&quando hæc collatio fit abſenti etiam
nulla perſo

nulla perſona media per illam collationem,nihil acquiritur ab
ſenti: vnde abſens nõ poterit dicere beneficium eſſe ſuum,an-
tequam acceptet illum:vt in d.c.ſi tibi abſenti.& in l.abſenti.ff.
de don.& in l.qui abſenti.ff.de acq. poſſ. eodem modo in præ-
ſentante non debet tenere pręſentatio de abſente facta,donec
per illum acceptetur:& ſi non tenet,niſi acceptetur,& non ac
ceptatur infra quadrimeſtre,nõ videtur præſentatus infra qua
drimeſtre:ergo deuolutio eſt facta ad ſuperiorem. Verũ tamẽ
eſt præſentatũ non poſſe retrocedere à præſentatione:ſed be-
ne poterit accumulare, ſicut nec ordinarius pendente accepta
tione non poteſt retrocedere à collatione:& ideo eſt facienda
acceptatio infra terminum datum ad præſentandum: tum ne
patroni deludantur: tum etiam ſi bene non deluderentur, vt
epiſcopus poſſit ꝓuidere, ne eccleſia patiatur in ſpiritualibus
& temporalibus: arg.c.cum vos.de offi.ord.¶Tamen,vt ſ.eſt
dictum huiuſmodi ratificatio vel acceptatio,poteſt etiam fieri
per perſonam mediam:& ex quo requiritur habentis gratifica
4 re animum.l.ſi ego.& quod ibi no.ff.de neg.geſt.†negociorũ
geſtor.n.non acquirit dominium abſenti: niſi à tempore quo
dominus habuit ratum.vt in d.l.ſi ego.& gl.not.in c. quam ſit.
de elec.lib.6. quæ vult in iſtis ſpiritualib. poſſe interuenire ne-
gociorum geſtorem:ſed oportere dominum habere ratum in
fra illud tempus infra quod tenebatur ipſe declarare animum
ſuum.l.pe.rẽ ra.ha.vt in exor. poſito in d.gl. & ideo requiritur
5 †ꝙ perſona media habeat mandatum non dico generale:quia
non ſufficit:ſed requiritur ſpãle, quia nec in iſtis beneficialib⁹,
nec in aliis ſpũalib.ſufficit generale mãdatũ:ſed requiritur ſpe
ciale tum propter qualitatem rerum:tum propter præiudiciũ:
quod euenire poteſt.Ita Abb.poſt doc.in d.c.accepimus.& iõ
idem Abb.in d.conſil.lxxvj. in 4.dub. requiſiuit ſpeciale man-
6 datum,vt proxime retulimus.¶†Et ex prędictis infert do.Ab.
in d.c.accepimus,poſt prin.2. col. coniunctam perſonam non
poſſe acceptare beneficium pro coniuncto ad hoc,vt coniun-
cto ſtatim acquiratur beneficium: quia coniunctio ſanguinis
non ſupplet ſpeciales defectus mandati,vt in l.pater.ff.de min.
& vult Inn.in d.c.accepimus.& Spe.in tit. de coniuncta perſo-
na. ¶Requiritur ergo omnino ſpeciale mandatum:& tunc be
neficium quæritur abſenti,ſi abſens inueſtiatur per procurato
rem,ſiue procurator nomine abſentis:vt in d.c.accepimus. ar.
in l.j.C.de acq.poſſ.& in l.j.§.per procuratorem.ff.de acq. poſſ.
¶Et hæc procedunt, ſiue ſit procurator conſtitutus ad accep-
tandum beneficium certum,ſiue incertum: quia ſatis hoc ap-
paret de animo & intentione domini conſtituentis:vt vult ibi
7 Io.And.& poſt eum Abb.& ſequitur ibi prædicta Imo. ¶†Ex
quibus dictis infero ad caſum noſtrum, ꝙ infra quadrimeſtre
vel ſemeſtre iuxta qualitatem patronorum præſentantium ab
ſens(caſu quo præſentari poteſt:puta quia notus)debet accep-
tare ſeu ratificare præſentationem de ſe factam: & ſic ſeque-
tur inſtitutio:& hoc agere poterit ipſe per ſe,vel per ſuum pro
curatorem habentem: tamen ſpeciale mandatum ad acceptan
dum illud beneficium,in ſpecie, vel quæcunque beneficia: &
hoc idem facere poterit per eius epiſtolam.d.c. ea noſcitur.&
no.in d.c.ſi tibi abſenti.¶Et ideo pater pro filio,& conſangui-
neus pro conſanguineo abſente hoc agere nõ poterunt:tum
per rationem.ſ.alleg.per Ab.tum etiam, quia eſſet neceſſe eos
promittere de rato:& talis ratificatio ſimiliter omnino eſſet fa
cienda infra quadrimeſtre vel ſemeſtre,vt ſ.eſt dictum:ergo ta
lis acceptatio patris vel conſanguinei nihil operaretur:ex quo
ipſius abſentis expectabitur præſentia facienda infra eundem
terminum.

Ex omnibus Dictis in præſenti.xj.q.prin.& eius v.ar
ti.pro concluſione collige,præſentan-
dum debere eſſe præſentẽ ſenſibus corporis illius,cui præſen-
tatur,& à quo inſtitutio expectatur.vt late diximus.ſ. in j. arti.
¶Amplia primo iſtam conclu.præſentandum debere eſſe pręſ
ſentem,intantum,procedere, ꝙ non poteſt præſentari procu-
rator abſentis per patronos quamuis habeat mandatum:per di
cta in d.j.art.per totum: & præſertim in ver.ex iſtis ſequuntur
duo corollaria.¶Amplia ſecundo.d.conclu.intantum proce-
dere:ꝙ nec pater pro filio, nec conſanguineus pro conſangui-
neo abſentibus admittuntur:ſed debent eſſe pręſentes ipſi pręſ
ſentandi:per ea,quæ diximus in d.j.artic.in verſ.ſecundum co-
rollarium ¶Amplia tertio.d.concl.præſentandum debere eſ-
ſe præſentem, intantum procedere, ꝙ non valet conſuetudo
diſponens abſentem poſſe præſentari,& non examinari:per ea
quæ diximus.ſ.in 2.art.Limita modo primo iſtam cõcl.proce-
dere,quando abſens præſentandus non eſſet notus habenti in
ſtituere:quia tunc eius pręſentatio in abſentia non valeret:ſed
quando præſentandus,licet abſens eſſet,tamen notus habenti
inſtituere,bene poterit præſentari: per ea quæ diximus.ſ.in 3.
art.cum plurib.ibi accumulatis.¶Extende hanc primam limit.
ſufficere præſentandum eſſe notum habenti inſtituere, intan-
tum procedere,ꝙ præſentatione admiſſa de abſente,præſume
tur ordinarium illius habere notitiam: & tenebit præſentatio:
per dicta.ſ.in 4.art.¶Reſtringe modo primo hanc limi.primã
ita extenſam procedere,quando habens inſtituere, habet ple-
nam notitiam præſentandi abſentis:nam tunc tenet eius præ-
ſentatio,quia non requiritur examinatio: ſed ſi præſentandus
abſens non ſit notus tali notitia, vt habens inſtituere habeat il
lius plenam,& requiſitam notitiam ad illum actum, non ſuffi-
cit:& ideo omnino debet eſſe præſens& examinari:vt diximus
ſ.poſt Gay.in 3.art.in ver.eſt ſecundo aduertendum.¶Reſtrin
ge ſecundo ipſam limi.procedere in caſu prædicto,quando re
quiritur examinatio præſentandi:non tamen pro forma:ſed vt
habeatur eius notitia:quia ſi eſt notus habenti inſtituere,quã
uis abſens præſentari poteſt:vt ſ ſed in alio actu requirente e-
xaminationem de forma:& ſubſtãtia actus:licet ſit notiſſimus
habentib.illum recipere & examinare,adhuc requiritur actua
lis præſentia & examinatio:vt diximus.ſ in d.3.art.de auditori
bus Rot. in ver tamen eſt aduertendum primo.¶Quam reſtr.
ego extenderem ad caſum noſtrum, quãdo ex lege fundatoris
beneficij requireretur examinatio:quia videretur de ſubſtãtia
& forma;& ideo non poſſet prætermitti,nec per epiſcopũ p.ę
teriri:per ea quæ dicunt Hoſt.&alij in c.cum acceſſiſſent.de cõ
ſti.& diximus.ſ.in x.q.prin.huius par.in 2.& 3.art.& latius in 7.
q.prin huius par.in xxx.& vlt.art.¶Reſtringe tertio ipſam lim.
vt ſufficiat præſentandum eſſe notum habenti inſtituere. pro-
cedere, quando præſentandus eſſet de eadem dioeceſi:ſecus ſi
de aliena:quia tunc ſaltem requirerentur literæ dimiſſoriæ ſui
ordinarij:per dicta.ſ in 3.art.in ver. aduerte tertio.¶Reſtringe
quarto.d.limi.vt ſufficiat quẽ eſſe notum ordinario, procede-
re in beneficiis minorib.epiſcopatu:ſed ſi caderet ius pa.in epiſ
copatu, non poſſet præſentatus electus conſecrari, niſi exami-
naretur:per ea quæ diximus poſt Firma.ſ.in d.3.art.in verſ.ad-
uerte quarto.¶Reſtringe quinto.d.limi.procedere,quando eſ
ſemus in caſu,in quo vnus tantum eſſet præſentatus:quia ſuffi
ceret illum eſſe notum habenti inſtituere.Secus, ſi eſſent plu-
res, & patroni, vellent videre, quis eſſet idoneior pro eorum
intereſſe:per ea,quæ diximus in d.3.art.in ver.ego aduerterem
quinto.¶Reſtringe ſexto iſtam limi.procedere,& eſſe veram,
ſi præſentatus notus epiſcopo infra quadrimeſtre vel ſeme-
ſtre acceptauit præſentationem de ſe factam, alias elapſo dicto
tempore non teneret:ſed epiſcopus ipſe prouideret beneficio
per ea,quæ diximus in v.artic. ¶Limita ſecundo principaliter
hanc conclu.abſentem, nec eius procuratorem præſentari,nõ
poſſe eſſe veram in ipſa præſentatione: ſed in ratificatione, &
acceptatione,quam habet facere præſentatus abſens:vt in pręſ
ced.proxima reſtric. 6. diximus bene poteſt ille actus fieri per
procuratorem:per ea,quæ diximus in d.v.art.& idem poteſt fa
cere per ſuas literas:vt ibi diximus.¶Reſtringe tamen iſtam ſe
cundam limi.procedere in ipſo ratificante: ſeu in eius epiſtola,
vel in procuratore ſuo ſpeciale mandatum habente ad accep-
tandum beneficium certum,vel quæcũque beneficia quia his
modis poterit fieri acceptatio:Secus autem in procuratore ge
nerali,in patre,vel ꝯſanguineo:qa per iſtos acceptatio fieri nõ
poteſt per ea,quæ diximus.ſ.in d.v.&vlt.art.¶Limita tertio ſ.
ſcriptam concluſionem præſentem non poſſe præſentari,eſſe
veram ex ſe:ſed ſi patrõi præſentaſſent abſentem,& epiſcopus
admitteret, teneret præſentatio: quia præſumetur illius habe-
re notitiam:vt diximus ſ.in 4.ar.& proxime in exten.proxime
limi.Et per iſta omnia ſunt plana.Per quæ clauditur hic.v.ar.&
iſta xj.prin.q.necnõ & hæc.1.pars.2.li.huius operis.Laus Deo,
Virgini, & beato Hieronimo,cui opus dicatum eſt,Catharinę,
& toti curiæ triũphanti.Amen.Trani die vltimo Carnis priuij,
quæ eſt vltima Februarij hora.4.noctis.1514.2.indi.¶Et ideo
ne mireris ſi hæc dicta vltima non ſapiant:quia ita ſuccedit illis
rebus que in Carnis priuio expediuntur. ¶Sequitur ſecunda
pars huius ſecundi Libri baſilice Hieronymi.

# INCIPIT SECVNDA PARS SECVNDI LIBRI

## TRACTATVS DE IVRE PATRONAT. NVNCVPATI

Baſilica Hieronymi: editi per Reuerendum patrem, V. Cenſuræ doctorem dom. Cæſarem Lambertinum, Patritium, Canonicum, & Archipresbyterum Tranenſ. ac Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum Inſulanum feliciter.

¶ Libri ij. ij. Pars eccleſiæ patronatæ ordinationis actualitas.

1 *Partis primæ ſecundi libri ad ſecundam partem continuatio.*
2 *Secundæ partis appellatio.*
3 *Patroni quantum tempus habeant ad præſentandum poſtquam beneficium vacauit.*

1 SEquendo diuiſionem ſecundi Libri huius operis: † quam ſ. po
ſuimus in principio primæ part. ipſius, diui-
dendo ipſum in tres partes. Nam cū eundem
librum nominauerimus in principio totius
operis eccleſiæ patronatæ ordinatio: in diui-
ſione ipſius primam eius partem appellauimus eccleſiæ patro
natæ ordinationis præparatio: de qua cū Dei adiutorio ſumus
expediti: in qua tractauimus omnia præparamenta ipſius præ-
ſentationis vidimus. n. qui poſſunt præſentare: patroni & exi-
ſtentes in quaſi poſſ. iuris præſentandi eorumque procurato-
res ad quas eccleſias & loca ipſa p̄ſentatio fieri debeat: & quan
do. & qui præſentari poſſunt: & qui non. & an præſentandi poſ
ſint per procuratores præſentari vel debeant eſſe ipſi præſen-
tes: & ſic legitimauimus perſonas præſentantium & præſentan
dorum: & loca, in quibus cadat præſentatio, & vacationes, vt
2 præſentatio fiat. ¶ † Sequitur modo merito in ſecunda part.
huius. 2. lib. quæ vocatur eccleſiæ patronatæ ordinationis ac-
tualitas: de præſentatione actuali cum omnib. quæ in ea requi
runtur: ac etiam oppoſitionibus & litibus quæ in ea ſuccedere
poſſunt, vſque ad inſtitutionem excluſiue cum de ea ſimus tra
ctaturi, deo duce. in 3. par. huius. 2. lib. quæ appellatur eccleſiæ
patronatæ ordinationis perfectio. & ſic omnia rite recte clare
3 procedent. Et quia pro † fundamento præſentationis eſt ſciē-
dum, quantum tempus habent patroni ad pręſentandum poſt
quam beneficium vacauit, vt ſciant, quando poterunt præſen
tare, primo de ipſo tempore videndum eſt. j. ꝙ præſentatio fie
ri debeat per patronos.

¶ Prima q. prin. 2. part. 2. Libri.

1 *Præſentatio intra quantum tempus fieri debeat.*
2 *De iure patronatus eccleſiaſtico legatus diſponit.*
3 *Clerici patrimonij ratione patrimonij in omnib. cenſentur laici.*
4 *Patronis laicis quadrimeſtre, eccleſiaſticis vero ſemeſtre præfixum eſſe à iure ad præſentandum.*
5 *Intellectus ad c. vnicum, de iure patronat. lib. 6.*
7 *Iuris patronatus quæſtio inter patronos, vel clericos, vel laicos intra quantum tempus finiri debeat.*
7 *Patronis eccleſiaſticis cur maius tempus detur ad præſentandum, quam patronis laicis.*
8 *Collatorib. ſex menſes dantur, ſex item præſentatoribus eccleſiaſticis. Limi. numero 9.*
10 *Electorib. quib. datur trimeſtre, quare detur minus tempus ad eligendum, quam patronis eccleſiaſticis.*
11 *Patronis eccleſiaſticis quare ſtatuatur tempus datum collatoribus, & non tempus præfixum electoribus.*
12 *Collator, prouiſor eſt mere ſpiritualium.*
in xj.præceden.arti.& plenè iſtam rõnem ponderauimus. ſ̃.in
viij.præceden.artic.in mea noua cõſideratione,quã feci, quare
p̃rono impedito currit tp̃s:vñ nõ poteſt ep̃s illam gr̃am augere
ex quo ius nõ auget:ſed illam reſtringit ad quatuor mẽſes. ¶Et
licet hoc motiuum videatur nimium ſtringere: tñ adhuc dico
idem eſſe in p̃rono laico,quod in eccleſiaſtico: & hoc quia ius
ſimil̃r hoc pmittit.& adduco ꝓ hoc tex.in c.iij.hoc ti.ibi ordinet
antiſtes eccleſiam,ſicut melius ſm Deum viderit ordinandam:
& ſic remittit̃ arbitrio eius.ex quo fit, vt ipſe ep̃s poſſit eos ad-
mittere ſi ſibi videbit̃.c.de cauſis.de offi.deleg.¶Ad idem addu
co clariorẽ tex.de laicis ẽt loquentem.in c.ſi vero.hoc titu.nam
loquitur de patronis laicis litigãtib.ſuper iure pa.vt ibi apparet,
dum dicit,pro cõtrouerſia laicorum:& in eo dr̃,loquendo epõ
inſtituere habenti fas tibi ſit,quod eſt idem cum verbo licet: &
ſic ille tex.inducitur,vt alij.Poterit ergo ep̃s illos patronos ne-
gligẽtes vel lite nõ finita admitttere,ẽt poſt lapſum tpis, ſi vo-
luerit.¶Non obſtat mõ obiectio.ſ̃.facta.ſ.ius pa.eſſe ex gr̃a &c.
ex quo iſta gr̃a ita eſt extenſa à iure:vt apparet in iurib. ſ̃.alleg.
& ius cõcedens hãc libertatem epõ,dicetur hoc facere,& nõ ip
ſe ep̃s.¶Sed adhuc ꝯ prædicta poteſt adduci tex.in c.cum pro-
pter.hoc ti.qui loquit̃ de patronis laicis: vt patet ibi diſcordias
laicorum:& ibi infra quatuor mẽſes &c.& tñ dicit,ꝙ lapſo qua
drimeſtre loquendo epõ,ex tunc eccleſiam de perſona idonea
non differas ordinare: ergo de neceſſitate ep̃s habet ordinare
eccleſiã:ſed rñdetur illum tex.velle ordinationẽ non retardari:
& ſic fieri ex tũc,& non differri, fiet tñ vt epõ placebit, cum per
7 alia iura loquẽtia p†verbum liceat:& p verbũ fas tibi ſit, ordi-
natio ſit impoſita in ſua volũtate:& ſic poterit eã facere ad p̃ñta
tionẽ patronorũ laicorũ illis gratiam faciendo,eos ad p̃ñtatio-
nem admittẽdo,dummõ ordinatio eccleſiæ fiat, quanto citius
lapſo quadrimeſtre,& nõ differat̃,p d.c.cum ꝓpter.& ſic ille tex.
nõ obſt.¶Et ſi diceres,illum tex.cũ pp,adhuc obſtare, cum ve-
lit iure deuoluto habentẽ inſtituere,ordinare eccleſiam:& mõ
ordinaret illam p̃ronus:& qd̃ peius eſt,ordinaret extra tp̃s ſibi à
iure permiſſum.¶Adhuc rñdetur:ꝙ vere non dicit̃ patronus or
dinare eccleſiã,ſed inſtituens:vt diximus.ſ̃.in j.par.huius.ij. libr.
in j.q.prin.in vj.artic.dum tractauimus,an patronus dicatur or-
dinare eccleſiam.Et pro hoc ẽt facit diuiſio huius.ij. lib. quam
in eius principio poſuimus:cum enim ipſum librum appellaue
rimus eccleſię patronatę ordinatio,ipſam ordinationem diuiſi
mus in tres partes:quarum primã appellauimus ordinationis p̃-
parationẽ:& ſic p̃ñtem ordinationis actualitatem: tertiã in qua
tractabimus materiã inſtõnis,appellauimus ordinationis perfe
ctionẽ:p̃ñtatio eñi dat ius ad rem,quod nihil eſt:vt no.in c.cum
Bertold.de re iud.inſtitutio vero dat omne ius.c.ex frequẽtib⁹.
de inſti.reg.j.de reg.iur.lib.vj.& ſic quãuis hoc fit iure pmitten
te,ẽt finito tpe dato ad p̃ñtandum,vt ex ſ̃.allegatis iurib. colligi
tur.tñ adhuc,ſi bene ius hoc non extẽderet,ordinatio fit per in-
ſtituentem ſolum admittẽdo p̃ñtatum p p̃ronos, prout admit-
teret quẽlibet,cui ꝯferret,nec obſtat igitur.d.c.cũ ꝓpter.¶Sed
bene ex ipſo tex.poterit colligi ep̃m iure deuoluto non habere
ſemeſtre ad p̃ñtandum,vt multi dicunt:ſed quãto citius poterit
debere conferre:vt in d. ca. cum pp.niſi intelligamus illud non
differas.ſ.vltra ſemeſtre,per c.ij.de cõceſ.pręben.de quo tamen
8 latius dicetur.j̃.ſuo loco.¶Dicerem ẽt †vnum nouum,ꝙ ſicut
ep̃s cum ius ꝓuidendi eccleſię ad eum eſt deuolutũ ex negligẽ
tia vel ex lite nõ finita,põt facere gratiam:vt adhuc p̃roni p̃ñtẽt
idẽ poſſe facere cap̃lm:& poſtea metropolitanũ ĩfra eorũ ſeme
ſtre, ſi ep̃s infra ſuum ſemeſtre fuit negligens in conferendo vl̃
iure directo, vel iure deuoluto ex negligẽtia p̃roni: qa eadẽ eſt
ratio,& nõ dant ius alterius,ſed eorũ,quod non eſt eccleſię prę-
iudiciale.¶Sed in hoc aduerterẽ,& dicerẽ hoc nõ procedere in
epõ negligente ꝯferre ex iure proprio:qa elapſo ſuo ſemeſtri i⁹
ꝯferendi deuoluitur ad ſuperiorẽ:adeoꝙ nullo modo conferre
poterit:ſed ſuperior.c.ij.de ꝯceſ. prębẽ. vnde ſi ſuperior permit
teret eum ꝯferre,oĩno eſſet nulla collatio: qa per eam haberet
dare oẽ ius, & non poſſet, cũ illud non habeat: nemo enim dat
qd̃ nõ hẽt c.daibertũ.vij.q.j.niſi hoc faceret ex ſpeciali cõmiſſio
ne ſuperioris:& tũc diceret̃ facere ille,cuius noĩe fit, & non ipſe
ep̃s.c.ſane.de of.deleg.cum ſimi.in p̃rono eſt ſecus. Nam ſi ipſe
fuit negligẽs & habens inſtituere,adhuc negligens,ſuperior ad
quẽ fit deuolutio, poſſet admittere p̃ronũ, ſicut poterat facere
habẽs inſtituere,vt proximè ꝯcluſimus:& ipſe ſuperior inſtituẽ
do oĩa faceret:cum inſtitutio,quę per ipſum fit,tribuat oẽ ius &
non p̃ñtatio, quæ tribuit ius ad rẽ:ſecus eſt in collatione,quę tri
buit oẽ ius:& præſertim prædicta ꝓcederent,cum habẽtes inſti
tuere, & ſuperiores ẽt elapſo tpe dato ad p̃ñtandũ admitterent
p̃ronos ad p̃ñtandum pp ſcandala euitanda: nam tanto magis
hoc facere poſſent.Nota prędicta,qa nouiter ꝯſiderata,& credo
9 ea procedere. ¶†Vnum tñ non obmittam: ꝙ ſi p̃ronus eſt pri
uatus illa vice iure p̃ñtandi,, ex quo p̃ñtauit indignum: vt in c.
cũ vos.de offi. ordi.non poterit ep̃s illum admittere ad euitan-
dum, cũ priuatio p̃ñtationis pro illa vice ſit pœna.& in d.c.cum
vos.& diximus latè.ſ̃.ĩj.par.huius ij.lib. in x. q.p̃rin.in iiij. artic.
& ſi illũ admitteret ad p̃ñtandũ, liberaret eũ à pœna: & tñ ſolũ
papa põt eum reſtituere.Ita ſentit glo.in verbo,occultũ.in fi.in
c.ſi electio.de elec.lib.vj. & faciũt quę diximus. in xix.p̃ced. art.
Nota iſta,qa quotidiana,& nõ tactra:reliqua vidẽ.j̃.in vj.q.prin.
huius partis in xxij. artic. in verſi. diximus p̃ñtationem factam.

¶Vigeſimus octauus articu.j.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Tempus datum ad præſentandũ,an habens inſtituere poſſit contrahere ſeu abbreuiare in appoſitione edicti.& nu.2.8.10.& 11.*
3 *Dilatiões legales datæ ſine iudicis miniſterio,an poſſint per iudicẽ abbreuiari.*
4 *Tacens conſentire videtur,ſi iuſſus eſt loqui.*
5 *Iudex non poteſt abbreuiare terminum legis,vbi eo elapſo incurritur aliqua pœna.*
6 *De eligente & præſentante an idem iudicandum.*
7 *Argumentum de electione ad præſentationem,procedere.& nu.9.*
11 *Ius patro.quando competit aliquib.iure collegij,tunc maior pars poterit abbreuiare tempus iuris,& vocata minori parte præſentare.*

1 Erit XXviij. articul. huius j. q. prin. †nam ꝓximè diximus
ep̃m poſſe facere gr̃am patronis neglĩgẽtibus, & illos
etiam poſt tp̃s datum ad p̃ñtandũ admittere. ¶Modo dubi-
tatur:an hoc tp̃s datum ad p̃ñtandum, habens inſtituere, poſſit
abbreuiare in appoſitiõe edicti:puta,vacat eccleſia:& vnus vel
plures patroni p̃ñtant clericum habẽti inſtituere,qui facit appo
ni edictum iuxta formam.c.fi.de elect.lib.vj.qui tex.licet loqua
tur in electione,habet etiam locum in pręſentatione,ſm glo.&
doc.ibi,alius ſeu alij p̃roni nõ cõparent infra tp̃s p̃ñxum in edi-
cto:an per hoc ſit eis præiudicatum in tpe quatuor vel ſex men
ſium dato à iure patronis ad p̃ñtandũ,an vero poterunt infra re
liquũ ipſius tẽporis p̃ñtare, q̃uis nõ cõparuerint,& p̃ñtauerint
infra terminũ edicti.¶Io.An.format hunc arti.in c.ij. ad finem.
de offi.vica.lib.vj.quem ibi refert & ſequit̃ Gemi.in ij.col.& de-
cidunt huic p̃rono nõ cõparẽti infra terminũ edicti eſſe præiu-
dicatum:& aſſignant rõnem:quia p̃ronus nõ comparẽdo vr̃ cõ
2 ſentire p̃ñtationi factæ p alios:& ſic iſti vñr † ꝯclu[illegible]ere hoc mõ
ep̃m poſſe abbreuiare tp̃s à iure datum p appoſitionẽ edicti,iu-
xta formam.d.ca.fi.¶Sed aduertè, ꝙ ad hoc,vt iſta abbreuiatio
tpis teneat,requirit̃ ſequutã eſſe inſtõnem:nam alias re adhuc
integra,id eſt,inſtõne non ſequuta,ad inſtantiam prius pręſen-
tantiũ nõ erit præcluſa via p̃ñtandi alijs comp̃ronis,ſi adhuc ſu
inus

mus infra ſemeſtre, vel quadrimeſtre. Ita vult Io. An. ibi dum ſe
remittit ad dicta per eum. in c. ij ſup gl. de his, quę fiunt à præla.
vbi hoc requirit. ſ. ſequutam eſſe inſtitutionem. & idem vult Ge
mi. in d. c. ij. in ij. col. de offic. vica. Quod etiam ſequit̃ ibi Philip.
¶Do. Fely. aũt in ca. cum Bertoldus. in v. col. in verſi. quid autẽ
ſi ordinarius. de re iud. tractat hunc articu. Et dicit primo ſibi vi-
deri non excludi patronum, ſi comparet infra ſemeſtre vel qua
drimeſtre: qa cũ à iure ſit ei datum dictum tp̄s beneficium dicti
tp̄is, nõ debet ei auferri. reg. indultum. de re. iur. lib. vj. cum con-
3 cor. ſicut etiam † dr̃ dilationes legales datas ſine iudicis miniſte
rio, nõ poſſe per iudicem abbreuiari ſm glo. in d. reg. indultum.
¶Poſtea dicit in ɔ̃rium facere, ꝙ no. Io. An. in ca. ij. de his, quæ
fiunt à p̄la. & in c. ij. de off. vica. lib. vj. cum quo dicit tranſire Do
mi. ibi: ꝙ facta vna p̄ntatione ſi apponatur edictũ cũ tp̄e, & in-
fra illud tempus p̄ronus nõ opponat, vr̃ ɔſentire illi p̄ntationi.
¶Sed dicit ipſe Fely. poſſe cõſiderari caſum, qñ quæritur vtrum
4 p̄ronus † ꝑmittens ſcienter labi tp̄s edicti, videatur pro tunc aſ-
ſentire p̄ntationi ab alijs factæ: & dicẽdum ꝙ ſic ꝑ ꝓximè dicta.
& ꝙ iuſſus loqui, ſi tacet, vr̃ cõſentire: & non dr̃ tunc iudex ab-
breuiare tp̄s datũ à lege: ſed facere actum permiſſum ad elicien
dum à patrono tacitam renuntiationẽ ipſius tp̄is legalis, cui ſi-
cut expreſſè ita & tacitè renuntiare p̄t: & dicit ſic ꝓpriè loqui Io.
An. vbi ſ. ad prædicta ẽt adducit Abb. in diſputatione ſua incip.
Augerio. in xiij. column. in fi. vbi dicit p̄rono præiudicare ſi fuit
propoſitum edictum: & nõ cõparuit infra tp̄s ad ɔ̃dicendum al-
leg. Io. And. & Abb. & Hoſt. in d. c. ij. de his, quæ fiũt à p̄la. ¶Do.
Roch. etiã ſequit̃ p̄dicta in hoc tract. in verbo, honorificũ. in ij.
q. prin. qui ꝓ hoc adducit Imo. poſt Lap. loquẽtes in fortiorib⁹
terminis in cle. plures. in iij. col. hoc titul. ſ. contradictionẽ vnius
ex patronis vel minoris partis volentis expectare tempus qua-
tuor menſium, non attendi, quando maior pars præſentauit: &
mouetur, quia fruſtra expectaretur pręſentatio minoris partis,
cuius euentus nihil operaretur: per l. aliquando. ff. ad Velle. qđ
dicit notandum: alleg. etiam no. per doct. & maximè Abb. in pe.
col. de elect. vbi tractant, qñ poteſt maior pars collegij ſine mi-
nori & è cõtra: quia eſt tempus iuris in quo actum habẽt expe-
dire. ¶Adducit etiam Cald. conſi. x. ſi vniuerſitas eſt patronata,
ęquiorem eſſe opinionem maiorem partem non inſtante ter-
mino iuris aſſignare terminum pręſentationis faciendę. ¶Sed
ɔ̃ prædicta videntur facere alia dicta do. Fely. in d. c. cum Bertol
dus. in v. col. in verſi. aliquando vero. de re iud. vbi ponit aliũ ca-
ſum. ſ. quãdo quæritur, quid ſi patronus comparet infra termi-
num edicti: & opponit, ne præſentatus vlterius inſtituat̃, ex quo
prætendit ad ipſum ſpectare præſentationem, inſimul vel ſin-
gulariter, & tñ tunc non præſentat alterum: nec ẽt vult præſen-
tare infra tempus edicti: ſed vult vti beneficio tp̄is legalis vſque
ad finem quadrimeſtris vel ſemeſtris: & dicit hunc caſum non
declaratum ab aliquo quem viderit, in quo caſu credit patro-
num non teneri præſentare infra tempus edicti, per d. reg. indul
5 tum. ¶Et † etiam optima rõne: quia licet tempora præfixa à le-
ge quãuis ſine miniſterio hoĩs poſſint ex cã ꝑ iudicẽ abbreuia
ri. vt latè firmat Bar. in l. ij. ff. de re iud. cum ſuis concor. tamẽ vbi
incurritur aliqua pœna, termino legis lapſo non poteſt iudex
ipſum abbreuiare. alleg. gl. no. iuncto tex. in ca. j. in verbo, tertiã
vocationẽ. de mili. vaſ. qui ɔtu. eſt in vſi. feu. & dicit facere gl. in
cle. j. in verbo, tertio. de vi. & hon. cle. & dicit ſe ſatis dixiſſe. in c.
cum ſit romana. in iiij. col. in ver. limita quarto. de appel. ſed di-
cit ipſe, in ꝓpoſito lapſo ſemeſtre vel quadrimeſtre patronus
amittit ꝓ illa vice ius præſentãdi: ergo iſtud tp̄s inductum pœ-
næ nõ p̄õt ꝑ ordinariũ abbreuiari. ¶Et ſubdit nõ obſtare dictũ
Io. An. in d. c. ij. de his, quę fiunt à p̄la. quia nõ eſt pręfixum tẽpus
à lega ad agendum de contemptu, ſm Abb. in d. c. ij. vnde credit
ipſe canonicũ nõ comparẽtem infra tp̄s edicti, nõ poſſe dicere,
nolo agere de ĩiuria poſt edictũ: qa nõ habet tp̄s à lege indultũ
ad agẽdũ de ɔtemptu: & iſta dicit notãda, tanquam nouiſſima.
¶Certè hæc dicta Fely. ſunt ɔ̃ria dictis. ſ. per Imo. Abb. & Cald.
vt dicit Roch. vbi ꝓximè in quãtum p̄dicti doc. p̄ſupponunt, ma
iorem partem patronorum poſſe præiudicare minori: & pręſen
tare etiam nõ inſtante termino iuris: & do. Fel. pręſupponit ſim
pliciter & indiſtinctè vnum ex patronis cõparentem poſito edi
cto, & dicentem ſe velle axpectare tp̄s ſibi à iure ɔceſſum, debe
re audiri. ¶Do. Roc. vult ſaluare Fel. in caſu, qñ ille qui præſen-
taſſet ante tp̄s, nõ eſſet maior pars: ſed ſi eſſet maior pars, ꝓcede
ret dictũ Imo. ꝑ eius fundamẽtum, & ꝙ maior pars poſſit p̄iudi-
care minori ẽt nõ inſtãte tp̄e dato ad actũ explicãdum, dicit te-
nere Abb. & illum alios ſequi. in c. cum oẽs. in fi. col. de conſt. &
haberi ẽt per eum: & alios plenius. in c. cũ nobis. de elec. ¶Do.
6 Roch. vbi ſ. contra dicta per Fel. dicit, ꝙ licet illa videant̃ † ęqua
tamen fundamentum eius non videtur tutum: quia idem eſt in
habente ius eligendi, & in habente ius pręſentandi. ſ. ꝙ lapſo tẽ-
pore ſibi dato à lege ad eligẽdum, excluditur ab eligendo. ca. ij.
cum ibi nota. de conceſſ. pręb. melius allegaſſet. c. ne ꝓ defectu.
& c. fi. cum alijs de elect. & tñ per terminum aſſignatum in edi-
cto, poteſt ſibi præiudicari indiſtinctè. d. c. fin. de electio. libro vj.
¶Niſi dicas, dicit ipſe ſaluando d. conclu. illum tex. non loqui
in caſu qñ habens ius eligẽdi compareret: & diceret ſe velle vti
termino legis: ſed loquit̃, qñ tacet, & non comparet: quia vr̃ cõ
ſenſiſſe: vt ſ. eſt dictũ. ¶Soluit & alio modo illum tex. c. fi. loqui,
qñ edictũ ꝓponit̃ ꝓ cõfirmatione: & nõ pro electione faciẽda:
quia tũc nõ proponit̃ edictũ: ſed ſeruat̃ forma. c. qa pp. de elect.
vbi Abb. in pen. col. & tradit̃ ꝑ eũdem poſt alios. ĩ c. in cauſis. co.
ti. & in d. c. cum oẽs. de conſti. in fi. vbi ẽt Moder. quod dicit eſſe
notandum pro declaratione. d. cap. fi. & ita reſidet do. Roch. ibi.
¶Quid dicendũ in hac difficultate: tu aduerte: nam credo dicta
do. Roch. nõ ꝓcedere: & primum dictum cum vult ſaluare do.
Fely. à dictis Imo. & Cald. ſeu potius voluit concordare Fely. cũ
illis eius concordia nõ ꝓcedit: nam Fel. tenet ibi, ſiue maior pars
patronorum p̄ntet prius, ſiue minor, vnum poſſe cõparere, & di
cere ſe velle expectare tp̄s datum à iure: & debere admitti, vt
ibi Fel. quare mala ſaluatio & cõcordia, cum hoc nullo mõ ve-
lit Imo. nec Cal. Sed tu poſſes aliter ɔcordare iſtos doct. ſ. vt do.
Fely. loquatur in p̄ronis, qui ſunt p̄roni iure ſinguli, & non ha-
bent vna ſimul cõuenire, nec vnico actu p̄ntare: vt in c. iij. vbi ꝑ
doc. hoc ti. & ideo quilibet eorũ poteſt qñ vult infra terminum
præſentare. ¶Cald. vero loquit̃, qñ patroni habent p̄ntare ratio
ne collegij: puta qa vniuerſitas eſt p̄rona: vt eſt caſus ſui cõſilij.
nam in illis ſeruandum eſt, ꝙ ſeruat̃ in electionib. & ita loquit̃
Abb. in d. c. cum nobis. in c. in cauſis. de elect. & in c. cum oẽs. &
ibi Mod. de cõſti. ¶Cum dicto tñ Imo. durior eſt concordia: qa
Imo. loquit̃ in puris patronis iure ſingulari. & dicerem ꝙ ex quo
vnus patronus p̄õt habere maius ius quam alij: puta, quia ipſe
eſt qui ſolus fundauit: alij vero oẽs ſimul dotarũt: vel quia vnus
eſt hęres vnius fratris: alij vero alterius: & ſic vnus ſolus p̄t habe
re quantum oẽs: vt nota. in c. j. & in c. nobis. hoc ti. & in cle. plu-
res. eo. ti. quia ep̄s non p̄õt eſſe certus, quãtum ius habeat qui p̄-
ſentauit: & quantum qui nõ admittet oẽs: & in his terminis ꝓ-
cedat dictũ Fel. qñ ignorant̃ iura dicẽtiũ ſe p̄ronos. ¶Imo. vero
loquitur, qñ eſt certum de iurib. patronorum: puta quia funda-
tio eccleſię eſt recens: vel quia in curia alias fuit ſuper hoc iudi-
catũ: & ſic eſt certus habens inſtituere, pręſentantes habere ma-
ius ius: & nõ p̄ntantes hr̃e minus ius: quia tũc nõ eſt neceſſe illũ
expectare: ex quo fruſtra expectat̃ euentus &c. & ita ꝓcedat di-
ctum Imo. poſt Lap. qui verè loquuntur, qñ erat certũ de mi-
noritate iuris illi⁹ nõ p̄ntantis, & volentis expectari: vt ex eorũ
verbis. ſ. relatis patet: & puto hãc ɔcordiam eſſe meliorẽ cũ illa
Roc. clarè appareat nõ cõcludere. ¶Succeſſiuè dico fundamẽ-
tũ do. Roch. ɔ̃ Fely. in quo argumẽtat̃ de electione ad pręſenta
7 tionem ꝓcedere: nam † in electione fit deuolutio in pœnam, vt
in p̄ntatione: & tñ in electione in edicto abbreuiari tp̄s ſeu ter-
minus p̄t, per d. c. fi. de elec. lib. vj. Ita & in p̄ntatione cũ ille text.
ſm oẽs habeat ẽt locum in p̄ntatione. ¶Fortifico iſtud motiuũ
ɔ̃ do. Fely. & dico multo magis debere poſſe in edicto abbreuia
ri tp̄s datum ad p̄ntandum: quã tp̄s datũ ad eligẽdum: nam in-
fra illud tp̄s eligentes nõ habent niſi eligere: & ſi bene eſſet lis ſu
per iure eligendi, & non terminaretur infra dictum tp̄s, nõ de-
uoluitur ꝓuiſio ad ſuperiorem: vt per doc. oẽs. in c. ij. de in inte.
reſti. & diximus latè. ſ. in xj. præced. articu. & tñ in patronis præ-
ſentatio eſt facienda infra dictum tp̄s, imo & lis quæ emerſerit
ſuper iure pa. finienda infra dictum tp̄s, alias illo elapſo ad ſupe
riorem deuoluitur ꝓuiſio. c. iij. c. eam te. c. ſi vero. c. cum pp. hoc
ti. quõ igitur erit expectandus, q dicit ſe nolle nunc p̄ntare, ſed
velle expectari in fine tp̄is, tum poterũt oriri in p̄ntatione mul-
tæ lites ſuper ipſo iure pa. ſeu ſuper pręſentatione ex vi iuris pa.
vel ſuper nõ ɔcorodia: vt latè diximus. ſ. in ix. præced. artic. & ſic
intereſt patronorũ, vt cito fiant præſentationes: vt ſi lites oriant̃
poſſint infra illud tp̄s decidi, ne priuẽtur ꝓ illa vice iure p̄ntandi
iurib. p̄dictis: qui timor nõ eſt in electione: multo fortius, & in
p̄ntatione: & nota hoc motiuũ: qa eſt magnũ ɔ̃ do. Fely. ¶Con-
cordiæ vero ſeu ſolutiones datę ad d. c. fi. per do. Roch. nõ pro-
cedunt. Prima. n. ſolutio eſt tex. in d. c. fi. non loqui, qñ aliquis cõ
pareret, & diceret ſe velle vti tp̄e dato à lege: ſed loqui, qñ tace-
ret, & non ɔ̃diceret, quaſi dicat do. Fely. fuiſſe loquutũ, qñ aliqs
compareret & peteret ſe expectari: & hunc caſum non eſſe. in d.
c. fi. ¶Ego dico ſalua pace: nã ille tex. loquit̃ generaliter de om-
ni ɔ̃dictione, vt ibi patet: Verũ tamen eſt, cum ille tex. loquatur
in electione ꝙ nõ poteſt cadere in eo ɔ̃dictio vni⁹ dicẽtis ſe vel
le expectari: qa cũ electio cõpetat collegio, ſeruabitur, ꝙ dr̃ per
doc. in d. c. cum nobis. de elect. p̄ſertim ꝑ Abb. dic ſtatuto, ꝙ pro
electione facienda, & electorib. euocatis maiorẽ partem poſſe
eligere: quãuis minor nõ veniat. Verũ ſi aliud collegiũ vellet ſe
oppone

opponere,& diceret ad ſe ſpectare ius eligentis:& moueret alte
ri collegio litẽ ſuꝑ petitorio,vel poſ.lis eſſet ꝓſequẽda|: vt in d.
c.ij.de in integ.reſti.& in c.cum dilectus.de ɔſuet. & diximus.in
xj.pręced.articu.Igitur inquantum ille tex.loquit̃ de elect. non
8 poſſet verificari in vno † ex electorib.qui diceret ſe velle expe-
ctari ꝑ totum tp̃s datum à iure:imo dicerem ꝙ ſi daret̃ caſus, vt
hoc poſſet facere vnus ex electorib.potius ſibi quã vni ex p̃ro-
nis eſſet ꝑmittendum:quia ſi oriretur lis,non haberet de neceſ
ſitate finiri.j̃.illudmet tp̃s.d.c.ij.de in integ.reſti.& diximus pro-
ximè in ver.fortifico iſtud.& quia ille tex.c.fi.ſm communẽ opi.
oĩum doc.habet ẽt locum in p̃ronis:& in illo tex.gñaliter dr̃ ve
niãt ad opponẽdum inquãtum hẽt locum in p̃ronis:ꝓut cõiter
intelligit̃,vr̃ diſponere poſſe ꝓponi oẽs oppoſitiones:& ſic ẽt
iſtã volo expectari ꝑ totũ tp̃s,&c.& tñ ille tex.hanc oppoſitionẽ
vr̃ excludere,cum velit,ꝙ elapſo termino edicti ꝓcedatur ad in-
ſtitutionem ſpretis illis,qui nõ comparuerunt: & ſic ſaluatio d.
Roch.ad dicta do.Fely.ſeu ſaluatio.ad d.c.fi.non ꝓcedit,vt s̃.pa
tet. ¶Alia eſt ſolutio do.Roch.ad motiuum.s̃.formatum ɔ̃ do.
Fely.volendo ipſum ſaluare,vt ipſe loquat̃ quando poneretur
edictum ꝓ præſentatione facienda.Sed tex.in d. c.fi.loquit̃, qñ
in cã electionis fit edictum ꝓ danda ɔfirmatione: quia pro ele-
ctione facienda iam eſt data forma.in ca.quia pp.de elect.& ſic
vult Roch.in cã p̃ñtationis edictum apponi ante pręſentationẽ
ꝓ p̃ñtatione faciẽda:certè miror ſummopere de tanto p̃re:nam
edictum ſemꝑ ponit̃ aliquib. p̃ronis p̃ñtãtib. quia eſt quædam
citatio ad non p̃ñtantes ꝓpter pręſentationem præuiam: & iõ
9 ſicut † in electione fuit facta appoſitio edicti:Ita ẽt fieri debet fa
cta p̃ñtatione:& ita loquuntur doct.in dict.c.fi. volentes illum
tex.loquentem in electione,hr̃e locum ẽt in p̃ñtatione,& ea fa
cta:nam ſi ſecus diceretur,ad qd per edictum citarentur volen-
tes ɔ̃dicere:patet ergo ex omni capite falſa dicta ſolutio,quam
forſan non fecit do.Roc.Sed gallo p̃ſſus bidellus Azonis: & ſic
reſtat motiuum ɔ̃ ſm caſum do.Fely.de patrono expectãdo ad-
huc manere in ſuo robore. ¶Contra quem ſm caſum do. Fely.
adduco aliud motiuum, ꝙ ex practica ꝑcipitur: vacat eccleſia,
aliqui p̃roni comparent & p̃ñtant clericum,c.aſſerendo ius pa.
ad eos ſpectare:vel eos eſſe in quaſi poſ.præſentandi : & petunt
p̃ñtatum inſtitui:ep̃s nolens cito manum imponere,iuxta dictũ
Ap̃li,feciſſe citationem certam:ſed qa ignorat citãdos:& vt ſer
uet formã.d.c.fi.de elect.lib.vj.fecit apponi edictum cum termi
no,dicat mihi aliquis,qd dñt p̃ñtantes ius pat. vel quaſi poſſ.ad
eos ſpectare,& quid vltra dñt p̃ñtantes:& p̃ñtatus illum p̃ñtatũ
debere inſtitui,nõne in hoc iſti ſunt actores,qui ꝓpoſuerũt eo-
rum iura coram habẽte inſtituere:certè ſic.d c.fi.rõne edicti ve
niet ɔ̃dictor:& quid dicet,ſum ego p̃ronus,nõne ſi dicit ſe ſolũ
patronũ ɔ̃dicit & cõteſtat̃ litem cũ p̃ñtatoribus:& ſic illos non
eſſe patronos,nec in quaſi poſſ.p̃ñtandi,& illum non inſtituen-
dum:certè ſic.¶Si vero diceret habere ius pa.cum eis,aut dicet
ſe habere maiorem partẽ,& orietur lis,& ɔteſtatio eius fiet ſuꝑ
maioritate vel minoritate iuris patr. p̃ñtantium,ſeu eorũ quaſi
poſ.vel ſuper inidoneitate,ſeu idoneitate p̃ñtati:nõne iſta erunt
videnda:& ɔ̃dictor citatus per edictum qui à principio erat reꝰ
volũtarius,nũc efficit̃ neceſſarius:certè ſic:qũo ergo poterit di-
cere,nolo ſequi litem,quã agens ꝓſequit̃:certè neſcio qũo põt
hoc eſſe:præſertim, quia ſi lis nõ finiretur infra tp̃s datum ad p̃ñ
tandũ,fieret deuolutio ad ſuperiorẽ:& ſic iſto mõ quilibet poſ-
ſet ſupplãtare p̃ronum,dicẽdo ſe p̃ronũ:& velle expectari vſq;
ad totum tp̃s iuris:& tunc p̃ñtando oriet̃ lis,& non poſſet finiri,
quin tp̃s laberetur,& fieret deuolutio ad ſuꝑiorẽ:& ſuperior pp
hoc forſan ɔferret bñficium,cui vellet iſte ſupplãtator,qui nul-
lo modo eſt p̃ronus. Vel ſi eſt,parũ ius in ipſo iure pat. haberet,
vel ɔferret alteri:& hmõi ſupplãtationes reprobant̃ à iure: vt di
cunt doct.de ep̃o volente litigare cum p̃rono,vt illi non currat
tp̃s:qa iſto mõ poſſet ſupplantari per ep̃m:vt in cap.cum vos.de
off.ord.& in c.eam te.hoc tit.& diximus latè.s̃. in ix. pręceden.
articul.in iiij.caſu.Et ideo.in xij.arti.in verbo, & incidenter dedi
cautelam vero patrono,cui mota eſt lis per aliquem,vt ꝓteſtet̃:
quia per eũ nõ ſtat quin lis finiatur:& ꝓducat iura ſua, vt euitet
hanc ſupplantionem.¶Si vero iſte compareret,& diceret ſe cõ
patronum,& habere quid iuris,& ſic minimum qũo eſſet expe
ctandus ꝓpter illud minimũ ius:certè non:cum ipſe hoc fuerit
confeſſus:& nulla maior ꝓbatio &c.Et ideo ſuccederet opinio
Lap.& Imo.vt non expectaretur:quia fruſtra expectaretur eius
euentus,cum nihil operaretur : & ꝓpter iſta ego ſemper tenerẽ
contra do.Fely.in ſecundo ſuo caſu,parcat mihi ſua autoritas re
10 iectis ſaluationib.do.Roch.quæ non militant. ¶ † Et ex iſtis fa-
ciamus nos plures caſus. Et primus erit, qñ poſito edicto cum
minori termino tpis iuris ſi comparet aliquis, & dicat ſe velle
expectari,& præſentare in fine tpis ſibi dati à iure,nõ audiat̃:ſed
ꝓcedatur,ac ſi non comparuiſſet.Verum ſi voluerit producere
iura ſua,audietur in illis.alias nõ:& iſtam tene pro Firma. con-
clu.¶Scd̃s erit caſus,qñ patroni qui primo comparuerunt,p̃ñta
runt:& eſt oppoſitum edictum,& nullus cõparuit:& eſt certum
aliquẽ aliũ hr̃e iura minima in ipſo iure pat.de quo haberi põt
ſcĩa:qa creatio beneficij eſt recens:vel ex alia ſñĩa lata inter eaſ-
dem partes trãſacta in rem iudicatã:& tũc p̃t ꝓcedi ad inſtitutio
nem ẽt tpe iuris non elapſo,ſm Imo.de quo tñ dubito:quia po
tuiſſent aliqua de nouo eueniſſe:puta noua ſucceſſio vel dona-
tio:ſed dictũ Imo.poſſet ſaluari,qñ aliqui p̃ñtarunt vt collegiũ:
vt in ſequenti caſu:vnde in hoc caſu dicerem fore citandum il-
lum patronum certum,vel ipſum eſſe admittẽdum, fiat inſtitu-
tio:vt dicemꝰ.j̃.in ix.caſu.¶Tertius eſt caſus,qñ ius pat.cõpetit
11 aliquib. † iure collegij:& tũc maior pars poterit abbreuiare tp̃s
iuris,& vocata minori parte p̃ñtare,vt fit in electione,ſm dicta
per Abb.& doct.in c. cũ nobis.de ele. & ita intelligerẽ ꝓcedere
dictum Cal.in d.ɔſi.x.hoc tit.& Imo.in d.cle.plures.licet re vera
Imo.gñaliter loquatur.¶Quartus eſt caſus,qñ eſt facta præſen
tatio,& appoſitum edictum per ep̃m cum minori tempore iuris
& nullus cõparuit:& ſic p̃ñtantes ꝓduxerũt eorũ iura:& ſm Fe-
ly.& Roc.& inſtõne nõ ſequuta q̃uis cõparentes infra tp̃s non
audient̃:vt vult Fely.in primo caſu ſuo,ego hoc non tenerem:
qa cũ ſimus adhuc infra tp̃s iuris,& res eſt integra,cur nõ admit
tetur volens p̃ñtare:tum ẽt qa Io.an.Hoſt. Gemi. & oẽs. s̃. alle
gati pręſupponũt inſtitutionem ſequutam:& ideo Philip.fran.
pro hoc allegat in arg.c. ɔſultationib.hoc tit.quaſi velit ex quo
p̃ñtantes reperti ſunt in quaſi poſ.& ſequuta eſt inſtitutio,impu
tetur ei,qui in termino edicti non cõparuit:prout in d. c ɔſulta
tionibus.imputat̃ proprietario : qa aſs inſtitutio eſſet fruſtrato-
ria: & ſic iſte quartus caſus eſt , cũ facta fuerit p̃ñtatio & elapſus
terminus edicti,& ſequuta inſtitutio:nã q̃uis ſuperſit de tpe iu-
ris, non audiet̃ aliquis p̃ñtare volens : niſi vellet rep̃ñtare inſti-
tutum.Nã poſſet pro ɔſeruatione quaſi poſ.ſuę.d.c.ɔſultationi-
bus.arg.c.eam te.&.c.cum pp.cum ſimi.hoc tit. ¶ Quintus erit
caſus quãdo facta eſt pręſentatio & appoſitũ edictũ cũ minore
tpe termino iuris:& terminus edicti eſt elapſus : & inſtitutio nõ
ſequuta:& alter cõparet:& ſumꝰ adhuc infra tp̃s iuris:& tũc iſte
talis comparens admittet̃. ¶ Verum ſi appareret ex fraude in
fine tpis cõparuiſſe, & oppoſuiſſe litẽ ſuꝑ iure pa.vel quaſi poſ.
ipſius,ſeu in pręſentatione ex vi iuris pa.vt infra illud tp̃s lis nõ
finiretur, & ſupplantaret p̃ñtantes:& diceret tales nõ admitten
dos:maxime ſi ɔſtat de iuribus illorũ, qui p̃ñtarũt:arg. c. ſedes.
de reſcrip.& c.ſi electio.ĩ fi.de elec.lib.vj.&. s̃. diximꝰ. ¶Sextus
eſt caſus, qñ p̃ñtatio eſt facta,& poſitum edictũ cum minori ter
mino tpis iuris, & cõpatroni,vel prętẽdẽtes habere ius pa.ſciũt
terminũ edicti,& patiũtur illũ labi:& qa videntur tacitè appro-
bare p̃ñtationem factam,ſi veniant poſt terminũ edicti ẽt inſti-
tutione non ſequuta, non debent admitti.¶ Et aduerte ſcĩam
p̃ñtationis factę:& termini edicti debere ꝓbari:qa tũc videntur
ɔſentire tacitè:& approbare p̃ñtationẽ factam:nã alias crederẽ
non ꝓcedere:& in iſto caſu poſſet ſaluari Fel. in primo caſu ſuo
12 qui certè ita loquit̃.¶Licet adhuc † poſſem dicere, ꝙ ſi iſti pa-
troni nouiter cõparentes eſſent laici, & dicerẽt ſe tacitè appro
baſſe primam p̃ñtationem factam per comp̃ronos: nunc autẽ
p̃ñtant talẽ accumulatiuè, tenerẽ eos hoc facere poſſe , ex quo
p̃ñt variare.c.cum aũt.cum ſimi.hoc tit.dũmodo non ingerant
litẽ ſuper ipſo iur.pa.& nõ finiri poſſet infra tp̃s iuris:& ſic appa
rere de fraude, per dicta.s̃. in pręcedẽ. caſu. ¶ Ex quibus oĩbus
habes ɔcluſionem ad principalem intentũ huius artic.ſ.hñtem
inſtituere, poſſe alijs ſupraſcriptis cõcurrentibus in eius edicto
abbreuiare tp̃s datum p̃ronis à iure ad p̃ñtandum.& hoc per te.
in d.c.fi.de elec.lib.vj.loquentẽ in electione, & locum habentẽ
etiam in p̃ñtatione.qd̃ limita,vt dicemus.j̃. in vj. q. prin. huius
partis in xj.artic.verſus finem in verſi.& ex ſupraſcriptis.

¶Vigeſimusnonus articulus j.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Patroni ſi habeant quadrimeſtre vel ſemeſtre ad præſentandum , eccleſiæ vacantis cuſtodia ad quem ſpectabit intra dictum tempus.*
2 *Patroni eccleſiaſtici & laici, quid differant.*
3 *Eccleſiæ patronatæ clericorum vacantis cuſtodia pertinet ad patronos eccleſiaſticos.fallit in eccleſia collegiata,item, quando Papa dat viſitatorem.Item, in patrono negligenti.nu.6.8.9.*
4 *Facere per ſeipſum videtur, qui per alium facit.*
5 *Eccleſiæ cuſtodiam habet is, cui ius inſtituendi competit.& nu. 13.*
7 *Eccleſię vacantis cuſtodia debita patronis eccleſiaſticis, an poſſit per ipſos patronos archiepiſcopo committi.*
10 *Eccleſiæ patronatæ laicorum vacantis cuſtodia, ad epiſcopum pertinet, nõ ad ad patronos.limit.nu. 12.14.15.*
16 *Eccleſiarum nõ patronatarum cuſtodia, vel de iure pa.ſed tamen collegiatarũ ad quos ſpectet, Et quid in eccleſia epiſcopali, & regulari. remiſſ.*

Pro

# Cæſar Lambertinus Epiſcop.

Pro complemento Huius materię temporis da
ti à iure ad præſentandum
eſt videndũ, quãr iſto medio tempore ecclesia gubernabiť: &
maximè cum durat vacatio ꝓpter cõtentiones p̃ronorũ. ¶Et
ideo dubitať.xxix.quia p̃roni habẽt ſemeſtre vel quadrimeſtre
1 †ad p̃ntandum, infra dictum tp̃s: eccleſiæ vacantis cuſtodia ad
quem ſpectabit. ¶Docto.tractant hũc arti.in c.bonæ.de app.&
in c.cum vos.de off.ord.& in effectu omnes ↄcludunt cuſtodiã
eccl̃iæ, ſeu bñficij de iure pa.eccleſiaſticorum ſpectare ad ipſos
p̃ronos.& de hoc dicũt eſſe tex.in d.c.bonæ.& in c.cum & plan
tare.in §.cum in eccleſijs.de priuil.& volũt doct.& p̃ſertim Ab.
ꝑ illum tex.& glo.in ij.colum.in ver.primo caſu.de p̃ben. ¶Sed
eccleſię patronatæ laicorum cuſtodiã dñt ſpectare ad ordinariũ
& de hoc eſſe tex.exp̃ſſum.in d.ca.cum vos.vbi ideo Papa vult
poni ibi œconomum: q̃a erat ius pa.laicorũ. Secus, ſi fuiſſet ec-
cleſiaſticorũ: vt ibi vult Io.An.Abb.& oẽs.& dicit Ab.in d.c.cũ
vos.in fi.glo.j.eſſe intelligẽdum p̃ronum eccleſiaſticũ cum cle-
rico competit ius pa.rõne eccleſię, & nõ p̃rimonij: q̃a tunc cẽſe
2 retur laicale: †& ſic eſt vna de differẽtijs inter p̃ronos eccleſia-
ſticos & laicales: vt p̃roni eccleſiaſtici habeãt cuſtodiam eccl̃iæ
vacãtis, laici p̃roni vero nõ: vt dicit Abb.in c.cum ꝑꝑ.in viij.dif
ferentia.hoc ti.& iſta eſt cõis opinio quã tenet Io.An.Car.But.
Abb.& omnes.in d.c.cum vos.& Propoſi.in d.c.bonę.& Gay.in
repe.c.fi.de elect.lib.vj.in xvij.col.& dicit Abb.in d.ca.cum vos.
ſuper glo.j hoc eſſe notandum.ſ.p̃ronos laicos non poſſe habe
re cuſtodiam eccleſiæ vacãtis: q̃a in multis eccleſijs de facto ſer
uatur ↄ̃rium: ſubdit etiam ibi Abb.ꝙ caſu, quo eſt p̃ronus eccle
ſiaſtic⁹, q̃a ipſe habet cuſtodiã eccleſię, nõ eſt ibi ponẽdus œco-
nomus ꝑ ep̃m: & ideo litera.in d.c.cum vos.voluit ꝓuidere, vt
in ea: & dicit fore mẽti tenẽdum illum tex.ſm̃ illum intellectũ.
3 ¶†Sit igiť vna ↄcluſio, ꝙ qñ eccleſiaſtici ſunt patroni cuſtodia
illius eccleſiæ ſpectat ad p̃ronos eccleſiaſticos: & ideo ep̃s non
hẽt ibi ponere œconomũ: ſed p̃ronus eccleſiaſticus recipiet fru
ctus & cõſeruabit ſucceſſori: vel illos in eccleſiæ vtilitatem cõ-
uertet: & ſi ſibi videbiť, poterit ipſe ibi ponere œconomũ, qui
4 p̃dicta faciet, ſi ipſe ad hęc vacare non poterit: †q̃a qui ꝑ alium
facit ꝑ ſeipſum facere vr̃.regu.qui ꝑ alium.de regu.iur.lib.vj.Ita
volunt omnes in locis.s̃.alleg.Inn.& oẽs.in c.vnico.vt eccleſia-
5 ſtica bñficia.& in c.j.ne ſede vacan. ¶†Et intantũ hoc ꝓcedit, ꝙ
licet ſit reg.de qua ꝓximè, illum habere cuſtodiam eccleſię, qui
habet ius inſtituendi: vt in glo.pen.in fi.in d.cum vos.nihilomi-
nus p̃ronus eccleſiaſticus nõ habet ius inſtituendi, ſed p̃ntandi,
& tñ habet cuſtodiam: & põt ponere œconomũ, ſicut põt is, q̃
habet ius inſtituendi: vt ꝓximè diximus per d.reg.qui ꝑ alium.
& expreſsè voluit Abb.in d.c.cum vos.in vlti.col.ſuper.d.gloſſ.
pen.in verſi.ſecũdo nota ex glo.& eſt rõ: q̃a cum p̃rono eccle-
ſiaſtice ſit de tp̃alib.rñdendum.c.ij.xvj.q.ij.de capel.mona.li.vj.
ideo ipſe & nõ ep̃s habebit cuſtodiam eccleſiæ vacãtis.d.c.bo-
nę.& Hoſt.allegat in arg.c.relatum.el ij.in §.nomine.de teſta.&
in d.c.cum & plãtare.§.in eccleſijs.de priuileg. Ita etiam voluit
Io.An.in d.c.cum vos.in vltim.colum.& Inn.in c.cũ dilectus.de
cõſue.& vult etiam iſtam rationem Abb.in d.c.bonæ.ſuper glo.
ij.poſt prin.iij.col.de app.& inducit dictam rõnem à maiori: nã
ſi eccleſia plena & non vacante patronus eccleſiaſticus poteſt
petere rationem adminiſtrationis.dicto cap.ij.xvj.queſt.ij.forti⁹
ergo cũ vacat ipſe habebit ipſius eccleſiæ cuſtodiam. & voluit
6 Abb.in d.c.de monachis. ¶†Aduertè tñ, quod ſi eccleſia colle-
giata erit patronata, ꝙ poteſt eſſe, non quo ad præſentationem,
ſed quo ad reliqua: vt diximus.s̃.in j.par.j.lib.in xj.q.prin.in iij.ar
ticu.& in j.par.ij.lib.in v.q.prin.in j.articu.cuſtodia non pertine
bit ad patronum etiam eccleſiaſticum, ſed ad collegium. Ita pul
chrè Inn.in c.vnico.in fi.ij.col.vt eccle.benefi.ſine dimi.confe.
alleg.in argu.ij.q.ij.non licet: voluit etiam hoc larè Abb.in d.c.
bonæ.in ſua diſtin.in qua voluit cuſtodiam eccleſiæ: tunc ad pa
tronum etiã eccleſiaſticũ ſpectare, qñ eſt eccleſia inferior, & nõ
collegiata: quẽ ibi ſequiť Prępo.in ſua reg.cum limi.vt ibi ꝑ eũ:
& ita loquunť omnes in locis.s̃.alleg. Et facit rõ: quia cum p̃ro-
ni in illa nõ p̃ntent, nec cuſtodiam habere debent: ſed illa ſpecta
re debet ad habentes eligere: & ſic ad collegium. ꝙ eſt eccleſia-
ſticũ, qui videnť p̃roni in actu electionis, ex quo ipſi & nõ p̃roni
eligũt: vt diximus.in d.j.art.vñ ipſi ſurrogant loco patronorũ ec
cleſiaſticorũ: & ſic ſicut patronis eccleſiaſticis debebať cuſtodia
ita debeať ipſis p̃ronis de collegio, qui eligunt.c.nobis.hoc tit.
7 ¶†An autem cuſtodia debita patronis eccleſiaſticis poſſit per
ipſos patronos committi archiep̃o.Inn.d.c.vnico.vt eccl.bene.
ſine dimi.confera.poſt prin.ij.colum.vr̃ velle, ꝙ ſic de voluntare
ipſorum patronorũ eccleſiaſticorum.alleg.c.cõqueſtus.ix.q.iij.
& idem dicerem in ep̃o: ſed bene dicerem eis inuitis ep̃m nec
archiep̃m poſſe cuſtodiam capere ꝑ tex.clarum.in d.c.cum vos
ponderatũ.vt per Abb.ibi poſt Inn.Hoſ.Io.An.& alios qui tex.
ex arte loquutus eſt de eccleſia patronata clericorum non poſ-
ſet de illa ep̃s ſe impedire: ergo nec archiepiſcopus, qui eſt ſupe
rior immediatus.c.ad reprimendam.de off.ord.ẽt hoc vult text.
in d.c.bonę.quem ibi omnes Doct.& præſertim Abb.& Propo.
ponderant.quod archiep̃s ibi prætendebat cuſtodiam in eccle-
ſia non ſuę prouinciæ, ſed ſuæ diœce.quia de illa prouincia ſe
impedire nõ poterat, ſtante ep̃o, niſi ex negligentia ep̃i: vt ibi ꝑ
8 Propo.in viij.fallen. ¶†Quid aũt, ſi papa daret viſitatorem: an
patronus eccleſiaſticus etiam habebit cuſtodiam eccleſię vacã-
tis.Inn.in d.c.vnico.vt eccleſiaſtica beneficia.dicit ꝙ ſi papa dat
viſitatorem, ipſe ex tunc ſolus viſitator eccleſiæ reș cuſtodiet.al
leg.c.oblitum.cum c.ſequen.xvj.diſt.& dicit nõ credere alios, q̃
papam ſine cauſæ cognitione, & non vocatis quorum intereſt
cuſtodiam, vel viſitatorem in pręiudicium alterius dare poſſe:
& ſic vult epiſcopum, archiepiſcopum, vel alium inferiorem à
Papa non poſſe cuſtodiam auferre, & illam ad ſe aſſumere, vel
viſitatorem dare, niſi ſolus papa. Et ſic hoc facit pro præced.di
cto, ep̃m vel archiepiſcopum non poſſe ſine volũtate patrono
rum eccleſiaſticorum de cuſtodia ſe impedire, vt ibi diximus.
¶Papa autem poteſt vt proximè diximus: quia cum poteſt præ
iudicare patronis laicis in præſentãdo: vt in c.cum dilectus.hoc
titu.multo fortius & patronis eccleſiaſticis, quibus derogat in
pręſentando, non ſolum ipſe papa, ſed etiam legatus: vt in d.ca.
cum dilectus.& in c.dilectus.de off.leg.ſi in præſentando multo
magis in cuſtodia, imo dicerem in cuſtodia etiam legatum poſ-
9 ſe præiudicare.vt in dicto cap.dilectus.à fortiori. ¶†Dico plus
ex dictis Inn.ibi cum cauſę cognitione poſſe etiam inferiorem
à papa & à legato præiudicare patronis eccleſiaſticis in cuſto-
dia: puta quia eſſent negligentes vel aliter: vt caſus accidere poſ
ſet forſan ꝓpter ſcandala: argu.c.primo & ſecundo.hoc titul.&
hoc modo non diceretur generari p̃iudicium, ſed ſuppleri, q̃d
fieri poteſt: vt de ſupplen.negli.pręla.per totum.& pręſertim.in
c.fi.lib.vj.& à ſimili.in c.cum ſimus.ix.q.iij.& nota iſta dicta Inn.
quia pulcha: & dicit Gay.in d.repe.c.fi.in xvij.col.de elect.lib.vj.
patronum etiam eccleſiaſticum non habere ꝓpriè poſſeſſionẽ
eccleſiæ vacantis.alleg.Card.& Imol.in c.ex parte.in pe.col.de
10 arbit. ¶†Secunda erit in iſto arti.cõcluſio, cuſtodiam eccleſię
patronatæ laicorum vacantis non ſpectare ad patronos, ſed ad
ep̃m: quia patronus laicus non habet ſe intromittere de rebus
eccleſię, niſi quo ad defenſionem.c.primo.cum quatuor ſequẽ.
x.q.j.c.decernimus.xvj.q.vij.Ita Inn.in dict.c.cum vos.quem ibi
ſequiť Hoſt.& Io.An.qui dicit additionem in gl.pen.dict.c.cum
vos.fuiſſe factam à temporibus Inn. & ita volunt omnes doct.
s̃.alleg.in dict.cap.cum vos.vbi Abb.Card.& do.meus Corſet.
Inn.Io.And.Card.Abb.Philip.Fran.Prępo.& do.meus.in dict.c.
bonę.& Gay.in d.repe.c.fi.de elect.lib.vj.in xvij.col.Inn.& om-
nes.in d.c.vnico.vt eccleſiaſtica beneficia.& ibi Cardi.in viij.&
x.colum.& Card.in c.cum veniſſent.in iij.col.de inſti.& in ca.vt
vt præteritis.de elect.& in c.ſicut.de ſimo. ¶Sed contra prædi-
cta videť facere vnum, quod ſentit tex.in c.monaſterium.xvj.q.
11 vij.vbi probatur † conſtruentem eccleſiam, acquirere domi-
nium eccleſię: ergo poteſt eccleſiam reuendicare, quod dictum
ſummopere commendatur à Barba.in c.quãto.in fi.ver.quęrit
ẽt hic Bal.q̃d remedium.in x.col.de iud.quod dictũ dicit pone-
re in ꝓfundum multa dicta doctorum tractando ibi Barb.de re
medio intentando pro iure pat.vnde cum patronus habet ius
vendicandi eccleſiam, quia eſt in eius dñio, q̃uo igitur ad alium,
quã ad eũ cuſtodia illius pertinere poterit. ¶Sed aduerte: nã ibi
re vera non poniť dñium ꝓ vero dñio, ſed pro diſpoſitione: vt
vult ibi gl.in verbo, dñio quę exponit, id eſt, diſpõne: vnde colli
git ibi ep̃m ſine p̃rono non poſſe de monaſterio facere aliã ec-
cleſiam, vel ècõtra: vt ibi hr̃: & ideo tene cum commu.opi.de
12 qua.s̃. ¶†Aduerte tñ, ꝙ iſta cõis conclu.quæ habet cuſtodiã ec
cleſiæ p̃ronatę laicorũ, ſpectare ad diœceſanũ, intelligitur.vt s̃.
eſt dictũ, ſi ad diœceſanũ ſpectat inſtitutio, ipſe habebit ipſam
cuſtodiã: ſed ſi inſtitutio ſpectaret ad inferiorem p̃latũ, ad illum
ẽt ſpectabit cuſtodia. Ita glo.ſingu.cõiter approbata pen.in fi.
in d.ca.cum vos.de off.ord.quam ibi ſequiť Inn.cuius tp̃e: vt ait
Io.An.additio prędicta ad illam gloſſ.facta fuit: vult ibi hoc etiã
Io.And.Card.& Abb.qui dicit in fi.col.ibi in ver.ſecundo nota
ex gl.formãdo reg.ad illũ ſpectare cuſtodiã eccleſiæ vacãtis, ad
quẽ ſpectat ius inſtituendi, ſeu cõferẽdi, q̃uis nõ ſit ep̃s: & dicit
neſcire alibi illã gl.& eam potius ꝓbari rõne, q̃ iure: nam ſi iſte
13 habet ius †ꝓuidẽdi eccleſiæ de rectore, vr̃ etiam habere curã re
rum ipſius eccl̃iæ, donec ꝓuideať de rectore, & ꝓ hac gl.allegat
bonũ tex.in c.fi.de offi.ord.libro vj.& dicit facere ꝙ no.gloſſ.in
cle.j.de ſupplen.negli.præla.& ſubdit habentẽ ius inſtituendi, &
ſic ad cuſtodiã eccl̃ię vacãtis poſſe ibi ponere œconomũ ꝑ reg.
qui ꝑ alium facit &c.qui cõſeruabit reditus pro futuro ſucceſſo
re, vel cõuertet in vtilitatem ipſius eccleſiæ, & licet antiqtus de
hoc

hoc fuiſſet dubiũ ꝑ c.ſi plebibus.lxxiij.diſ.ad quẽ tex.Inn.in d.c.
vnico.vt eccleſiaſtica bñficia. rñdebat illum loqui de iure ſpe-
ciali,tñ Ab. dicit melius fore dicẽdum hoc eſſe,qa is habet cu-
ſtodiam eccleſiæ,q habet ius inſtituendi.& ſic ita vult loq tex. ĩ
d.c.ſi in plebibus.& merito dicit hoc habere ibi iure ſpeciali:qa
ꝓuiſio eccleſiarũ ſpectat ad epm.c.oẽs Baſilicę.x.q.iij.& ibi iure
ſpeciali ad aliũ ſpectabat,& ideo habebat cuſtodiã.& dicit Ab.
ibi illã gl.cõiter ab oĩbus approbari,vult hoc ẽt ibi Phi. Fran. in
prin.& Præpo.in iij.col.in ix.fallen.& ita oẽs tenent in locis ſ̃.al
14 le.¶†Aduerte ad aliud,nam id quod dr̃ p̃ronum laicum nõ ha
bere cuſtodiam eccleſiæ vacantis,ꝓcedit,niſi aliud eſſet de pri-
uilegio ſpeciali vel conſuetudine per ſedẽ apoſtolicã approba-
ta,ſm Hoſ.in d.c.cum vos.quẽ ibi refert Io.An.in fi.col.ſuꝑ glo.
pen.of.ord.ſicut dicit patere in Regibus Franciæ, & Angliæ, &
in qbuſdã aliis principibus.Pro quib.dicit Io.An.facere qđ legi
tur & no.in c.nobis.hoc ti.ſubdens etiam poſt Hoſ.ibi ꝙ vbi nõ
ſunt expreſſi priuilegiati per papam ſola cõſuetudo non excu-
ſaret,ſi de rigore ageret̃,per.c.cum in terra.de elect.& in c.j. de
conſue.Sed multi,vt ipſi dicũt ꝑꝑ laicorum potentiam d gr̃a,&
ex permiſſiua diſpẽſatione,vt euitentur ſcandala,tolerant̃,& di
cũt ꝙ licet ĩ præteritis hoc tolerari põt.c.iij.hoc ti.& c.fi.de cõ-
ſecr.eccl.vel alta.in poſterum non eſſet tolerandum.alle.c. fi.de
reb.eccl.non alie.& ibi ẽt Card.ibi ſequitur prædicta. Abb. in d.
c.cum vos.ſuper gl.j.in ij.col.& Gay.in d.repeti.c.fin. in xvj.col.
de ele.li.vj.¶Tu conſidera, nam ſi eſt hmõi conſuetudo, per q̃
laicus habeat cuſtodiã eccleſiæ ſui iuris pa.vacantis eſt toleran-
da,quamuis papa illam ignoret:qa magis q̃ hoc toleratur.ſ. ec-
cleſiam decimas,& alia ſpũalia eſſe penes laicos.c.illud.c. quod
aũt.hoc ti.& c.ad apoſtolicã.de his,q̃ fiũt à præla.vbi eſt autori-
tas ſancti Hieronymi p̃roni mei.& xv.q.j.c.vlt.& diximus late ſ̃.
in j par.j.lib.in j.q.prin.in ix.& xj.artic.multo magis ergo debet
tolerari cuſtodia,quæ eſt pars eccleſiæ,per regu.& arg.de toto
ad partẽ vt ibi.c.prudentiam.§.item cum totum.de of.deleg.l.q̃
de toto.ad euitanda ſcãdala,& hoc in præteritis,non aũt in his,
quæ nũc fierent,vt dicit Hoſt.vbi ſ̃. ¶Si vero eſſet conſuetudo
præſcripta,maximè,quia poteſt habere titulũ priuilegij, vel re-
ſeruationis factę per fundatorẽ in limine fundatiõis, vt ꝓximè
dicetur,& tenerẽ cõſuetudinem præſcriptã ꝓcedere cũ aliquo
ex titulis habilibus p̃dictis,vt de pręſcr.per totum,& nõ requi-
ratur alia ſcientia papæ. ¶Si aũt eſſet cõſuetudo ſeu p̃ſcriptio
ſine titulo nõ ꝓcedat ſine ſciẽtia pãpæ,niſi ſit tãti tp̃is,cuius ini
tij &c.q̃ habet vim tituli,& priuilegij.vt in c.j.de p̃ſcr.li. vj. cũ ſi-
mi.& tũc qa ꝑ hmõi præſcriptionẽ præſupponunt̃ tituli p̃dicti,
15 non requiret̃ ſciẽtia papę,& ita tene qa credo ꝓcedere.¶†Ad
uerte ad aliud laicum poſſe habere cuſtodiam eccleſiæ vacãtis
vltra viã priuilegij & p̃ſcriptiõis ex alio capite , puta qa funda-
tor laicus in limine fundationis eccleſiæ de cõſenſu ordinarij re
ſeruauit ſibi & ſucceſſiuis p̃ronis laicis ius habẽdi cuſtodiã illi⁹
eccleſię, cum vacare contigerit, nam tunc quamuis tales ſint
laici habebunt tamen cuſtodiam eccleſię vacantis. text. ſingu.
iuncta gloſſ.in verbo,fundatione.in c.generali.de elect.libr. vj.
vbi Io.And.& domi.Phili.& omnes hoc tenent,& diximus latè
ſ̃.in j.par.j.lib.in ix.q.prin.in j.arti.in iij.conclu. in eius. ij. ampli.
pro qua præſenti limitatione faciunt omnia dicta per me. ſ̃. in
d.j.artic.de reſeruationibus,quæ apponuntur etiam contra ius
commune.¶Vidi poſtmodum do.Roch.in hoc tract. in xxxvj.
& vlt.q.verbi,honorificum.qui ſolum dicit cuſtodiam eccleſię
vacantis ſpectare ad patronos eccleſiaſticos. & videtur idem
eſſe in patronis laicis,ſed credo eius librum eſſe corruptum , &
deficiet ibi,non vt dicat non eſſe idem in patronis laicis quod
in eccleſiaſticis.Et iſta quo ad cuſtodiam eccleſiæ patronatę ſa
16 tis ſufficient.¶†Ad quos autem ſpectet cuſtodia eccleſiarum
non patronatarum,vel de iure pa.ſed tamen collegiatarum , &
qd in eccleſia epiſcopali,&regulari,non eſt materia noſtra.Sed
vide Inn.Io.An.& Ab.in d.c.cum vos.de of.ord. & plenius per
eundem Inn.Io.An.Card.But.Abb.Phili.Fran. Præpo. & domi.
me.Corſe.in d.c.bonæ.de appel.licet Phili.parum dicat de hoc,
ſed ſe remittit.Præpo.autem ponit regu.cum fallentiis.vide ibi
nolo tranſcribere.

¶Trigeſimus art.j.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Eccleſiæ patronatæ cuſtodia pendente & ſtante,an poſſit in ea ſic vacante oeconomus poni.Et quid in patronis laicis.& nu. 2.*

3 *Oeconomium in eccleſia patronata vacante ille poteſt ponere,qui habet illius cuſtodiam.*

4 *Oeconomus quando poſſit poni in eccleſia vacante.Et per quem.nu. 6.*

5 *Eccleſiæ cuſtodia in quo conſiſtat.*

7 *Lis ſi eſt inter patronos ſuper iure patro.vel quaſi poſ.ipſius,vnde colligatur quis eorum ſit patronatus,qui ipſius eccleſiæ cuſtodiam habere debeat.*

8 *Oeconomum poteſt ponere in beneficio libero, habẽs collationem,& differens illud conferre.*

1 Videndum Eſt.xxx.loco,an ſtante cuſtodia eccleſiæ
patronatæ † poſſit in ea ſic vacante poni
œconomus,& per quẽ? ¶Et ꝓcedẽdo circa hæc ꝯcluſiue , ꝙ ſi
cuſtodia eccleſiæ ſpectat ad p̃ronos,qa ſunt eccleſiaſtici,& ideo
habẽt cuſtodiam,habent ẽt autoritatem ibi ponẽdi œconomũ
donec vacet,qui fructus eccleſiæ percipiat,& illos pro ſucceſ-
ſore ꝯſeruet,vel ad vtilitatem eccleſiæ ꝯuertat,vt in c.cum vos.
à ꝯ̃trio ſenſu,de of.ord.ꝑ reg.q ꝑ aliũ facit.& diximus.ſ̃.in proxi-
mo præced.art.in ver.ſit igitur vna concluſio. ¶Et ſi eſt eccle-
ſia collegiata p̃roni quamuis eccleſiaſtici,non habent cuſtodiã
in ea,ſed collegiati,& ideo illi poterunt ponere œconomũ,ſi ꝓ
priũ nõ habẽt œconomũ.vt per Ab.& doc.in d.c. bonę.vbi Prę‑
poſi.& diximus.ſ̃.in præced.art.in verſ. aduerte tñ ꝙ ſi eccleſia
collegiata.¶Dic ẽt,ꝙ ſi patroni eccleſiaſtici habentes cuſtodiã
eccleſiæ vacãtis,nolunt illam cuſtodire,ſed faciũt eam cuſtodi
re ab ep̃o,vel archiep̃o illi poterunt ponere œconomũ,qa ſuc-
cedunt in locum p̃ronorum,& ſicut poterant p̃roni eccleſiaſti
ci:ita fortius & ipſi:maximè cũ ſint perſonę magis digne,& in
maioribus occupate,vt in ꝓx.pręced.art.in ver.an autem cuſto
dia.¶Et pro hoc dico ẽt viſitatorẽ datum per papã, vel legatũ,
vel ꝑ inferiorẽ papæ,cũ cauſę cognitione,videlicet ꝑꝑ negligẽ-
tiam patronorũ habentiũ cuſtodiã eccleſię,poſſe ponere œco-
nomũ in eccleſia ſic vacãte,ꝑ gl.& doc.in d.c.cum vos. qđ fieri
poſſe diximus.ſ̃.in præced.art.in ver.qd aũt ſi papa. & in ver.pa
pa autem.& in ver.dico plus.Si vero ſumus in caſu, quo cuſto-
dia eccleſiæ vacãtis ſpectaret ad p̃ronos laicos ex priuilegio, p̃-
ſcriptione,vel ex reſeruatione ſibi facta in limine fundationis,
vt in pręced.art.diximus,in verſi.aduerte ad aliud, ꝙ id qđ.& in
ver.tu conſidera.& in ver.aduerte ad aliud nam dicerem ipſos
laicos poſſe ponere œconomũ vnum ex eis, vel aliquẽ clericũ:
nã alium laicum dicerẽ eos ponere nõ poſſe,ex quo extẽdet ẽt
eorũ priuilegium,præſcriptionẽ,vel reſeruationẽ, quia melius
2 eccleſia gubernabit̃.c.prudẽtiã.de of.deleg. & hoc † à paritate
rõnis:qa ſicut pñt clerici ponere œconomum : vt ꝓximè dixi-
mus ꝑ reg.qui ꝑ aliũ.Ita & ipſi p̃roni laici , modo, p̃dicto,per d.
reg.¶Quando vero cuſtodia ſpectat ad ep̃m in eccleſia p̃rona-
ta laicorũ,qa laici illã nõ pñt habere ex priuilegio,p̃ſcriptiõe,vl̃
reſeruatione,eſt tex.apertus ipſum poſſe ponere œconomum,
qui recipiat & ꝯſeruet fructus pro ſucceſſore,vel ꝯuertat ad vti
litatẽ eccleſię,vt oẽs volunt.¶Et ex hoc ẽt dici põt,ex quo glo.
pen.in fi.ibi vult,ſi inſtitutio ſpectat ad inferiorẽ prælatum,cu-
ſtodiam eccleſię vacãtis ad eum ſpectare,illum ẽt poſſe ponere
œconomũ. vt expreſsè ſentit gl.relata ad tex.in d.c.cũ vos.& il
lum limitat,niſi ſpectet inſtitutio ad inferiorẽ pręlatum, qa tũc
prælatus inferior habet cuſtodiã,& ſic faciet ea,q̃ debebat face
re epiſcopus.vt in d.tex.& ita volunt ibi Io.An.& Ab.in vlt.col.
3 ¶†Dic ergo gñaliter,eccleſia p̃rona vacante illum poſſe pone
re in ea œconomũ,donec de rectore canonicè ꝓuideat̃. q ha-
bet illius cuſtodiam,ꝑ tex.in d.c.cũ vos.iũcta gl. & oẽs doc. ibi
hoc volũt vbi clariſſime Ab.in vlt.col.& idẽ Ab.in d.c.bonę.de
appe.¶Vbi ẽt ipſe Ab.ſ.in d.c.cũ vos.quærit an infra tp̃s præfi-
xum patrono ad pñtandũ,poſſit,epiſcopus ibi ponere œcono-
mus,qñ cuſtodia eccleſię ad eũ ſpectat,& dicit Hoſ.dicere ꝙ ſic
vnde putat ipſe cũ ſuperior prætendit eccleſiæ de ꝓximo nõ fo
re ꝓuidẽdum,ſemper eũ poſſe ibi ponere œconomũ,ne bona
4 eccleſiæ dilapidentur:† & dicit putare hunc œconomũ poſſe
inſtitui nõ ſolũ,qñ eſt cõtẽtio inter p̃ronũ & ep̃m,ſed ẽt nulla
qõne vrgente,vt puta,ſi p̃ronus dicat,nolo nũc pñtare,qa non
habeo ꝑſonã idoneã pręmanibus,volo differre ꝑ tp̃s mihi à iu-
re diffinitũ:nã tũc ſatis eſt ꝓuidere de œconomo,& dicit hoc ꝓ
bari ꝑ text.in d.c.cũ vos. ibi vel alia de cauſa,ſequitur prædicta
ſimpliciter Phili.de ſarra.in d.c.iij.hoc tit.vbi ſolũ refert p̃dicta.
¶Tu ꝯſidera:nam hoc dictum Abb.qđ Phili.de ſarra.retulit cũ
magno apparatu,non habebat dubiũ,vt enim vidimus in pręce-
5 ced.art.cuſtodia eccleſię in hoc conſiſtit,vt illa † vacante aliqs
eam gubernet,q̃ ſi gubernat,illius habẽs cuſtodiam,idem faciet
quod faceret œconomus,ſi vero impeditus non vult illam gu
bernare ponet œconomũ,q dicetur habere cuſtodiam noĩe e-
ius,qui eũ cõſtituit,& ideo allegatur reg.qui ꝑ aliũ. per doc. in
d.c.cum vos.& in d.c.bonæ.quare dico explorati iuris eſſe incõ
tinenti eccleſia,vacante ep̃m,ſeu ius inſtituẽdi habentem,& ſic
eũ ad quẽ ſpectat cuſtodia,debere gubernari facere eccleſiã,&
ſic poſſe ponere in ea œconomũ,& in hoc nõ eſt dubiũ.Sed bñ
vertit̃ dubiũ,ſi eſt qõ in ipſo iure pa.quaſi poſ.pñtãdi , vel in in-
ſtitutione eccleſiæ vacantis,an durante lite ponatur ibi œcono
mus,& qñ eſt quęſtio inter ep̃m & p̃ronos,nõ eſt dubium ep̃m
poſſe ibi ponere œconomũ,q miniſtrabit eccleſię,donec vaca-
uerit,& lis finita fuerit,vt de hoc eſt tex.ĩ d.c.cũ vos.& ĩ hoc nõ

re, etiam ſi per ſuperiorem eſſet ipſis patronis prohibitum, vt
non præſentarent ſine eius licentia. nam ſi potuerunt dicti ſu-
perioris habere licentiam, & non obtinuerunt, curret eis dictū
tempus, vt diximus in xij. art. per totum. ¶Declara iſtam. xj. am-
pli. vt intelligamus de illo ſuperiore, qui poteſt patronis prohi-
bere, puta de legato in patronis eccleſiaſticis, & de papa in pa-
tronis laicis, non autem de inferioribus, puta de epiſcopo, cum

ille non

ille non habeat ſe impedire de patronis, vt diximus in d.xij.art. in verſic.tu dic quòd iſta. ¶Extende prædictam.x. amplia. cum proxi.declaratione etiam procedere, vt currat tempus patronis quamuis prohibitio eſſet facta eccleſiaſticis à legato,& laicis à papa,& potuerunt ſe liberare,& obtinere licentiam,& non obtinuerunt, vt in d.xij.art.in ver.habent ergo locum cum ſequentibus.& præſertim in verſi.idem dicerem in patrono. ¶Reſtringe tamen iſtam.x.ampli.& ſupradicta procedere, niſi ſuperior abbreuiaret tempus datum à iure ad præſentandum, & vellet patronos præſentare cum conſenſu talis, quia ſi illius conſenſus haberi non poterit, non curret tempus, vt in d.xij.art. in verſic.ſi vero legatus. ¶Reſtringe iſtam reſtric.procedere, ſi ſuperior mandat patronos præſentare cum conſenſu talis, quia ex quo hberi non poteſt,& ſine illo fieri non poteſt præſentatio, non curret eis tempus, ſed ſi mandaſſet eos præſentare, cum cōſilio talis, ex quo ſine illo fieri poteſt præſentatio, licet haberi nō poterit, curret eis tempus, vt in d.xij.art.in verſ. bene verum eſt.& in verſicu.idem dicerem in patrono. ¶Declara prædicta, bonum eſſet vti cautela in caſibus prædictis, quando habens conſentire, vel dare conſilium ſe occultat, patronos ſe proteſtari, per eos non ſtare &c. vt diximus in d.xij.art.in ver.aduerte ad aliud. ¶Declara etiam prędicta procedere, dummodo papa vel legatus prædicta faciat derogando expreſsè iuri patronatus clericorum,& præſertim laicorum, vt in d.xij.art.in verſi. aduerte tamen ad duo. ¶Amplia.xj.d.conclu.ſemeſtre vel quadrimeſtre dari patronis ad præſentandum,& illis elapſis fieri deuolutionem ad ſuperiorem,& currere dicta tempora etiam ignorātibus,& impeditis, intantum procedere, vt illa dicantur continua,& non vtilia, vt diximus in xv.articul. ¶Reſtringe primo. d.xj.ampli.dictum tempus currere ignoranti,& dici cōtinuum, niſi beneficiatus eſſet abſens,& reliquiſſet vicarium eccleſię nomine abſentis deſeruientem: nam tunc non curret tempus niſi à die ſcientiæ mortis,& ideo dicetur vtile à principio in illo caſu,& ſucceſſiue continuum, vt in fi.d.xv.articul.in verſic.poſſet tamen attentari. ¶Reſtringe ſecundo. d.xj. ampli. vt procedat in eccleſiis iam conſtructis,& nouiter conſtructis,& dote dota, vt tempus currat,& dicatur continuum à die vacationis dotis datę, vel fabricæ completæ, vt diximus ſupra in x.articul. in vij. princip.ampli.ſed ſi teſtator mandauit alteri, quam patrono ędificare eccleſiam,& illam non ædificat, non currit tempus patrono, donec dos detur, vel eccleſia fabricetur,& ideo à principio non eſt ſibi cōtinuum dictum tempus, ſed vtile, vt diximus in d. xv.articul.in verſicul.aut vero reſtar. ¶Reſtringe.iij.d.xj ampli. de tempore continuo, niſi rector eccleſiæ eſſet priuatus illa,& ignoraretur priuatio à patronis,& ipſe adhuc eſſet in poſ.eccleſiæ, nam non curret ſibi tempus à die priuationis, ſed à die ſcientiæ vel mortis,& ideo à principio dicetur tempus vtile, & non continuum, vt diximus in ij.artic. ¶Amplia.xij.d.conclu.patronos habere ſemeſtre vel quadrimeſtre ad præſentandum,& illud impeditis,& ignorantibus currere, & eſſe continuum, & non vtile, intantum procedere, vt eo elapſo & patronis non p̃ſentantibus non poterunt etiam ſtatim purgare moram, vt diximus.s̃.in xxvj.art. ¶Amplia.xiij.d.conclu.vt patroni habeant ſemeſtre vel quadrimeſtre ad præſentandum, intantum procedere, quod infra dictum tempus habent præſentare coram habente inſtituere, adeo vt ſi infra illud tempus præſentauerit coram non habente ius inſtituendi, quamuis dicatur feciſſe ſuā diligentiam, non poterit poſt dictum tempus coram habente inſtituere præſentare, vt diximus ſupra in xxiiij arti. ¶Extende. d.ampli.quam maximè procedere, ſi præſentaſſet non coram ordinario, ſed coram inferiore prælato non habente ius inſtituendi: quia tanto magis elapſo tempore non admitteretur coram habente ius inſtituendi, vt diximus in d.xxiiij.art. in verſic. ſi vero ius inſtituendi. ¶Reſtringe modo primo.d.xiij.ampli.niſi per patronos fieret præſentatio coram ordinario, nam quamuis ad eum non ſpectaret ius inſtituendi: ſed ad alterum aliquo iure particulari, ex quo patroni præſentarunt coram eo, qui de iure debet habere ius inſtituendi, excuſabitur, & poterit etiam elapſo tempore coram altero habente hoc ius præſentare, vt ī d.xxiiij.articu. in verſi.vnde conclude. ¶Reſtringe.ij.d.xiij. ampli.procedere, niſi q̃uis ius inſtituendi ſpectaret ad ordinariū, patroni præſentaſſent infra tēpus coram inferiore prælato exiſtente in quaſi poſ.inſtituendi,& præſertim ſi ſequuta fuiſſet inſtitutio: quia teneret præſentatio,& inſtitutio,& facta declaratione ius inſtituendi ſpectare ad ordinarium, patroni non habebunt iterum præſentare, niſi pro conſeruatione iuris inſtituendi ordinarij, vt in d.xxiiij.art.in verſi.& ideo limitarem.cum ſequen. ¶Reſtringe.iij.d.xiij.ampli.procedere, niſi patroni præſentarent infra tempus coram inferiore prælato, qui communiter habebatur,& habens ius inſtituendi, nam cōſtito illud ius ad eum non ſpectare, excuſabitur,& poterit coram habente illud ius etiam elapſo tempore dato ad præſentandum præſentare, vt diximus in d.xxiiij.art.in ver. ſi vero prælatus. ¶Amplia. xiiij.d.conclu.ſ.patronos habere ſemeſtre vel quadrimeſtre ad præſentandum, intantum procedere, quod ſi apparet præſentatio facta per patronos, præſumetur facta infra tempus datum ad præſentandum, nec tenebitur præſentatus aliter hoc probare, vt latè diximus in xxv.artic.in verſi.quid dicendum. ¶Extende hanc ampli.primo illam quam maximè procedere, ſi præſentatio fuit admiſſa per habentem inſtituere, quia tanto magis p̃ſumetur infra tempus facta, vt diximus in d.xxv.art.in ver. ſecūdo vero caſu. ¶Extende.ij. d. ampli. quammaximè procedere, ſi præſentatio non fuiſſet admiſſa,& in non admiſſione fuit expreſſa cauſa non admiſſionis alia, quam illa lapſus temporis, q̃a tunc etiā præſumetur facta infra tempus, vt diximus in d. xxv. art.in verſi.ſi vero per habentem. ¶Reſtringe primo.d.xiiij.ampli.procedere, niſi præſentatio non fuiſſet admiſſa,& cauſa nō admiſſionis eſſet: quia extra tempus extiterit facta pręſentatio. nam tunc præſumetur facta infra tempus, vt diximus in d. xxv. art.in ver.primo caſu quando. ¶Reſtringe.ij.d.xiiij.ampli. procedere, niſi pręſentatio non fuiſſet admiſſa, nulla cauſa non admiſſionis reddita, quia nec tunc pręſumetur facta infra tempus: vt diximus in d.xxv.art.in verſi.ſi vero indiſtinctè. ¶Expeditus de ampliationibus huius concluſionis, condeſcendo ad illarum limitationes. Limita igitur primo.d.conclu.& eius ampli.patronos habere ſemeſtre vel quadrimeſtre ad præſentandum, procedere, dummodo conſuetudo aliud non inducat in loco, puta patronos laicos habere ſemeſtrę, & eccleſiaſticos octimeſtre, quia valebit talis conſuetudo, per dicta.s̃.in vj.artic. ¶Extende iſtam primam limi.tanto magis procedere,& ipſam conſuetudinem valere, ſi ipſa abbreuiaret tempus datum ad præſentandum à iure patronis eccleſiaſticis, vt in d.vj.art.in verſ.tu conſidera. ¶Extende ſecundo hanc primam limi.procedere, etiam ſi conſuetudo induceret allongationem temporis in eccleſiaſticis patronis, vt in d.art.vj.in ver.aut loquimur in patronis. ¶Extende.iij.d.primā limi.ꝓcedere, etiam ſi ꝯſuetudo abbreuiaret tp̃s non ſolum in patronis eccleſiaſticis, ſed etiam in laicis vt in d.vj.art.in ver.ſi vero ſumus. ¶Extende.iiij.d.primam limi.procedere, etiam ſi conſuetudo elongaret tempus in patronis laicis. vt in d.vj.art.in ver.aut ſumus in ampliando. ¶Reſtringe primo ipſam primam limi.& prædicta omnia procedere, ſtante cōſuetudine præſcripta, quæ faciet præſumere titulum, per dicta. s̃.in vij.art.in ver.dicerem tamen propter hoc. ¶Reſtringe. ij.ſupraſcripta procedere, dummodo non eſſet magna dilatio quā daret conſuetudo, quia non teneret, vt in d.vij.art.in verſ.dicerem etiam. ¶Limita ſecundo principaliter. d. conclu.& ampli. de ſemeſtre & quadrimeſtre dato ad pręſentandum,& litem finiēdam, procedere, niſi à teſtatore vel fundatore in limine fundationis eccleſiæ ſeu beneficij cum conſenſu epiſcopi fuiſſet ſtatutum maius vel minus tempus prædictis patronis laicis, ſiue clericis ad præſentandum nam valebit & tenebit hoc eius ſtatum, cum dicto conſenſu, ſiue abbreuiet, ſiue proroget dictum tempus, vt diximus in d.vij.art. ¶Limita. iij.d. conclu. & ampli. de ſemeſtre & quadrimeſtre dato ad præſentandum,& litem finiendam, procedere in caſibus ſuis, niſi epiſcopus etiam poſt lapſum dictorum temporum vellet patronos adhuc admittere ad præſentandum nam poſſet & ſequuta inſtitutione tenerent geſta per eos, vt diximus in xxiiij.art. ¶Extende primo, d.limi. ꝓcedere non ſolum in patronis eccleſiaſticis, ſed etiam in laicis. Nam etiam poſt dictum tempus poterit eos admittere ad præſentandum, vt in d.xxiiij.art.in ver.ſi dicerem. ¶Extende.ij.d.limi.iij.procedere, etiam ſi eſſet facta deuolutio prouiſionis eccleſiæ patronatæ ſucceſſiue ad alios ſuperiores, puta archiep̃m & ſimiles. Nam ipſi poterunt admittere patronos in eorū p̃iudicium ad p̃ſentandum, quamuis tempus ad hoc datum ſit lapſum, vt in d.xxvij.art.in verſi.dicerē ēt vnū nouū. ¶Reſtringe tm̃ p̃dicta non ꝓcedere, q̃n eſſet facta deuolutio ꝓuiſionis eccleſiæ ad ſuperiorem ex eo, quia patroni p̃ſentauerint indignū, nam ꝑ illa vice nō poſſent ſuperiores eos admittere ad p̃ntandum in d.xxvj.art.in fi. ¶Limita.iiij p̃dictam cōclu.de ſemeſtre vel quadrimeſtre dato patronis ad p̃ſentādū, ꝓcedere, niſi hñs inſtituere in edicto abbreuiaret illud tp̃s, nam hoc facere poterit ꝑ dicta s̃.in xxviij.art. ¶Extēde primo iſtā.iiij.limit.intm̃ ꝓcedere, vt poſito edicto cū termino ēt minore illo dato à iure, nō poterit alter p̃ronus comparēs petere ſe expectari vſq; ad tp̃s iuris, ſed ſtare tpi edicti, vt in toto. xxviij.art. concluſiue in primo caſu. ¶Extēde.ij.d.iiij.limi q̃ maximè ꝓcedere, ſi poſito edicto cū minori termino, ſi eſt certum p̃ronum ꝯdicere ꝯdictorē parū ius habere: nā eo nō obſtāte termino edicti elapſo ꝓcedetur ad inſtitutionē, vt in diſcurſu.d.xxviij.artic.& concluſiue in

ſecundo caſu. ¶Extende.iij.d.iiij.limi.quam maximè procedere,quando patroni habent præſentare iure collegij , quia non ſolum habens inſtituere in ſuo edicto poterit tempus iuris abbreuiare,ſed etiam maior pars collegij vocando minorem,poterit dictum tempus abbreuiare,vt in toto.xxviij.art.& concluſiuè in tertio caſu. ¶Extende.iiij.d.iiij.limi.quam maximè procedere,quando infra illud tempus abbreuiatum in edicto nemo comparuerit,& ſequuta fuerit inſtitutio,quia ſi bene reſtaret de tempore iuris,non admitteretur comparens poſt inſtitutionem,vt in toto.xxviij.art.& concluſiuè in quarto caſu. ¶Extende.v.d.iiij.limi.etiam procedere abbreuiato tēpore iuris in edicto, & compatrono permittente præſentationem patroni prius comparentis,& termini edicti lapſum ſcienter nā poſtea non admittetur etiam inſtitutione non ſequuta , quia videtur tacitè primam præſentationem ratificare,quamuis adhuc ſupſit pars temporis iuris,vt per diſcurſum in d.xxviij.arti. & concluſiue in vj.caſu. ¶Reſtringe iſtam.v.exten.procedere,niſi iſte, qui videtur tacitè conſenſiſſe præſentationi, inſtitutione nō ſequuta vellet variare accumulādo,quia poſſet,dummodo nō faceret in fraudem,& vt ſupplantaret primā præſentationem, iuxta ea,quæ diximus ſupra in d.xxviij.arti.in vj.caſu. ¶Reſtringe modo.d.iiij limi.& ſuas exten.procedere, quando poſt præſentationem emanauit edictum cum breuiori termino , & illo elapſo patronus de eo notitiam non habens,comparuit,inſtitutione non ſequuta,& adhuc ſupererat de tempore iuris,nā poterit præſentare & debebit admitti re integra,vt per diſcurſum in d.xxviij.art.& ↄcluſiuè in quarto & quinto caſu. ¶Reſtringe iſtam exten.niſi patronus comparens hoc faceret in fine temporis iuris ex fraude,vt infra illud tempus , lis quæ oritur, non finiretur,& ſupplantaret primam præſentationem , quia tunc non erit admittendus etiam re integra in d.xxviij.artic.in v. caſu. ¶Limita.v. principaliter.d. conclu. de ſemeſtre vel quadrimeſtre dato ad præſentandum , & vt illo elapſo fiat deuolutio ad ſuperiorem,procedere,niſi in caſibus.c.ſi electio.de electio. libro.vj.nam in illis patroni habebunt aliud ſemeſtre vel quadrimeſtre,puta pone eſſe factam per patronos infra tempus iuris præſentationem,& præſentatum acceptaſſe,& cum poſt acceptationem renuntiaſſe,vel mortuum fuiſſe.nam patroni habebunt aliud integrum tempus ad præſentandum,vt diximus in xvij.art. ¶Extende primo.d.v.limi.& dic eam procedere , & ſic patronos habere aliud integrum tempus,ſi caſſatur præſentatio per occultum crimen præſentati,per dicta.ſ.in xviij.artic. ¶Quod indiſtinctè habet locum in patronis eccleſiaſticis , vt ibi. ¶In laicis vero non indiſtinctè,vt ibidem:quia fit diſtinctio ſi ignoranter vel ſcienter præſentauit indignum, & ſi adhuc ſupererat de tempore iuris,vel non,quæ recitare omitto,quia eſſet tranſplantare dicta latè.ſ.in j.par.huius ſecūdi li.in x.q.princ. in iij.arti. ¶Extende.ij.d.v.ampli.& dic idem eſſe, ſi præſentans indignum,caſu quo eſſet priuatus præſentare pro illa vice fuiſſet per papam reſtitutus ad præſentandum, quia iterum habebit ſemeſtre vel quadrimeſtre,per dicta ſupra in xix.artic. ¶Reſtringe modo.d.v.limi.procedere,quando aliquis fuit præſentatus,& acceptauit,& poſtea renuntiauit,& mortuus fuit,ſed ſi ſolum fuiſſet præſentatus , & ipſe ante acceptationem renuntiaſſet,vel mortuus fuiſſet , nam hoc caſu non habebit locum. c.ſi electio in patronis:& ſic ipſi patroni non habebunt de nouo intergrum tempus ad preſentandum,ſed ſolum quod ſupereſſet de tempore iuris , & ſi nihil ſupereſſet,ſibi imputaretur, p nouiter conſiderata per me in d.xvij.art.& in xxj.art. in ver. adde etiam quod voluit.& in verſi.adde etiam quod Firma. ¶Limita.vj.d.conclu.vt licet patroni infra ſemeſtre vel quadrime. habeant præſentare,ſufficiet eis præſentaſſe,& non ſit eis neceſſe inſtare,vt præſentatus inſtituatur. vt diximus ſupra in xxiij. art.& ideo ſi bene per eum non inſtetur,non per hoc fiet deuolutio prouiſionis ad ſuperiorem,vt ibi diximus. ¶Extende hāc limi.intantum procedere,quod nec præſentatus tenetur inſtare infra dictum tempus,vt inſtituatur,adeo quod ſi non inſtaret,fieret deuolutio ad ſuperiorem , quia etiam ſi non inſtaret, non fiet dicta deuolutio , vt diximus in d.xxiij.articu.in verſi.ſecundum caput. ¶Limita.vij.d.conclu.de ſemeſtre vel quadrimeſtre dato ad præſentandum,vt illo elapſo patroni non poſſint præſentari,ſed fiat deuolutio ad ſuperiorem procedat, quo ad principalem præſentationem,vt præſentatus per eos omnino inſtituatur,ſed poſtquam iure deuoluto habens inſtituere, ad beneficium aliquem inſtituit,vel illud alicui contulit pro cōſeruatione eorum iurium,ſiue ſit facta deuolutio propter litē non finitam ſuper iurepatro.vel quaſi poſſ.præſentandi,vel ſup inſtitutione habenda,ex vi tamen iuris pa.ſiue ex non concordia patronorum,ſiue ex negligentia , poterunt patroni etiam poſt lapſum tempus,& inſtitutione vel collatione iure deuoluto alicui factis illum inſtitutum vel cui facta eſt collatio repræſentare,per nouiter dicta & conſiderata per me ſupra in ix.arti. in v.caſu.in verſicu.ſed vnum non omittam. ¶Extende iſtam limi.vt patroni poſſint repreſentare poſt prædicta inſtitutū,procedere non ſolum in caſibus ſupraſcriptis & conſeruatione iurium ipſorum,patronorum,ſed etiam,ſi facta eſſet inſtitutio de præſentato per patronos per non habentem ius inſtituēdi , ſed exiſtentem in quaſi poſſ.inſtituendi :quo caſu & illius cōſeruatione per nouiter conſiderata per me.ſ.in xxiiij.art.in verſic. & ideo limitarem hoc dictum,cum ſequē.ibi,niſi dicamus. & per hæc ſit expedita hæc prima conclu.huius primæ.q.prin. ¶Secūda elicitur concluſio ex vltimis tribus arti.huius.j.q.prin. cuſtodiam eccleſiæ patronatæ vacantis ſpectare ad ordinarium, qui illi prouidere debet,& ſic ad habentem inſtituere durante tempore dato ad præſentandum,& donec habeat verum rectorem pro recipiendis,obuentionibus,& fructibus,& illis conſeruandis pro futuro rectore,ſeu conuertendis in ipſius eccleſiæ vtilitate,& pro ſeruitio illi eccleſiæ impendendo , & ſimilibus. Ita plenè.ſ.in xxix.art. ¶Declara iſtam conclu.vt ita demum cuſtodia eccleſiæ patronatæ vacantis ſpectet ad epiſcopum,ſi inſtitutio ad eum ſpectet,alias ſi inſtitutio ſpectaret ad inferiorem prelatum epiſcopo,ille etiā habebit eccleſiæ patronatæ cuſtodiā, vt in d. xxix.arti.in verſ.aduerte tn̄ quòd iſta. ¶Amplia primo iſtā conclu.procedere,etiam ſi ſumus in eccleſia patronata laicorum.Nam quauis ep̄s nec habens inſtituere infra tempus datum ad præſentandum de prouiſione illius non poſſit ſe impedire,tamē cuſtodiam illius bene habebit,vt in d.xxix.art.in ver. ſecunda erit in hoc caſu conclu. ¶Amplia.ij.iſtam conclu. intātum procedere,vt non ſolum epiſcopus vel inferior habens inſtituere,habeat cuſtodiam,ſed etiam poſſit ponere œconomū in eccleſia patronata vacante,qui illi deſeruiat,fructus colligat & conſeruet pro ſucceſſore,vel in eccleſiæ vtilitatem conuertat,vt in d.xxix.art. ¶Amplia.iij.iſtā ↄclu.intm̄ ꝓcedere , vt ep̄s vel inferior q habet īſtituere & habet cuſtodiam eccleſię vacātis,habet etiam ꝓuidere,quando patroni ſunt diſcordes,ꝓcedētes,de facto,& de ſcādalo dubitaṫ, vt reliquiæ quæ ſunt in capſis,extrahanṫ ab eccleſia,& poſtea oſtia claudanṫ,& diuina interdicanṫ,vt ad concordiam reducanṫ, vt diximus in vlt. arti. p totum. ¶Extēde primo iſtam tertiam ampli.vt dicti prælati poſſint ſupraſcripta facere, etiam ſi patroni de facto procederent eccleſia non vacante.per ſimiliter dicta,in vlti.art.in ver.iſtis ſic ſtantibus. ¶Extende.ij.d.iij.ampli.vt prelati poſſint prædictis remediis vti,ꝓcedere ēt ante lapſum temporis dati ad præſentandum eccleſia vacante,ſi patroni aliquo modo de facto ꝓcedūt vt in d.vlt.art.in verſic.aliquando hæc controuerſia. cum pluribus ſeq. ¶Extēde.iij.d.iij.ampli.procedere , etiam ſi aliquis eſſet præſentatus à maiori numero,vel eſſet maioris meriti:& ꝓpter ſcandalum non poſſet inſtitui,recurreṫ ad prædicta remedia,vt in d.ver.aliqn̄ hæc controuerſia. ¶Extēde.iiij.d.iij.ampli,ꝓcedere,ēt ſi eſſet locus gratificationi vel prouiſio deuoluta ad ipſos p̄latos,& ꝓpter ſcādala non poſſent gratificari , nec prouidere eccleſiæ,poterit recurri ad p̄dicta remedia,vt in d.vlt.arti. p diſcurſum. ¶Et intellige de ſcandalo magno,vbi timeṫ de periculo mortis,& non de paruo,vt in d.vlt.art.in verſi.ſed nota. ¶Limita modo primo iſtam conclu. ſ.epiſcopum ſeu habentem inſtituere,habere cuſtodiam eccleſiæ patronatæ,procedere cū ſumus in eccleſia patronata laicorum.ſecus,ſi eſſet de iure pat. eccleſiaſticorum patronorum : quia in ea patroni & non habētes inſtituere habent cuſtodiam,vt diximus in xxix.artic. ¶Reſtringe primo iſtam primā limi.vt patroni eccleſiaſtici habeant cuſtodiam eccleſiæ,procedere in eccleſia ſimplici , ſecus in eccleſia collegiata,nā licet in ea ſint patroni eccleſiaſtici,ſicut nō poſſunt in ea p̄ntare prælatum,ita nec cuſtodiam h̄re,ſed habētes eligere,habebunt cuſtodiam,vt in d.xxix.art.in ver. aduerte tn̄. ¶Reſtringe.ij.d.primam limi.procedere,niſi p patronos eccleſiaſticos cuſtodia committeretur ſuperiori,quod facere poterunt,& tūc illi,& non ipſi p̄roni cuſtodiam habebunt,vt in d. xxix.art.in ver.an autē. ¶Reſtringe iij.d.primam limi. ꝓcedere, niſi papa vel legatus daret viſitatorē:quia illi haberēt cuſtodiā eccleſiæ patronatæ clericorum , & non ipſi p̄roni eccleſiaſtici, vt diximus in d.xxix.art.in verſi.quid autem. ¶Limita.ij. d.conclu.ꝓcedere,niſi papa vel legatus daret viſitatorem , quia tunc nec ep̄s nec inferior habens ius inſtituendi,habebit cuſtodiam ſed ipſe viſitator,tam in eccleſia patronata clericorum,vt ſupra in proxi.reſtr.quam laicorum,vt in d.xxix.art.in ver. quid autē. ¶Limita.iij.d.conclu.procedere.niſi epiſcopus vel inferior habens ius inſtituendi, patronus clericus,vel laicus , caſu quo poteſt eſſet negligens in ipſa cuſtodia,quia tunc ſuperior cum cauſæ cognitione poterit aſſumere cuſtodiam,vt in d.j.articul.per totum,& præſertim in verſicul.dico plus. ¶Limita.iiij. d.cōclu.

cum ſua

cum ſua prima ampli.vt cuſtodia ſpectet ad habentem inſtitue-
re,procedere,niſi patronus laicus ex priuilegio vel conſuetudi-
ne præſcripta haberet ius cuſtodie:quia quamuis ſit laicus: ipſe
tamen habebit cuſtodiam, & non habens inſtituere: & idem
ex priuilegio per dicta in ipſo.xxix.art.in verſ.aduerte ad aliud.
¶Limita.v.d.conclu.cum ſua prima amplia.ſ.cuſtodiam eccle-
ſiæ patronatæ laicorum,ſpectare ad habentem inſtituere, pro-
cedere,niſi patronus laicus haberet ius cuſtodie eccleſiæ vacan
tis: quia illud ſibi reſeruaſſet in limine fundationis eccleſiæ de
conſenſu epi:quia tũc ipſe patronus laicus haberet cuſtodiam,
& non habens inſtituere:per ea quæ diximus in fi.d.xxix.articu.
¶Declara modo primo omnia prædicta, ꝙ habens cuſtodiam,
poteſt illam alteri committere & videtur, ac ſi ipſe cuſtodiam
teneret:vt per totũ.d.xxix.art.¶Declara.ij.habẽtem cuſtodiam
poſſe in eccleſia ponere œconomum, etiam ſi illa ſpectaret ad
epiſcopum,inferiorem prælatum,patronum, clericum, & lai-
cum,ex cauſa etiam infra tempus datum ad præſentandum,vbi
in iij.art.in ver.vbi etiam ipſe Abb. ¶Declara.iij.omnia prædi-
cta,& dic œconomum ponendum per habẽtem cuſtodiam ec-
cleſiæ debere eſſe clericum, & non laicum: & ſi cuſtodia ſpe-
ctaret ad patronos laicos caſu, quo poteſt vnus ex eis cõpatro-
nis eſſe œconomus,& non alius laicus,vel ponant clericum: vt
dixi in d.iij.art.in ver.ſi verò ſummo. ¶Declara.iiij.& dic œco-
nomum poſſe poni in eccleſia patronata per habentes illius cu
ſtodiam,etiam quando eſt lis inter patronos,vel præſentatos,&
durat per tempus datum ad præſentandum,vel poſt,& eccleſia
adhuc non eſt prouiſa:vt in d.iij.art.in ver.ſed bene vertitur du
bium.¶Declara.v.& dic idem eſſe,quando eſſet facta deuolu-
tio prouiſionis eccleſiæ ad ſuperiorem ex aliqua legitima cau-
ſa:& ipſe non poſſit illi prouidere propter ſcandala, quæ immi
nerent, habens illius cuſtodiam, poterit ponere in ea œcono-
mum:vt in d.iij.art.in ver.& idem dicerem. ¶Declara.vj.ꝙ ſi li-
tigant patroni eccleſiaſtici non cadit poſitio œconomi: ſed per
ſuperiorem compellentur ad concordiam:vt in d.iij. art.in ver.
notabiliter,& in vlti.art.in ver.aduerte ad vnum.¶Declara.vij.
œconomum poſſe poni in eccleſia vacante per habentes illius
cuſtodiam quamuis ſint tales controuerſiæ, ꝙ reliquiæ debeãt
extrahi ab eccleſia,& illius oſtia claudi:& diuina interdici: quia
adhuc œconomus ſeruiet eccleſiæ quo ad fructuum collatio-
nem,& illorum conſeruationem:vt in d.vlti.art.in ver. & ſic di-
cerem idem. ¶Declara.viij.& dic idem eſſe in habente confer-
re,vel aliter prouidere:nam donec labitur tempus datum ad p̄-
ſentandum à iure,ſi vult differre prouiſionem, poterit ponere
œconomum in ea:vt diximus in d.iij.art.in ver.demum.Io.An.
¶Et ex iſtis habes hanc materiam temporum datorum ad præ-
ſentandum cuſtodie, & expediendorum illis durantibus bene
diſcuſſam diſputatam,ordinatam, & concluſiuè reductam me-
lius quàm alibi.

¶Secunda.q.princ.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentatio quo tempore ſtabilito fieri debeat per patronos.*
2 *Præſentatio an poſſit fieri nondum tradito corpore rectoris mortui ſepulturæ eccleſiaſticæ.& nu.3.5.*
4 *Tempus datum ad eligendum vel conferendum, impedito & ignoranti non currit.*

QVæro Secundo principaliter:quia ſupra viſum
eſt,infra quantum tempus debeat præ-
ſentatio fieri, & quomodo interim eccleſia guber-
netur:& ſic de cuſtodia,œconomo,& ſimilibus:me-
rito modo eſt videndum,quando vbi & qualiter iſta præſenta-
tio fiet?& in iſta quæſtione ſunt examinanda infraſcripti articu
1 li.¶†Et primus erit,quando,id eſt, quo ſtabilito tempore præ-
ſentatio fieri debeat per patronos?Et breuiter dicẽdum, ex quo
tempus datum à iure ad præſentandum,currit patronis à die va
cationis,& durat vſq; ad vltimum diem ſemeſtris,vel quadrime
ſtris:vt latè diximus.ſ.in j.proxi.q.prin.per totum, & præſertim
in viij.& xiij.art.dicendum eſt tempus ſtabilitum eſſe, poſtq̃ ec-
cleſia vacauit,donec idem tempus datum ad præſentandum fi-
niatur,ſemper illo durante patronos poſſe pręſentare:vt per to
tum hunc titulum:& vt diximus in præalleg.arti. & in hoc non
2 eſt dubium.¶†Poſſet bene dubitari,an ſit expectandum, ſi ec-
cleſia vacat per mortem,vt cadauer primi rectoris eccleſiaſticæ
tradatur ſepulturæ:& poſtea fiet præſentatio? & in electione an
tiquitus erat dubium.per c.bonæ.el.ij.de elec.de ſubſtantia ele-
ctionis requiri cadauer rectoris mortui,eſſe ſepultum, & ita te-
nebat Vinc.Hoſt.& aliqui alij.ſed Inn.Compo. Io.And.Bu.Car.
Abb.& communiter doc.in d.c.bonæ.tenent cum gl.ij.ibi in fi.
3 ſ.†electionem fieri poſſe,anteq̃ cadauer rectoris mortui tradat̃
ſepulturæ:dicunt tamen honeſtum eſſe expectari prius ſepul-
turam prælati.per c.obeuntibus.lxiij.diſt.& in ea. poſtq̃. 50.diſt.
vbi gl.dicit à die mortis,currere tempus eligendi, & dicit Ioan.
And.in d.c.bonæ.quem ibi refert Abb. ꝙ melius dixiſſet ab ho-
ra mortis:ex quo illa dies non excluditur: ſed debet computari
in tribus menſibus ad eligendum datis,& hæc opinio placet ibi
Abb.per quem adducit bonum tex.in c.j.viij.q.j.vbi habetur,ꝙ
poſt obitum clerici habent poteſtatem eligendi, & reſpõdetur
ad c.nullum.lxxix.di.illum tex.loqui de honeſtate, & eodẽ mo-
do poteſt reſponderi ad tex.d.c.bonæ.vt ibi omnes doc.volunt.
de hoc eſt etiam tex.in c.ſi electio.& ibi per Domi.in iij.not.de
elec.lib.vj.poſt Arch.& Io.And.ponderando illum text.qui cõ-
ſiderat mortem.vt ibi etiam facit Phili. Fran. & tenet hanc par-
tem Abb.in c.quia propter.in prin.in vlt.col.de elec.¶Vnde cũ
in electione non ſit de ſubſtantia ſepultura cadaueris prælati,q̃
electio fit per clericos, qui debent magis honeſtati adhærere:
vt de vi.& hone.cleri.per totum. multo magis ergo non debet
eſſe de ſubſtantia ſepultura rectoris in præſentatione. ¶Et tãto
4 magis in præſentatione:quia tempus datum†ad eligendũ, vel
conferendum, non currit impedito & ignoranti: nec eſt vtile,
ſed continuum.c.ne pro defectu.& c.ſi.de elec.c.ij. & c.quia di-
uerſitatem,& ibi gl.de conceſ.præben.& tamen tempus datum
ad præſentandum,currit ignoranti & impedito.c.cum propter.
c.eam te.c.ſi verò,& c.iij.hoc tit.& diximus latè.ſ.in j.proxi.qõ.
prin.huius partis:& tempus datum ad præſentandum,eſt conti-
nuum,& non vtile:vt diximus ibidem in xv.art.¶Et ſic conclu-
de de neceſſitate non eſſe expectandam traditionem cadaueris
defuncti rectoris ad ſepulturam: ſed præſentantes poſſe proce-
dere ad præſentationem,etiam illo adhuc ſepulturæ non tradi-
to,cum totum tempus datum à iure patronis ad præſentandũ,
ſit eorum,& eis currat à die: imo ab hora mortis: vt per doc.in
d.c.bonæ,& diximus in præceden.j.q.prin.in xiij.xiiij. & xv.arti.
5 ¶†De honeſtate tamen patroni poſſent expectare traditionẽ
cadaueris rectoris defuncti.voluit etiam loquendo de electio-
ne prædicta Firma.in trac.de epiſcopo.in j.lib.in j. par.in iij.q.vt
ibi per cum.

¶Secundus artic.ij.q.princ.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Miſſa de ſpiritu ſancto,non eſt de electionis ſubſtantia.*
2 *Præſentatio fieri poteſt quacunque diei hora: nec in ea requiritur celebratio miſſæ ſpiritus ſancti.& nu.3.4.*

ET CIRCA Illud qñ ſecundo dubitatur, an iſta præſentatio
debeat fieri de mane,an quacunq; hora:& dubi-
tatur,an faciẽda ſit de mane, vt dicatur miſſa de ſpiritu ſancto,
anteq̃ fiat,vt dirigat, & aperiat corda patronorum ad faciendã
optimam præſentationem?& dicendum,ꝙ ex quo patroni non
habent ſimul ꝯuenire ad p̄ntationis actum:vt per doc.licet Ab.
videat̃ dubitare in c.iij hoc tit.non habent ſimul ꝯuenire in di-
cto actu p̄ntationis:& totum tp̄s vacationis datum ad p̄ntandũ
eſt ipſorum habentium p̄ntare ab hora mortis rectoris:vt in p̄-
1 ximo præceden.art.diximus,& miſſa de ſpiritu ſancto non† de
ſubſtantia non ſolum electionis,in qua tractatur res merè ſpiri-
tualis.vt in c.meſſana,& in c.ſacroſancta.& hr̃ in c.cum terra.&
in c.cum inter vniuerſos.de elec.ſed nec etiam in conſecratio-
ne & collatione ordinum miſſa eſt de ſubſtantia: vt vult gl.cõi-
ter approbata in capi.qđ ſicut.in verbo, decidatur.de elec.ergo
multo minus in præſentatione, per quam nullum ius ſpirituale
traditur:vt no.in c.cum Bertoldus.de re iud. cum totum ius ſpi-
rituale detur per inſtitutionem.c.ex frequentibus.de inſti.& re-
gu.j.de reg.iur.lib.vj.ſi igitur nõ eſt celebranda miſſa de ſpiritu
ſancto,quæ debet dici hora ſua.ſ.de mane.ca.j.& c.poſtulaſti.&
2 quæ ibi notãtur,& per totum de celebra.miſſarum †Ergo nul-
li dubium eſt,præſentationem poſſe fieri qualibet hora diei: vt
vult Abb.in c.cum nobis.in fin.de elec.cum totum tp̄s datum à
iure patronis ad p̄ntandum, ſit eis continuum: vt diximus in p̄-
ceden.j.q.prin.in xv.art, & currit illis de momento ad momen-
tum:vt ibidem diximus in xiij.& xiiij.arti.nec data eſt forma pa-
tronis ad præſentãdum:vt.j̃.dicetur in præſenti part.Vnde cum
nõ ſit data forma,quæ requireret aliquam horam pręciſam,vel
aliquam partem diei: vt diximus de miſſa, quæ celebranda eſt
de mane,qualibet hora diei patroni poterunt præſentare. ¶Et
hoc procedit cum patroni haberent præſentare iure particula-
ri:ſecus de iure collegij: quia tunc deberent ſimul ꝯuenire: vt
no.per doc.in d.c.iij.hoc ti.& dicet̃ infra in præſenti qõne prin.
in v,art,& tunc nec de ſubſtantia erit: vt de mane exiſtentes de
collegio ꝯueniant,& p̄ñtent:quia nõ eſt actus,q de neceſſitate
de mane debeat expediri,ſed in illa hora diei,quã ipſi deputaue
rint:& hoc ẽ ex vi deputatiõis,nõ ex vi illiꝰ horę. ¶Et licet tex.
in d.ca.cũ terra.& in d.c.cũ inter vniuerſos.reqrãt inuocationẽ
3 ſp̄ũs ſancti†in electiõe,nõ ſequit̃:ergo reqrit̃ celebratio miſſę;
quia

quia ſine ipſa celebratione inuocari poteſt ſpiritus ſanctus:& vt
in dictis iuribus apparet,nõ requirunt celebrationem miſſę de
ſpiritu ſancto,ſed illius inuocationem. ¶An autem requiratur
de ſubſtantia inuocatio ſpiritus ſancti in præſentatione dicet̃.j.
4 in x.q.prin.in v.art.¶Conclude†ergo de neceſſitate in præſen-
tatione non requiri celebrationem miſſę de ſpiritu ſancto, &
ideo eam omni hora fieri poſſe.

¶Tertius artic.ij.q.princip.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentatio an poſſit die feriato fieri.& nu.11.*
2 *Præſentatio,eſt actus extraordinarius.& nu.4.*
3 *Litis conteſtatio non requiritur in citatione.*
5 *Matrimonium carnale poſſe contrahi diebus feriatis.*
6 *Argumentum à matrimonio ſpirituali,ad carnale valet.*
7 *Legitimatio fieri poteſt die feriato.*
8 *Electio fieri poteſt feriato die.*
9 *Fieri quæ poſſint die feriato,Et quæ non.*
10 *Dies feriati inducti ſunt partim ad Dei honorem,partim ad hominum ne-ceſſitatem.*

1 Et ex Hoc.iij.dubitatur, †an præſentatio, quæ fit per pa-
tronum fieri poſſit die feriato?Et dicẽdum eſt ꝙ ſic.
nam Gaye.in repe.c.fi.de elec.lib.vj.in vlti.col.in verſi.& hic ꝓ-
ceſſus dicit proceſſum præſentationis & inſtitutionis eſſe pro-
ceſſum extraordinarium.allegat Nic.id eſt Abb.in ca.dudum.in
vlti.col.de elec.vbi dicit magis eſſe extraordinarium,& non iu-
diciarium actum præſentationis q̃ electionis.alleg.etiam Fede.
ꝯſ.xcvij.caſus talis eſt,nobilis quidam.ſed re vera eſt nume.102
2 in j.dub.† vbi appellat actum præſentationis actum ſpũalẽ ex-
traordinarium.qđ dicit eſſe ſatis diuerſum ab actu iudiciali cãæ
ſpũalis: vt dicit patere in c.j.in j.rñ.de proc.& in c.ſi quis.§.quid
ergo.de elec.libr.vj. ¶Sed credo,ꝙ melius fuiſſet loquutus, ſi
dixiſſet eſſet actum annexum ſpũalitati extraordinarium.arg.c.
quanto.de iud.¶Alleg.etiam Do.in c.concertationi.in prin.de
ele.libr.vj.vbi dr̃,prouiſiões beneficiorũ eſſe actus extraiudicia-
les:& ideo eos poſſe fieri omni die feriato,vt ibi. ¶Tu allega ꝓ
hoc Phil.Fran.ibi in d.c.concertationi.in princ.& Lap.alle.xxij.
3 an ſufficiat.fol.6.†qui vult in præſentatione nõ requiri litis cõ-
teſtationem,ex quo nõ ſumus in actu iudiciali.allegat.c.ſi duo.
de procu.lib.vj.alleg.etiam Pau.de Ca.ꝯſ.lvij.venerabilis.in vlt.
dub.in j.par.in vlt.col.in antiquis.vbi dicit,ꝙ ex quo actus præ-
ſentationis eſt extraiudicialis concurrendo alia, de quibus ibi,
poterit procurator datus ad præſentandum reuocari, quamuis
ſit ignorãs, & nõ peruenerit ad eius notitiam. vbi magiſtraliter
loquitur.voluit etiam hanc opi.do.Phil.de Sarra.in rubri.huius
ti.in vj.char.in ver.& iſte proceſſus præſentationis & inſtitutio-
nis:hunc proceſſum præſentationis & inſtitutionis.eſſe extraiu
dicialem:& per conſequens poſſe fieri die feriato.alle.Gaye.&
4 quæ ibi dicit,vbi.ſ.vel aliud addendo. ¶Et†ꝙ ſit actus extraiu-
dicialis,præſentatio:tenet etiam do Roch.in hoc trac.in prin.j.
colũ.ſecundæ char.operis.¶Sed magis clare Pau.de cita.in hoc
trac.in vj.par.ante fi.xxiiij.q.tenet expreſſè negligentiam in pa-
trono ita imputari die feriato,ſicut die nõ feriato, & alle.rõnẽ,
quia præſentare eſt de actibus voluntarijs: qui etiam diebus fe-
riatis fieri poſſunt,quamuis paſchalibus.alle.Hoſt.in ti.de ferijs.
§.quid in eis agi.per l.actus.C.de ferijs.vbi tex.clarus & ſic Paul.
expreſſè vult pręſentationem fieri poſſe etiam die feriato.¶Ve
rum Roch.hoc ſimiliter expreſſè tenet in hoc trac.in verbo,ho
norificum.in xxxv.q.vbi dicit ſe arbitrari præſentationem poſ-
5 ſe fieri die feriato, & mouetur primo per ſimile:†nã matrimo-
nium carnale poteſt contrahi diebus feriatis.c.capellanus. cum
ſimi.ſupra de ferijs.ergo eodem modo fieri poterit pręſentatio
dicto die, quæ eſt præparatoria ad matrimonium ſpũale: vt di-
cunt Abb.& alij in c.quanto.de iud.per tex.notabilem in ca.qđ
6 autem.hoc ti.bonum eſt argumentum† à matrimonio carnali
ad ſpirituale,& econtra.c.inter corporalia.de tranſ.epiſco.& di
cit doctores ita argumentari in alijs locis. ¶Secundò mouet̃,
quia actus pij & qui tendunt ad honorem,Dei,poſſunt fieri die-
bus feriatis:vt no.in c.j.& fi.de ferijs.l.dies feſtos.C.eod.tit.ergo
eodem modo poterit fieri præſentatio per quam deuenitur ad
prouiſionem rectoris ſeu clerici in eccleſia: & ſic eſt actus qui
7 tendit ad honorem Dei †adducit etiam ſimile à fortiori legiti-
mationem poſſe fieri die feriato. vt dicit Bal.in ca.fi.de ferijs, &
do.Præpo.in repe.c.per venerabilem.col.lxv.qui fil.ſint leg. &
ita reſidet Roch.qui ſimiliter cum Paul.expreſſè tenet hãc par-
tem.licet nõ alleget ſupraſcripta,& præſertim Do.in d.c.cõcer-
tationi.loquente de omnibus prouiſionibus beneficiorum, in
quibus includitur præſentatio.¶Adduco etiam poſt hoc Firm.
8 in trac.de epõ.in j.par.j.lib.in xij.q. † dicẽtem electionem poſſe
fieri die feriato.alleg.Spe.in ti.de ferijs.§.ij.ver.quid de cauſis.ꝑ
no.in c.oblate.in fi.de appel.i.ꝓpter periculum morę: vt ibi, &
in c.ne pro defectu.de ele. quare cum electionis actus ſit magis
ordinarius q̃ præſentationis.vt per Abb.in d.c.dudum.in vlt.co.
de elec.ex quo electio fieri põt die feriato:vt.ſ.multo magis &
præſentatio per prædicta.¶Item electoribus impeditis & igno
rantibus nõ currit tp̃s.d.c.ne pro defectu.c.ij.c.quia diuerſitatẽ.
de ꝯceſ.præb.nec ſi lis inter habẽtes eligere infra tp̃s datum ad
eligendum nõ finiatur fit deuolutio ad ſuperiorem.cap.ij.de in
integ.reſti.c.cum dilectus.de ſimo.ſed p̃ronis ignorantib. & im
peditis bene currit tp̃s.c.cum ꝓpter.c.eam te.hoc tit.& diximus
in viij.art.p̃ced.primæ nonæ q.prin. & lite inter p̃ronos nõ fini-
ta infra tp̃s datum à iure ꝓuiſio eccleſiæ deuoluit̃ ad ſuperiorẽ:
vt in dictis iuribus,& diximus latè in ix.ar.d.præced.q.& ideo in
pręſentatione eſt tp̃s ꝯtinuum & nõ vtile:vt diximus ibidem in
xv.art.ergo magis periculum morę eſt in p̃ntatiõe q̃ in electio-
9 ne:igit̃ fortius die feriato poterit fieri p̃ntatio q̃ electio. ¶†Et
de multis q̃ die feriato fieri p̃nt & q̃ nõ.vide Firma.vbi.ſ.per di.
ctas col.nolo trãſcribere. ¶Bene verum eſt Firma. ibi dicere p̃-
dicta eſſe vera in cã electionis vt tractari poſſit die feriato ſi ex
officio ꝓcedat̃ nõ ſi in forma iudicij.alle.Spe.in d.§.ij.ver.qd de
cauſis.in ti.de ferijs.¶Et ex hoc dici vr̃ ꝙ qñ in cã præſentatio-
nis nõ procedit̃ ex officio.ſ.vt ſuperior velit illã ex officio exa-
minare:ſed proceditur in forma iudicij: puta quia litigatur ſup
præſentatione ex vi iuris pa.vel ſuper proprietate ſeu quaſi poſ.
illius:vt dicit̃ in d.c.iij.in c.ſi verò.in c.eam te.& in c.cum ꝓpter.
hoc ti.& diximus in d.ix.art.præced.q.prin.& tunc talis præſen-
tatio ſeu ꝓceſſus fieri nõ poſſet die feriato: & non dicerent̃ ex-
traiudiciarij:ſed iudiciarij,& ꝓ hoc adduco glo.in verbo benefi-
cijs.in cle.diſpendio.ſanè.de iud.vbi dicit ꝙ quãuis cauſæ bene
ficiales ſint ſummarię:vt dr̃ ibi.tñ ſi agitur de proprietate eccle-
ſiæ de permutatione vel quo ad tranſlationem ſeu ad remouẽ-
dum aliquem à beneficio nõ erunt iſtæ cauſæ ſummariæ & in
illis nõ habebit locum dicta ꝯſtitutio.idem dicit alia gl.in verbo
decimis.ante ſi.ver.nõ obſt.ergo idem dicendum in cauſis iuris
pa.tangentibus ꝓprietatem vel quaſi poſ.ipſius, & ſic iſto caſu
ſi in illis includeret̃ præſentatio nõ poſſet fieri die feriato: quia
eſſet de ordinarijs iudicijs.¶Sed ꝯ hoc vr̃ alia gl.in d.cle.diſpẽ-
dioſam.in verbo tangentibus.nam cum ille tex. velit cãs bene-
ficiales & ẽt al̃s cãs illas tangẽtes eſſe ſummarias, quærit ibi gl.
quæ ſunt iſtæ cauſæ tangentes beneficiales, & dicit illas eſſe cũ
quæreretur ad quem pertineat electio vel prouiſio:nam tũc tã-
git̃ cã electionis & ꝓuiſionis & ſic dr̃ ſummaria: ergo etiam cũ
in p̃ntatione includat̃ cã ꝓprietatis vel quaſi poſ.p̃ronorum vt
haberi poſſit notitia ad quem ſpectet p̃ntatio quæ eſt prouiſio
erit ſummaria.¶Tñ dic ꝙ quãuis eſſet ſummaria nõ tñ per hoc
fieri põt die feriato in honorem Dei:vt clarè vult cle.ſpe.& ibi
gl.in verbo neceſſitatem.de verb.ſig.qui text. cum gl.volunt ꝙ
quãuis in cauſis beneficialibus & illa tangẽtibus procedat̃ ſum
marie:& dicantur ſummarię.vt in d.cle.diſpendioſam,& in cau
10 ſis ſummarijs procedi poſſit diebus feriatis: † tñ intelligitur de
alijs ferijs inductis ob neceſſitatem hominum: & nõ de illis in-
ductis in honorem Dei:ſed bñ in ferijs ruſticis ſic cum in illis ꝓ-
cedat̃ ſimpl̃r & de plano &c.vt in cle.diſpẽdioſam.de iu. ¶Dic
ergo latius aliud eſt dicere cãm:& actus eẽ extraiudiciales aliud
iudiciales ſimpl̃r & indiſtinctè aliud verò iudiciales:ſed in iudi-
cio ſummarie & de plano &c. vt oĩa iſta ꝓbant̃.nam de primo
loquunt̃ autoritates in prin.p̃ntis art.deductæ.de ſcđo & tertio
11 hr̃ in d.cle.diſpẽdioſam.de iud.& in d.cle.ſæpe.de ver.ſig. ¶†Si
ergo ſit p̃ntatio eccleſia vacãte nõ eſt dubium actum p̃ntatio-
eſſe actum extraiudiciarium & voluntarium: & ideo poſſe fieri
ẽt die feriato ĩ honorẽ Dei electio:vt ĩ locis.ſ.alle. & ſic ꝓcedit̃
ĩ ipſa præſentatione ex officio iudicis pro illa examinãda de ido
neitate p̃ntati de numero de meritis & ſil̃ibus: & nõ eſt dubiũ
ꝓcedi poſſe ĩ illis die feriato ẽt ĩ honorem Dei,& ſic multo ma-
gis ĩ honorẽ homĩs,& ita procedant oẽs autoritates:& oĩa iura
ſupra ĩ prĩcipio allegata:& dicerẽ ſemper p̃ſentationẽ eẽ actum
extraiudicialẽ: vt ĩfra dicemus & ĩ iſto caſu totus proceſſus eſt
extraiudicialis:vt ſupra eſt dictum.¶Si verò ſumus ĩ cã præſen-
tationis eccleſia vacante:licet fiat ſimpl̃r præſentatio per patro
nos:& iſte actus ſit voluntarius & extraiudicialis: & poſſit fieri
die feriato:vt.ſ.eſt dictum.tamẽ poſito edicto comparẽt aliq &
ſe opponunt dicentes ius pa.vel quaſi poſ.p̃ntandi nõ ſpectare
ad illos q primo p̃ntauerunt:vel ſi ſpectaret ad eos maiora iura
ipſos ſe opponẽtes: & ſic p̃ntarẽt alium & dicerem præſentatũ
ab eis habere maiora ſuffragia,& eſſe idoneum: p̃ntatum verò
ab alijs crimino ſum:& ſic nõ procederetur ex offõ iudicis ĩ exa
minatione harum præſentationum: ſed fieret iudiciũ ĩter ptes
ex vi iuris pa.& criminũ oppoſitorum: vt ĩ caſibus quos poſui-
mus.ſ.ĩ ix.art.j.præced.q.prĩc. & cum iſtæ cauſæ tangãt cãm ꝓ-
uiſionis eccleſiæ vacãtis:vt vult gloſ.ĩ verbo, tangentibus.in d.
cle.

cle.diſpendioſam.de iud.vbi Cardi. Pet.de Anch. Inn.& omnes
iſtæ cauſæ erunt iudiciales:ſed tamẽ iudicij ſummarij:in quo ꝓ-
cedi debet ſimpliciter,ſummariè,& de plano,ſine ſtrepitu & fi-
gura iudicij:vt in d.cle.diſpendioſam,& in iſto iudicio diebus fe
riatis inductis ad hominum vtilitatem bene procedi põt:nõ au-
tem in illis inductis in honorem Dei:per d.cle.Spe.iuncta gl.ibi
in verbo ob neceſſitatem.¶Bene dicerem, vnum iſtos ſecũdos
p̄ñtantes poſſe ſimpliciter præſentare alterum etiam die feria-
to in honorem Dei, cum & iſte eorum actus ſit voluntarius ex-
traiudicialis, dummodo non deducant in actu præſentationis
aliquam litem ſuper ipſo iure pa.& ſimi.Sed illas poſtea in pro-
ceſſu deducat,quas deducendo, ꝓceſſus qui erat extraiudicia-
lis,efficiet̃ iudiciarius,iudicij tñ ſummarij:vt.ſ.eſt dictum.& hoc
dico:quia ita prima ſicut ſcd̃a p̄ñtatio ſunt actus extraiudiciales
& voluntarij:vt in ſ.allegatis iuribus: ſed ſi in ipſamet p̄ñtatiõe
deduxerint iſti ſcd̃o p̄ñtantes iudicium iuris pa.& ſimilium, de
quibus ꝓximè diximus, dicerem eos nõ poſſe illam facere die
feriato in honorem Dei: & ſm ꝓximè dicta ꝓcedat gl.in d.cle.
diſpendioſam.in verbo, tangentibus, & oppoſitio.ſ.per me de
ea facta.¶Si aũt adhuc eccleſia nõ vacante p̃roni volũt litigare
ſuper ipſo iure pa.ſeu quaſi poſ. ipſius ſuper honore & vtilitate
ex eccleſia & presbytero percipiendis:& tunc nulli dubium eſt,
cum agatur de ꝓprietate:vel quaſi poſ.iuris pa.honorum & fru
ctuum eius:& nõ tractetur de ꝓuidendo eccleſiæ, cum iam ſit
ꝓuiſa,& habeat rectorem, hoc iudicium dicerem nedum non
eſſe extraiudiciale,ſed etiam eſſe iudiciale,merũ,& nõ ſumma-
rium:& iõ ſeruandum fore in eo ad vnguem ordinẽ iuris: & ita
ꝓcedat gl.in verbo,bñficijs,& in verbo,decimis.in d.cle.diſpen
dioſam,& dicta per oẽs doc.ibi.¶Bene attentarem vnum: vt ſi
iſtud iudicium ſuper ꝓprietate vel quaſi poſ.iuris pat.fuiſſet in-
choatum anteq̃ eccleſia vacaſſet,& duraret ẽt eccleſia vacante,
& ex deciſione illius cãæ ꝓcederet ꝓuiſio facienda eccleſiæ va-
canti,tunc à tp̃e vacationis illud iudicium fieret ſummariũ: ar-
gu.d.cle.diſpendioſam.in fin.in qua ex noua ꝯſtitutione voluit
iuriſlator ip̃a iudicia cãrum bñficialium etiam tunc præſentia
fieri ſummaria:ita & per ſuperuenientiam vacationis eccleſiæ.
Cogita ſuper hoc vltimo:quia credo illud ꝓcedere.¶Et iſta no
ta,quia ſeruient ad multa.ĩ.dicenda in iſto iudicio p̄ñtationis,
& ẽt in iudicio inſtõnis. ¶Et de hmõi iudicijs ſummarijs vltra
doc.in d.cle.vide Bar.ĩ extraua.ad repri.ꝯ rebelles. vbi copioſè.

¶Quartus artic.ij.q.princip.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentatio fieri poteſt etiam de nocte.*

1 Et ex Iſtis deciditur quartus art.ſ.† an per patronos poſſit
fieri præſentatio de nocte? Et dicendum, ꝙ cum tp̃s
datum patronis ad præſentandum ſit continuum: & currat de
hora in horam,etiam de momento in momentum, vt diximus
in j.proxima præced.q.prin.in xiij.xiiij.& xv.articu.& poſſit fieri
quacũq; hora diei: vt diximus in ij.præced.art.includitur etiam
nox,cum tp̃s datum ad p̄ñtandum, computetur per menſes, &
menſes computentur per dies vigintiquatuor horarum, & ſic
incluſa nocte in eis:vt oĩa iſta apparent in d.xiiij.arti.& hic act⁹
præſentationis ſit voluntarius & extraiudicialis: ergo propter
id de nocte expediri:per allegata in proximo præceden.artic.

¶Quintus artic.ij.q.princip.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Patroni quibus & quot caſibus præſentare poſſint extra tempus datum ad præſentandum.& nu.2.*

Quia Diximus p̃ſentationem faciẽdam infra tp̃s ſemeſtre
vel quadrimeſtre currens à die vacationis: & patro-
nos poſſe p̄ñtare infra illud,omni die,& hora,ẽt die feriato. Du
bitatur modo quinto loco: an extra dictum tp̃s patroni p̄ñtari
1 poſſint?¶†Et dic,ꝙ ſic in aliquibus caſibus: videlicet ſi p̄ñtatus
acceptauit p̃ſentationem,& poſtea renũtiauit,vel mortuus fuit
añ inſtitutionem: nam habebunt aliud ſemeſtre vel quadrime-
ſtre:& infra illud poterunt p̄ñtare,ſicut infra primum tp̃s: ꝑ ea,
q̃ diximus.in xiiij.art.j.præced.q.princi. ¶Et idem eſt,ſi p̄ñtatio
non teneret & reuocaretur ꝑꝑ aliquod vitium occultum p̄ñta-
ti:nam poterunt p̄ñtare infra aliud ſemeſtre vel quadrimeſtre.
vt diximus ibidem in xviij.arti.¶Et idem.ſ.ꝙ poterunt p̃ſentare
patroni infra aliud ſemeſtre vel quadrimeſtre, ſi p̃roni p̃ſenta-
runt indignũ,& fuerint reſtituti per papã ad iterũ p̃ſentandum:
vt diximus ibidẽ.in xix.art.¶Poterũt ſimilr̃ patroni p̃ſentare ẽt
extra tp̃s datum ad præſentandũ,quãdo habẽs inſtituere, quã-
uis dicto tp̃e lapſo vult ex gr̃a eos admittere ad p̃ſentandũ: vt
latè diximus ibidẽ in xxvij.art.¶Poterunt etiã patroni rep̃ſenta
re,quãuis ſit elapſum dictũ tp̃s ꝓ ꝯſeruatione iurium: & quaſi
poſ.eorum iã inſtitutũ:ſeu ꝓuiſum per ordinarium iure deuolu
to:vt diximus ibidẽ in ix.art.in v.caſu,in ver.ſed vnum non ob-
2 mittam.¶Et†eandem rep̄ñtationem poterunt facere patroni
poſt dictum tp̃s ꝓ ꝯſeruatione iuriũ habẽtis inſtituere,ſeu ade-
ptione quaſi poſ.inſtituẽdi ipſius:vt nouiter ꝯſiderauimus ibidẽ
in xxiiij.ar.in ver.& iõ limitarẽ hoc dictũ.cũ ſeq.ibi,niſi dicam⁹.
Et per iſta habemus,qñ p̃roni p̄ñt p̄ñtare.Sequit̃ mõ videre vbi.

¶Sextus artic.ij.q.princip.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentatio an fieri poſſit extra territorium habentis inſtituere. & nu.7.*
2 *Epiſcopus an poſſit confirmare electionem, vel præſentatum inſtituere extra diœceſim.& nu.3.5.8.*
4 *Commiſſio facta à principe,nunquam poteſt exerceri extra territorium committentis.*
6 *Inſtitutio in cauſa beneficiali requirit ſaltem iudicij ordinem.*
9 *Actus voluntariæ iuriſdictionis poteſt in quocunque loco expediri.*

Quia Vidimus qñ p̃ſentatio fieri põt: & ſic an ſit ſtabilitũ
tp̃s ipſius,& vt poſuimus in ti.p̃ſentis princ.q.Sequit̃
mõ videre,vbi,& ſic in quo loco iſta p̃ſentatio fieri debeat?Et iõ
1 ſexto loco dubitat̃:†an præſentatio fieri poſſit ꝑ p̃ronos in ali-
quo loco extra territoriũ habẽtis inſtituere?& vt vidiſtis.ſ.in ꝓ-
ximo præced.art. Gay.in repe.c.fi.de ele.li.vj.in vlti.col.tenet ꝙ
ſic:cũ ſit actus volũtarius & extraiudicialis. & idẽ vult Domi.&
Phil.Frã.in d.c.ꝯcertationi.in prin.de appel.¶Do.Phil.de Sarra.
verò in rub.huius tit.in vj.char.in ver.& iſte ꝓceſſus.dicit quoſ-
dã tenere hũc actũ extra diœceſim fieri nõ poſſe: ſed Do.vbi.ſ.
tenere ꝯriũ:& remittit ſe ad no.in ca.nouiter.de of.lega. ¶Do.
Roch.verò in hoc trac.poſt prin.v.col.op̃is.dicit credere ipſam
præſentationẽ poſſe fieri vbicũq; reperiat̃ ip̃e diœceſanus, ſeu
habẽs ptãtẽ admittẽdi preſentationẽ,& inſtituẽdi,ẽt ſi eẽt extra
diœceſim,vel terminũ ſuũ: q̃a ita decidere vr̃ Abb.in d.c.noui-
2 ter.de of.lega.vbi dicit extra diœceſim† nõ poſſe ep̃m ꝯfirmare
electionẽ,vel inſtituere p̃ſentatũ: q̃a hæc exigũt cãæ cognitio-
nẽ,vt in c.fi.iũcta gl.de ele.li.vj.Innuit ergo,dicit ip̃e, p̄ñtationẽ
poſſe fieri corã ep̃o:& admittit ꝑ eũ extra territoriũ,tanq̃ id nõ
exigat cãæ cognitionẽ:nã hoc eſt regulare: vt ea q̃ cãæ cogni-
tionẽ nõ req̃rãt,poſſint extra territoriũ expediri.ix.q.ij.quaſi ꝑ
totũ & l.ij.ff.de of.ꝓcõ.& lega.& l.j.ff.de of.præfe.vrbis, & dicit
velle Abb.in d.c.nouit.de of.leg.& ita reſidet ibi do.Roc.¶Sed
tu aduerte:nã hoc dictũ,qd̃ ponit Roch.fuiſſe do. Ab.fuit ante
do. Card.ſui præceptoris,q̃ dicit in facto ſe ita ꝯſuluiſſe.quẽ re-
fert Barb.in d.c.nouit.in prin.xij.col.dicẽs Abb.ſubtacuiſſe Car.
ſubdẽs poſtea notabiliſſimũ verbũ,ſe eſſe miratũ de iſtis patrib.
3 do.Card.& Abb.qũo nõ vidẽt Bal.in d.l.ij.ff.de of.ꝓcõ.† dicẽ-
tẽ ep̃m extra ſuã diœceſim poſſe ꝯfirmare præſentatũ à p̃rono,
ex quo eſt volũtariȩ iuriſdictionis. ¶Secus dicit in vicario ep̃i,
ẽt ſi habeat mãdatũ ſp̃ale ab ep̃o,qd̃ dicit eſſe bñ notandũ:quia
4 cõmiſſio facta à principe†nunq̃ põt exerceri extra territorium
cõmittentis,& alleg.Bar.in l.cũctos pp̃los.C.de ſum.trini. & fi-
de catho.qd̃ dicit eſſe mẽti tenendũ:q̃a iſtud dictũ deſtruit mul
ta dicta doc.& gl.ibi inquantũ voluit legatũ extra ꝓuinciã poſ-
ſe delegare cãm:& inquãtũ ibi dicũt eũ poſſe abſoluere: & poſ-
ſe in notorijs excõicare:& ſic dicit Barb. Bal.tenere ꝯ id qd̃ ꝯſu-
luit do.Cardi.& ſibi videri Bal.verũ dixiſſe: q̃a ſi põt ꝯferre,for-
tius poterit ꝯfirmare:& licet ꝯfirmatio req̃rat cãæ cognitionẽ:
vt voluit gl.in d.c.fi.de ele.li.vj.tñ venit acceſſorie,& nõ princi-
paliter.quo caſu ꝯceſſo vno,vr̃ ꝯceſſum eſſe ꝓhibitũ ad hoc,vt
deueniat̃ ad p̃miſſum.l.ſi victũ an teſtatũ.ff.de re iud.qd̃ dicit fo
re mẽti tenendũ.¶Et ex prædictis,& ex gl.ibi dicit poſſe inferri
ad illud,qd̃ dicit Bar.in repe.l.j.C.de digni.li.xj. Regẽ trãsferẽtẽ
ſe ꝑ ciuitatẽ ſibi nõ ſubiectã poſſe creare milites. Et dicit ſe au-
diuiſſe al̃s fuiſſe dubitatũ,cũ ep̃s Aſtẽſis trãſiuiſſet ꝑ Ciuitatem
Ferrarie:& ibi ordinaſſet aliquos ſeculares Aſtenſes in clericos,
an potuiſſet hoc facere:& fuit ꝯcluſum ꝙ ſic:q̃a ſi põt ꝯferre be
neficia:ergo & ordines,& ita ꝯcludit ibi Barb. & ſic ex iſtis appa
ret clarè nõ ſolũ p̄ñtationẽ: ſed ẽt ꝯfirmationẽ poſſe fieri extra
territoriũ.¶Et ꝑ rõnẽ adductã ꝑ Barb. poſſe fieri vetita, vt per-
ueniat̃ ad p̃miſſum,videret̃ dicendũ,totũ iſtũ ꝓceſſum,ex quo
orit̃ effectus p̄ñtationis,& ſic inſtitutio,poſſe fieri extra diœce-
ſim:& iõ nõ eẽ dubiũ in p̄ñtatiõe eã fieri poſſe extra diœceſim,
ſi extra illã fieri poſſit ꝯfirmatio,& inſtitutio, qd̃ ẽ pl⁹.¶Aduer-
te ẽt ad id,qd̃ d̃t Roc.vbi.ſ.p̃ſentationẽ & inſtõnẽ poſſe fieri ex-
5 tra diœceſim vel territoriũ:& ſic vbicũq; †repiat̃ nõ ſolũ diœ-
ceſanus,ſed ẽt q̃libet habẽs ptãtẽ admittẽdi p̃ſentationẽ & inſti
tuẽdi ꝑ eos: & licet hæc verba poſſint intelligi de inferiore p̃la-
to habẽte ius inſtituẽdi ex priuilegio vl̃ p̃ſcriptiõe,p̄ñt ẽt intelli
gi de vicario,diœceſani, vel alio habẽte mãdatũ ſp̃ale ab habẽ-
te inſtituere prædicta agẽdi, cũ illi ẽt habeãt ptãtem admittẽdi
præſentationẽ,& inſtituẽdi:& vt ꝓximè vidimus Bal.in d.l.ij.ff.
de of.procon.in ſecũdo ei⁹ dicto vult tales vicarios, & habẽtes

man datum

in iiij.q.prin.in xvj.artic.& licet etiam perſona pñtantis poſſit p̄
ſentari per ꝓcurarorem,ſeu nũcium. vt in d.iiij.q.prin. diximus
in xj.& vlt.q.prin.in j.& ſequen.artic.tñ procuratores vel nun-
cij debent facere pñtationem præſentandi corã habẽte inſtitue
re : vt ibi dictũ eſt. ¶ Et ſi ius pa. ſpectaret ad collegiũ vel vni-
uerſitatem: vt in pluribus articul.ij. ꝓximè pręceden.q.prin.di-
ximus: vel inter ſe eligent pñtandũ: & aliqui ipſorũ,quibus data
eſſet poteſtas per oẽs, vel per maiorẽ partem , pñtabunt electũ
per eos,vel ipſi ẽt omnes pñtabunt corã habente inſtituere : vt
ex dictis in prædictis articu.percipitur : & in hoc nõ eſt inſiſten-
dum : ſufficit enim cõcludere præſentationẽ eſſe faciendã corã
4 habẽte inſtituere. ¶ Et aduerte ad vnũ notatu dignum : †nam
licet hę tres perſonę de neceſſitate requirãtur pro validitate prę
ſentationis.ſ.pñtantis, præſentati, & habẽtis inſtituere: vt s̃.dixi
mus:& q̄uis perſona pñtantis poſſit repñtari per ꝓcuratores &
ſimiles:& perſona pñtati in vno caſu poſſit eſſe abſens.ſ.cum eſt
nota habẽti inſtituere. vt diximus. s̃. in d. j. par. huius ij. libr. in
xj.& vlti.q.prin. in iij. artic. tñ perſona habentis inſtituere ſem-
per dẽt eſſe præſens: vt ex ſupraſcriptis patet. ¶ Et ſi diceres,nõ-
ne idẽ eſt in perſona habẽtis inſtituere, cũ inſtitutio fieri poſſit
per vicariũ etiam epi.vt not.in cle.fi.de offi. vica. lib. vj. ad hoc
reſpondeo, pñtationẽ nõ poſſe fieri per ꝓcuratorẽ ſine ſpeciali
mandato.vt latè diximus.s̃.in j.par.huius ij. lib.in j.articul. cum
tribus ſequent.iiij.q. princi. ergo hoc facit radicitus ex perſona
ꝯſtituentis: & etiam hoc ꝓbauimus.s̃.ad alium effectũ ſed pro
ſoluendo ꝯ̃rium in materia cõpromiſſi in iij.præcedẽ.q. prin. in
vij. artic. in vicario aũt poteſtas inſtituẽdi non venit ex ſpeciali
5 cõmiſſione ſuperioris, ſed ex officio vicariatus in genere : † nã
vicarius epi ex generali mãdato inſtituere pōt:licet nõ cõferre
c.ex frequẽtibus.de inſti.& no.in c.fi.de offi.vica.lib.vj.vt etiam
voluit Gay.in d.repe.c.fi.de elec.lib. vj. in xiij. col. in verſi. item
vicarius epi. vnde vicarius epi cõputatur inter alias perſonas
habẽtes ius inſtituendi : nam hoc ius ẽt inferiori prelato cõpe-
tere pōt:vt ſuo loco.ĩ.dicetur.&; voluit gl.ĩ fi.in cle. plures.hoc
6 tit.in vno tantũ eſt differentia:qa †vicarius epi habet hoc ius ad
tp̄s.ſ.durãte vicariatu:ĩferior p̄lat⁹ vero hẽt durãte p̄latura,& ſic
perpetuo : & capl̃m etiam ſed.va.hẽt ius inſtituendi ad tp̄s.ſ.du-
rante vacatione:& ẽt vicarij ipſius capituli: vt vult Gay.ibidem
in prin.xiiij.col.ꝯclude ergo ꝯ̃rium non obſtare:&ſic ex neceſſi
tate irreparabili pñtiam habentis inſtituere requiri plusq̃ præ-
ſentiã non ſolum pñtantis , ſed pñtati. ¶ Qui autẽ ſint iſti , qui
habẽt ius inſtituendi , licet ex locis. s̃. allegatis colligi poſſit : tñ
in ſpecie deo duce dicemus.ĩ.in iij. par. huius ij. lib. in j.q. prin.
7 in ſuis articu. ¶ † Quę aũt ſit ratio proximi præcedẽtis dicti de
maiori neceſſitate,requiri vera pñtia habentis inſtituere, q̃ præ
ſentantis & pñtati, cũ illa fictè aliqñ interuenire pōt, dico eſſe,
qa per pñtationem ſolũ ius ad rẽ tribuitur pñtato : & nullũ ius
in re: vt no.in c.cum Bertoldus.de re iudi. omne igitur plenum
ius datur per inſtituentem.ca.ij.de inſti.reg.j.de regul. iur.lib.vj.
qa ad eũ ſpectat inſtitutio tribuẽs omne ius,inſtituens deſtituit
8 ſolus.c.cũ ex iniuncto,de hære. ¶ † Item cũ ius pa. ſit ex gratia,
nulla perfectio dari pōt p p̄ronos,& ſignãter laicos:& ideo tam
in fundatione, ꝯſtitutione , ſeu dotatiõe ecclesię,& ſic acq̃ſitio
ne iuris pa.de ꝯſenſu aũt qui requiritur in tranſlatione iuris pa.
diximus in ij. par.d.j. lib. in iij. &. v. artic. vbi de fundatione ec-
cleſię,& acquiſitione iur.pa.de conſenſu autẽ, qui requiritur in
tranſlatione iuris pa. diximus in ij. par.d. j.lib. in j. q. princi. in
iiij.artic.ſicut igitur ibi eſt cauſa efficiens,ita & in pręſentatione
requiritur præſentia habẽtis inſtituere, tanq̃ cã efficiẽs:vt habi-
litetur præſentatio p̄roni:& illi detur vera notitia præſentati:vt
illum inſtituere poſſit:& ſic inſtitutio canonoicè ſequatur.

¶ Secundus articu.iiij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Præſentatio fieri poteſt per literas, vel epiſtolam. Et quomodo ea ſit fa-
cienda.*
2 *Præſentandus poteſt deferre literas patroni,& ipſas inſtituere habenti præ-
ſentare cum ſeipſo.*

Et ex Prædictis deciditur ſcd̃s articul. nam nos diximus
1 s̃.in j.par.huius ij.lib.in iiij.q.prin.in xvj.artic.† p̄ro-
nos poſſe præſentare per literas vel epiſtolam in eccleſia vacan
te:an teneat hmõi p̄ſentatio,niſi ſint actualiter habẽti inſtituere
pñtatę: & dicendum eſt ꝙ nõ:nam licet literę repñtent per ſon-
pñtantis illas ꝯficiẽtis, nihilominus nulla eſt pñtatio , niſi infra
tp̄s datum patronis ad pñtandum à iure , ſint habẽti inſtituere,
actualiter pñtatę,cum ipſo clerico pñtando:nam tũc erit perfe-
cta pñtatio:nam ꝯſtabat ex oĩbus tribus perſonis:pñtantis,quæ
fingitur per literas:& pñtati, p̄ſentis vel noti:& ipſius inſtituere
habẽtis:als enim ſi dictę literę infra dictum tp̄s non pñtarentur,
fieret deuolutio ad ſuperiorẽ : ecce oĩno requiritur pñtationẽ
eſſe faciendã habenti inſtituere : quid aũt ſi de literis non ꝯſtat?
& oĩa reliqua faciẽtia ad hunc aricu.vide:qa de eis latè diximus
in d.iiij.qõ.princip.j.par.huius ij.libr.in d.xvj.articu. nolo ea hic
2 iterũ trãſcribere : ſed pro repetitis habeantur. ¶ †Ibi tñ dictis
adde vnũ,ipſummet clericum pñtandum poſſe deferre literas
p̄roni:& ipſas habẽti inſtituere pñtare cũ ſeipſo:& non per hoc
dicetur ambitioſus; qa re vera nõ ipſe ſeipſum pñtat,ſed p̄ronus
per lr̃as. Ita pulchrè Lap. allega. lxxv. caſus talis eſt , Titius pa-
tronus. in iij. col. fol. lxxv. vt etiam in ſequent. articul. dicetur.
Et iſta ſufficiant pro præſenti ij. articul.quia eius dos eſt poſita,
vbi.s̃.

¶ Tertius articu.iiij.q.prin.ij.partis.ij Libri.

1 ☞ *Præſentatio facta per inſtrumentum in abſentia ſuperioris , ſi præſenta-
tus intra quatuor menſes defert illud inſtrumentum ad ſuperiorem,& illud
& ſeipſum coram eo præſentat, valet.*
2 *Probatio inſtrumentalis fortior eſt, quam literarum.*
3 *Pręſentatio nulla eſt, vbi deficit eius principale ſubſtantiale, hoc eſt, præſentia
habentis inſtituere.*
4 *Inſtrumentorum repræſentatio quando,& per quos facienda ſit.*

Infertur Ex deciſione præceden. articul. deciſio huius
iij. articu. quã ponit Lap. in contingentia facti
1 † valere pñtationem factam per inſtr̃m in abſentia ſuperioris,ſi
pñtatus infra quatuor mẽſes deferret illud inſtr̃m ad ſuperiorẽ:
& illud ac ſeipſum coram eo pñtat. Ita Lap. in alleg. lxxv. caſus
talis eſt, Titius p̄ronus.fol.xxvij. per multa quę ibi dicit : præſer
tim per arg. inconuincibile , qd̃ ipſe facit , ſi per literas hoc fieri
2 pōt, multo magis & per inſtr̃m: †cũ fortior ſit ꝓbatio inſtr̃alis,
q̃ literarum.c.qm̃ contra falſam. & ibi oẽs de proba. c. inter di-
lectos.de fide inſtr.& per totũ tit.quam ẽt fortificat ibi Lap. nã
ſi electio præſentata habenti ꝯfirmare p inſtr̃m ꝓcedit, multo
fortius & pñtatio:& ſubdit ante fi.iij.col.Lap.nõ habere locum
in hoc ambitionẽ : nam ſi is qui pñtatur per literas euitat vitiũ
ambitionis, vt s̃. ipſe dixerat.Ita ẽt hoc vitium euitat , qui pñta-
tur per iſtr̃m, quod habetur loco literarum: vt ibi latè per eum.
¶ Et vult ibi Lap.hæc procedere,dũmodo pñtandus & inſtr̃m
vnico contextu pñtentur coram habẽte inſtituere : qa tũc dicit̃
perfecta pñtatio vt ibi per eũ:& in ꝓximo p̄cedẽ.artic.diximus
¶ Et plus vult ibi Lap.qd̃ ſi bene in inſtr̃o non diceret patronus,
pñto:ſed dicat, eligo talem pñtandum: & trãſmittat inſtr̃m ep̄o
cum pñtando,adhuc erit perfecta pñtatio : qa refert ſe ad tp̄s.ſ.
cum inſtr̃m pręſentabitur ep̄o cum pñtãdo : & placet mihi eius
deciſio:licet Roch.in hoc trac.in verb.honorificũ.in xlj.q.dãnet
Lap.& malè,motus pp illam ꝯcluſionem quam.s̃.fecimus in fi.
j.arti.proximè.iij.q.prin.nõ ſufficere p̄ronum dicere,eligo præ-
ſentan.talem,ſi illũ infra tp̄s datum à iure actualiter non pñtat:
nam illud eſt verum in caſu ſuo:ſed ſi hęc verba dixerit in inſtr̃o
publico,& illud miſerit ad habentẽ inſtituere cũ pñtando,bene
dicetur non permanſiſſe in finibus verborum inſtr̃i,in quo caſu
loquitur ſupradicta ꝯcluſio:ſed vltra ꝓceſſiſſe.ſ.per pñtationem
inſtr̃i cum pñtando actualiter illum pñtare:ſicut cõcluſimus in
fi.j.articu.iij.præcedẽ.q.prin.ſi p̄ronus dixerit, eligo pñtandum
Titium ipſo pñte coram habẽte inſtituere,vt pateat de eius aĩo
ſe velle pñtare eſſe pñtationem,eodẽ modo in iſto caſu,dicẽdo
hæc verba per publicum inſtr̃m vlterius procedẽdo illud cum
clerico pñtando p̄ſentari faciẽdo,& habẽti inſtituere,dico eſſe
3 veram pñtationem. ¶ Verum vt ibi Lap.dicit,hæc actualis præ-
ſentatio inſtr̃i & clerici nõ ſolum ſi in inſtr̃o dicatur,eligo Titiũ
pñtandum: ſed ſi ẽt diceret,pñto Titium,dẽt fieri infra tp̄s datũ
ad pñtandũ à iure ,alias nulla erit pñtatio, q̃uis inſtr̃m ſit roga-
tum & ꝯfectum infra dictũ tp̄s:quia cũ defuerit principale ſub-
ſtantiale pñtationis.ſ. pñtia habentis inſtituere nulla eſt pñta-
tio:& ac ſi facta nõ fuiſſet infra tp̄s , deuoluit̃ prouiſio eccleſiæ
ad ſuperiorem:vt diximus etiam in d.j.parte. huius ij.libr. in iiij.
quæſtio.princip.in xvj.articul.de præſentatione quæ ſit per lite-
ras:& omnia ibi dicta circa literas habebũt locum etiam in iſta
præſentatione, quæ fit per inſtrumentum : & ſicut ibi diximus
valere præſentationem quamuis de literis dubitetur. Ita dice-
mus in hoc caſu valere præſentationem , ſi dubitaretur de in-
ſtrumẽto ad effectum:vt non fiat deuolutio ad ſuperiorem per
lapſum temporis vt ibi latè. ¶ Et dicit ibi Lap. olim ſuper hoc
cum

cum orta eſſe ſimilis qō Florentię, do. ſuum Lap. Abb. ꝯſuluiſ
4 ſe Io.an.& illi † reſpondiſſe ſufficere repñtationẽ talium inſtrō
rum factā per ipſum pñtatum ſuo ſuperiori, ibi ſi fiat infra qua-
tuor mẽſes:& hęc ſcribere do.ſu.pręſtan.cle.j.de exceſ.p̄la.ſuper
gl.ibi,quæ dicit pñtationem poſſe fieri per literas: ſequitur etiā
prædicta do.Cardi.in c.ſanè.hoc tit.& Abb.in conſi.lxxvj.inuo-
cato &c.plura ſunt examinād a.in iij.dubio.in ij.vol.& voluit ẽt
Gay.in d.repe.c.fin.de elec.lib.vj.in xlvj.col. vbi ẽt loquitur de
inſtrō,in verſ.quæro de forma.& alleg.Card.in d.cle.j.de exceſ.
præla.in j.q.& Io.And.in c.fin.hoc tit.& ibi Card.in fi.& Arch.
in c.j.de præben.lib.vj.in verbo, pñtatos.in fi.& eundem Cardi.
in cle.dudū.in §.ac deinde.in 50.no.de ſepul.¶Do.Roch.etiam
ſequitur Lap.in d.ſuo tract.in verbo,honorificum.in 50.q.prin.
ante fi.ij.col.in verſic.hinc decidit ibi Lap.qui pro hoc etiā alle.
do.Propo.in c.ſi qui in aliquo.j.diſtin.vt dicta domi.Roch.retu
limus in d.iiij.q.prin.j.par.huius ij.lib.in xvj.artic.dum tractaui-
mus de præſentatione per literas:vnde ibi dicta hic adde.

¶Quartus artic.iiij.q.princ.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentatio facienda eſt ſoli epiſcopo.& nu.3.*
2 *Præſentatio ſede vacante facienda eſt coram Capitulo.*

Dubitatur Quarto cum inſtitutio ſpectat ad ep̄m , an
debeat fieri coram ipſo ſolo,an vero etiam
coram capitulo?Hunc artic.format Roch.in hoc trac.in verbo,
1 honorificū.in xlviij.q.& dicit eſſe cōcludendū † pñtationẽ ſoli
ep̄o eſſe faciendā.alleg.tex.in c.nobis.& in c.ex literis.hoc tit.&
dicit etiā hoc probari in pluribus iuribus huius titul.in quibus
pñtatio fit ſoli ep̄o: & decidi per Abb.in ca.cū eccleſia vultera-
2 na.in ij.& iiij.col.de elec.†Subdit tñ ſede vacante coram capl̄o.
fieri pñtationem,ſm Io.And.in c.nobis.hoc titu.per tex.in ca.j.
de inſti.lib.vj.& ipſum capl̄m confirmare & inſtituere,ſm Cald.
in c.iij.ſub hoc tit.& ita cōcludit Abb.in d.c.cum eccleſia Vulte
rana.in iij.col.ſuper gloſſ.magiſtra ibi.per c.cum ex iniuncto.de
hęr.& plura alia iura,dum latè ibi tractat, q̄bus beneficiis poſſit
ep̄s ſolus prouidere: & quibus cum capitulo longa eſſet hiſto-
3 ria.nō eſt materia noſtra:ſufficit ibi†concludi præſentationem
debere fieri ep̄o ſolo,& non capitulo,quā maximè,cū præſenta
tio fiat in beneficijs non collegiatis.in c.nobis.hoc tit.in quibus
epiſcopus ſolus maiorem habet poteſtatẽ vt ibi p̄ Abb.& alios.

¶Quintus artic.iiij.q.princ.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Patronus an poſsit habere ius conferendi abſolutè, & non præſentare cō
ram epiſcopo.*
2 *Patronus eccleſiaſticus poteſt habere ius conferendi ex præſcriptione, ſeu cō
ſuetudine, vel ex reſeruatione facta in limine fundationis. Secus in laico pa
trono: niſi hoc habeat ex priuilegio ſummi Pontificis.*
3 *Priuilegio quæſibilia quo caſu non ſunt quęſibilia præſcriptione.*

Dubitatur Quinto,an poterit patronus ſaltem ex con
ſuetudine cōcedere eccleſiam patronatam
1 abſq; ep̄o:& ſic†an ex cōſuetudine poſſit p̄ron⁹ habere ius ꝯfe
rendi abſolutè,& non pñtare coram ep̄o.Hanc difficultatẽ mo-
uit Roch.in vlt.col.verbi,honorificū.in lxij.q.& cōcludit ꝙ nō,
ſm Ioan.And.in c.j.de præbend.lib.vj.quẽ refert & ſequit̃ Abb.
in c.quod autẽ.in fi.j.col.hoc tit.& dicit facere.c.ſacroſancta.&
c.Meſſana.de elec.vbi dicitur laicū nō poſſe eligere: & ꝓ p̄dicta
cōcluſione dicit eſſe tex.meliorẽ de iure in c.cauſam.de p̄ſcrip.
2 & in c.quanto.de iudi.& vtrobique notari.¶†Tu aduerte: nā
aut loquimur de p̄rono eccleſiaſtico : & nō eſt dubiū poſſe hoc
ius acquirere ex p̄ſcriptione,ſeu ꝯſuetudine:vel ex reſeruatiōe
quā ſibi facit in limine fundationis:vt p̄ ſolā eius pñtationẽ prę
ſentatus acquirat omne ius:& nulla requiratur ſuperioris inſti-
tutio : & ſic hoc caſu eius pñtatio habet vim pñtationis,& inſti
tutionis,ſeu mere collationis:& ꝓcedit cū quilibet cleric⁹ ſit ca
pax huius iuris.c.cum ꝯtingat.& ibi no.de foro comp.in p̄rono
laico vero ſecus,cum ſit incapax huius iuris:ſed pōt hoc habere
ex priuilegio ſummi Pontificis : vt habẽt q̄ plures Reges chri-
3 ſtiani:†& hic eſt caſus,in quo q̄ſibilia priuilegio,nō ſunt quęſi-
bilia pręſcriptione: cū ſumus in capace rei pręſcribendę: vt oīa
iſta latè poſuimus.ſ.in j.par.j.lib .in ix.q.prin.in.iij.artic. dum
ibi tractauimus de beneficijs procedentibus de ſacerdote in ſa-
cerdotem,quæ ſunt in ciuitate Trani,nolo ibi dicta hic tranſcri
bere:nā latè & ad ſaturitatẽ de hac materia ibi eſt dictum,pręſer
tem cū hmōi pręſentatio eccleſiaſtici cenſeatur quędā electio,
in qua conſuetudo poteſt inducere , vt nulla requiratur confir-
matio ſuperioris: vt ibi latè eſt dictum.

¶Sextus art.iiij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentatio coram quo epiſcopo eſt facienda, cum eccleſia patronata ſit
ſita in confinibus duarum diœceſum.& nu.7.9.& 12.*
2 *Eccleſia ſita in confinibus duarum diœceſum , cui epiſcopo teneatur ſoluere
charitatiuum ſubſidium. Et num epiſcopi debeant inter ſe conuenire , vt al-
ternis vicibus præſentent.nu.4.*
3 *Eccleſia non debet habere duo capita.*
5 *Epiſcopus ſi eodem tempore petit charitatiuum ſubſidium à ſubditis , & col-
lector papæ ab eiſdem , & vterque petat ex cauſa legitima , an vtrique ſit
præſtandum.*
6 *Eccleſiam non valens præſtare niſi vnam procurationem,epiſcopo & archie-
piſcopo eam viſitantibus,archiepiſcopo eam debet præſtare. Et quid,viſitan
tibus epiſcopo & archidiacono.*
8 *Argumentum à præſentatione ad inſtitutionem, valet,à maioritate rationis.*
10 *Res eccleſiæ diſcordes,per ſortes dirimendæ ſunt.*
11 *Diſcordantes an & quando poſſint ad concordiam compelli.*
13 *Patronus non dicitur negligens, vt elapſo tempore prouiſio deuoluatur ad ſu
periorem,ſtante differentia,eius diœceſis ſit eccleſia patronata,ſi accedat ad
vnum illorum epiſcoporum,& coram eo præſentet.*

1 Dubitatur Sexto,†ſi eccleſia patronata eſt ſita in con
finibus duarum diœc.coram quo ep̄o fie-
pñtatio.Et licet hunc art.nō inuenerim adhuc tactum: tñ repet
ri ſua tempeſtate clariſſimum doct.do. Barth.Bellenzi.ſimilem
qōnẽ formaſſe in ſolẽni ſuo tract.de charitatiuo ſubſidio.p̄ do.
1 Aure.eius fratrẽ in lucẽ deducto.q.lij.quæſiuiſſe,†ſi eccleſia eſt
ſita in ꝯfinibus duarū diœc.cui ep̄o illa ſoluet charitatiuū ſubſi
dium.& refert ibi diuerſas opinio.¶Nam quidā tenent vtrūq;
ep̄m habere ibi iura ep̄alia pro dimidio,per l.adeo.§.inſula.&
§.fi.ff.de rerum diui.& per l.arbor.ff.cōi diui.& in c.cum quis.
§.j.de ſepul.libri.vj.& per c.relatum.el ij.in fi.de teſta.& in §.in-
ſula.inſti.de rerum diui.& iſtā opi.ſequi Abb.in.c.de parrochijs
¶Alij vero tenent quemlibet ep̄m inſolidum habere in ea iura
epiſcopalia:& hoc in terminis tenet gl.in c.licet in reg. ĩ verbo,
conuenit.xvj.q.iij. Sed hæc opinio ſibi nō placet: q̄a ex duplici
onere faciliter poſſit ꝯtingere eccleſiam grauari, contra.c.cum
3 apl̄s.§.ꝓhibemus.de cenſi.& q̄a†queādmodum mōſtrum vide
retur,eccleſiam habere duo capita,ꝯ.ca.qm̄ in pleriſq;.de offic.
ordi.& c.in apib⁹.vij.q.j.Ita & hoc caſu.¶Et ideo alij tenẽt illius
ep̄i cenſeri debere eccleſiā in cuius diœc.eſt ſitū eius caput:arg.
l.cum in diuerſis.ff.de relig.& ſumpti.fune.& in hoc vr̄ reſidere
Inn.in d.c.ſuper ea.de.patro.poſt relationem variarum opinio.
¶Aliquibus vero vr̄ illius ep̄i debere cenſeri eccleſia , in cuius
diœc.eſt porta ipſius,per l.pręd ijs.§.qui domum.& quod ibi no.
Bar.ff.de legat.iij.& Bart.in l.ꝙ conclaue.ff.de damno infect.&
Bald.in addi.in l.ſi tertius.de aqua pluuia arcen. ¶Sed nec hæc
opinio ſibi placet : q̄a vbi eſt paries,porta ibi exiſtens nō habet
alterare diſpoſitionẽ iuris:vt eſt tex.in c.vnico.in fi.& ibi Domi.
de cōſe.eccle.vel alta.lib.vj. ¶Nec etiā ſibi placet præcedẽs opi
nio : q̄a tota eccl̄ia vna eſt & indiuiſibilis.c.nouitianus.vij.q.j.&
cle.frequens.§.penult.de exceſ.præla.¶Vnde ipſe concludit ra-
4 tiōe dubij poſſe ambos ep̄os†adinuicẽ ꝯcordari,ꝙ alternis vi-
cibus iura ep̄alia recipiant : argu.cle.plures.§.& vt facilius,hoc
tit.& l.quotiẽs.in princi.ff.de vſufruc.& l.via. ff. de ſeruitu. titu.
gene.& l.cōi diuidundo.§.cum de vſufruc. ff. cōi diuidun.¶Et
ſubdit in hac ꝯcordia non eſſe neceſſariū conſenſum rectoris il
lius eccleſiæ,per tex.in cle.ſi vna.de reb.eccle.non alie. ¶Quā-
uis in ꝯ̄rium faciat tex.in c.dudum.de reb. eccle. nō alie.lib .vj.
licet re vera ille tex. loquat̃,qm̄ agit̃ de totali alienatione parti-
cularis rei immobilis eccleſię rectore carentis,qđ nō eſt in caſu
noſtro,cū ſemel ipſa eccleſia inferior vni ep̄o p̄ſoluere habeat
iura ep̄alia : vt de cenſi. per totū. ¶ Proſequitur ibi Bellen. ſi
vero nollent ep̄i ſe ꝯcordare ſuper alterna perceptione iurium
ep̄alium, quibuſdam vr̄ per ꝯcurſum ſe impedire : & ſic vtrūq;
excludi per text.in l.ij.ff.quib.mod.vſufruc.amit. & in d.l. quo-
tiens. in prin. ff. de vſufruc. ¶ Sed hoc nō credit ipſe eſſe verū
iſto caſu:q̄a delictū & culpa prę lati non dẽt nocere eccleſię.xvj.
q.vij.c.ſi ep̄m.& reg.delictū.de regu.iur.lib.vj. ¶ Sed credit hoc
caſu archiep̄m metropolitanum ipſorū eos cogere poſſe,vt cō
cordent circa perceptionem iurium epiſcopaliū , ex quo diſcor
dia ipſorū vertitur in pręiudiciū eccleſiæ in ꝯfinibus cōſtitute:
per tex.in l.hmōi.§.fi.& quod ibi no.Bar.ff.de leg.j.& in l.fin.in
princ.vbi ẽt Bal.C.cōi de leg.præcipuè ſi diuturna fuerit diſcor-
dia illa inter ipſos, per tex.no.in c.placuit.xc.diſtin. ¶Dicit ẽt
poſſe metropolitanū ordinare eos alternis vicibus , iura ep̄alia
ab ea percipere , & ſic alternis vicibus ipſam eccleſiam vacantẽ
ꝯferre: ſic & in caſu noſtro pñtationẽ recipere,per gloſ.no.in c.
licet reg.xvij.q.iij.& dicit idẽ recitare Inn.ĩ d.c. ſuper ea. de par-
rochijs.& finaliter ipſum in hac opinione non reſidere:ſed eam
amplecti vr̄ ibi Anto. de Butri. & eam tenere ẽt Abb. in c. vlti-
mo.de re iudi. ¶Et hanc opinio. dicit ſibi placere , præſertim ſi
metropolitanus videret imminere periculū,ne ep̄i propter cō-
tentionem huius eccleſiæ in cōfinibus poſitæ venirent ad rixas
&ar

& arma,per l.æquiſſimum.ff.de vſufruc.& per ea, quæ no.Spec.
in tit.de peti.& poſ §.j.verſ.ſed nunquid vbi agitur.& Io.And.in
reg.locupletari.in mercu.lib.vj.& Ange.in aut.vt litig.iurent.§.
j.¶Et ego plus dico,ꝙ in hoc caſu rãtæ rixæ,poſſent procedi ad
remedia.c.j.ij.& iij.huius tit.ſicut qñ eſt diſcordia patronorum
ex rõnis idẽtitate. ¶ Et in fin.ſubdit Bellen.ꝙ ſi ageretur de
oneribus mere perſonalibus, tũc poſſent ꝓcedere dicta Io.an.
Domi.& aliorũ in d.cum quis.de ſepul.libr.vj. Sed vt vterq;
ep̃s exigat ipſa onera: & remittit ſe ad ea,quę dicit ipſe ibidẽ in
xxxvj.q.dum ibi tractat,ſi eodem tp̃e ep̃s petit charitatiuũ ſub-
5 ſidiũ à ſubditis,& †collector papæ ab eiſdẽ, & vterq; petit ex le-
gitima cã:an vtriq; ſit præſtandũ.vbi ↄcludit vtriq; eſſe præſtan
dum,ſi præſtari poterit,per ea, quæ dicit Butri.in c.cum nuper.
de cenſi.ꝙ ſi eodem tp̃e cõcurrant duo viſitantes eccleſiam,ha
bebunt duas ꝓcurationes:& idem erit,ſi vnus tantũ viſitat vice
duorum,quibus competit viſitatio. Si vero ſubditi nõ poſſent
vtriq; ſatiſfacere,ſatiſfaciãt maiori: & ceſſabit exactio minoris:
arg.c.qui reſiſtit.xj.c.iij.& c.ſi à ſede.de præbẽ.lib.vj.& pro hoc
alleg.qđ no.Archi.Io.an.& Domi.in c.Romana.de cenſi.lib.
6 vj.†archiep̃o & ep̃o viſitãtibus eccceleſiam non valentẽ p̃ſtare,
niſi vnicam ꝓcurationem,illam archiep̃o debere præſtari tanq̃
maiori,nõ autem ep̃o:& idem,ſi concurreret ep̃s cum archidia
cono ius viſitandi ex ↄſuetudine habente: nã data tali impoten
tia,ep̃s ꝓcurabitur, & nõ archidiaconus. Adducit qđ no.Inno.
in c.in lateranẽ.vltra medium de p̃ben.& in c.cũ ex officij.in
gl.ſua penul.de præſcrip.quẽ ſequitur Archi.ix.q.iij.§.fi.& pro
hoc ẽt facere.l.ↄtra pupillum.§.is, qui ad maius.ff.de re iudi.&
qđ no.Hoſti.in ſumma de maio.& obedi.§.& ad quid.verſ.quid
ſi duo ſunt.& gloſſ.in c.cũ parati.vbi Philip.fran.Præpo.& do.
me.Corſe.de appel.¶ Verum dicit ipſe ſi exigẽtes dicta onera
eſſent paris ↄditionis, tunc recurrendũ eſſet ad gl.magrãm in
l.ciues.C.de incolis.lib.x.& ad ea, quæ plenè ſcripſit Spec.in ti.
de feudo.§.qm̃.verſ.& ſequen.& Ludo.Ro.ↄſi.xlvij.in chriſti
noĩe amen. viſis neceſſarijs.vbi plurima adducit: hoc tñ dicit
ipſe,difficile eſſe reperire per c.qm̃ in pleriſq;.de offic.ordina.&
ſicut in vna quaq;.xxj.q.ij.niſi fortè ex diſpẽſatione papæ,prout
fuit in Auguſtino: vt in c.nõ aũt.vij.q.j.& ita reſidet ibi Bellẽ.
7 ¶†Tu dic articu.noſtrũ eſſe deciſum per ſ̃.allegatã gloſ.in ca.
licet.xvj.q.iij.quę eſt vltima in fi.& ꝓpriè loquit̃ de eccleſia ſita
in limite vtriuſq; diœc.& dicit illã debere eſſe cõẽ,quo ad parro
chialia,ſicut & arbor in ↄfinio poſita:inſti.de rerũ diui.§.inſula.
& ideo inſolidũ habebunt ep̃alia: & ſubdit ibi gloſſ.ſi diſcordãt
eccleſiæ diſpoſitione ſuperioris,erit officium in hac parte,vt al
ternis annis: & pro hoc vr̃ caſus expreſſus in d.§.& vt facilius.
cle.plures.hoc tit.nã ſi vt facilius eccleſiæ ꝓuideatur iuriſlator
voluit p̃ronos poſſe ↄuenire,ꝙ alternis vicibus p̃ñtent, multo
magis ex maioritate rationis,dẽt hoc fieri in habẽtibus ꝓuideri
& ſic in habẽribus inſtituere diſcordantibus ꝙ ſit maior ratio,
probo:nã ſi patroni diſcordãt,& non ſe ↄcordant infra quatuor
mẽſes,fit deuolutio ad ſuperiorẽ,qui prouidebit.c.ij.de ſupplẽ.
negli.pręla.ep̃is vero diſcordãtib⁹,licet fiat deuolutio ad metro
politanum:iuxta Lateranen.conci.c.ij.de ↄceſ.præben.tñ impe
ditur hic etiam p̃ñtatio:q̃a p̃roni neſcient coram quo p̃ñtare:&
hoc caſu non dicerẽ eis currere tp̃s,ſicut dicimus,qñ eſt quęſtio
ſuper iure patr.inter ep̃m & p̃ronos:q̃a non currit tp̃s patronis:
iuxta no.c.eam te.in c.iij.c.ſi vęro.& in c.cum propter.hoc.tit.&
nos diximus latè.ſ̃.in j.q.princ.huius partis in ix.articul.ergo
maior ratio eſt in habẽtibus inſtituere, diſcordantibus, q̃ in ha
8 bentibus p̃ñtare:& ideo †valet multũ arg.à maioritate rationis,
à p̃ręſentatione ad inſtitutionẽ per d.§.& vt facilius.¶ Et ſi vi-
ceres hoc arg.ꝓcedere:vt ep̃i diſcordes poſſint conuenire,vt al
ternis vicibus p̃ñtationes recipiant: & ↄſequenter inſtituere, ñ
aũt vt compellantur p ſuperiorẽ: vt vult gl.in d.c.licet quę dicit
eſſe officiũ ſuperioris eos cõpellere:ergo dẽt eos compellere:vt
ẽt dixit Bellen.quẽ.ſ̃.retulimus.& longa eſt dr̃ia inter poſſe cõ-
uenire, vt alternis vicibus actũ exerceant: vt diſponit.d §.& vt
facilius.& poſſe cõpelli: imo debere cõpelli per ſuperiorem ad
ſic ↄueniendum.ſ.vt alternis vicibus inſtituãt: vt vult glo.in d.
ca.licet.ad hoc reſpondet̃ hoc eſſe in caſu iſto ex maioritate rõ-
nis.ſ̃.allegata,q̃ eſt,inſtitutione,ideſt,vt habẽres inſtituere,ſe cõ
cordent,quę nõ eſt in habẽtibus p̃ñtare diſcordantibus,de qua
ꝓximè diximus:& ideo nullũ aliud remediũ eſt, niſi ꝙ ſuperior
eos compellat ad dictam ↄcordiam. ¶Et pro hac mea pulchra
ↄſideratione facit: nam vt viuis rõnibus oſtendimus.ſ̃.in viij.
artic.iij.præceden.q.prin.d.cle.plures.cũ ſuis remedijs, loquit̃
ſolũ in diſcordijs patronorũ laicorũ, quibus ẽt eſt ꝓuiſum, qñ
nollent vti remedijs.d.cle.plures.vt recurratur ad remedia iu-
riũ.c.j.ij.& iij.huius tit.& demũ,vt fiat deuolutio ad ſuperiorẽ,
ac ſi non p̃ñtaſſet:vt in c.ij.de ſupplen.negli.præla.& no.doc.in
cle.plures.ſ̃.§.fi.& in c.cum vos.de offi.ordi.& nos diximus latè
in j.q.prin.huius par.in vlti.artic.dum tractauimus, qñ prout
debitur eccleſię ſtãtibus ↄuentionibus patronorũ:& ibi ante fi.
in verſi.aduerte ad vnum,iſtas diſcordas: nam ibi ↄcluſimus illa
remedia eſſe neceſſaria in diſcordijs patronorũ laicorũ: nõ aũt
in diſcordijs patronorũ eccleſiaſticorũ:q̃a illi cõpellentur p ſu-
periorẽ.ſic & in caſu noſtro:ideo in.§.& vt facilius.remittĩr hęc
ↄcordia in poſſe patronorũ laicorũ quia illi directè cõpelli non
p̃ñt,prout p̃ñt compelli eccceleſiaſtici.& ſic gl.in c.licet.facit ꝓ
9 ibi dictis:& ibi dicta faciũt ꝓ illa gl.Nota iſta, q̃a intacta.¶†Vi-
de ẽt,ſi poteris attentare vnũ,qđ puto ꝓcedere: vt ſi eccleſia eſ-
ſet fundata in limitibus diœc.ep̃i: & diœc.archiep̃i,cũ vna ſit fa
cienda p̃ñtatio:nam data ↄcordia inter eos dicerẽ potius eſſe fa
ciendam p̃ñtationem coram archiep̃o:tanq̃ coram ſuperiore,q̃
coram ep̃o tanq̃ inferiore: per ea,quæ.ſ̃.diximus poſt Bellẽ.qñ
ſuperior & inferior ↄcurrunt in charitatiuo ſubſidio: vel in pro
10 curatione habeñ.à ſubditis, qui nõ p̃ñt niſi vnã dare.¶†Dico
& aliud, qđ etiã credo ꝓcedere, ꝙ ſi ep̃i non ſe ↄcordarent mõ
ſupraſcripto,nec p ſuperiorẽ cõpellerent̃, poſſent ſortibus hãc
dr̃iam terminare,ſi iura hui⁹ eccleſiæ nõ eſſent magna,& ſic ni-
miũ dãnoſa alicui ipſorũ ep̃orum: vel ſaltem poterũt ſortè ter-
minare,quis ipſorũ poterit p̃ñtationẽ patronorũ recipere: & p̃
ſentatum inſtituere qualibet vice,qua eccl̃ia vacauerit: cũ hoc
ſit parui præiudicij:nã tranſit in capl̃um ſede vacan.c.j.de inſti,
lib.vj.tranſit in vicariũ ſine ſpeciali mãdato: vt not.in c.ex fre-
quentibus.de inſti.& ĩ.c.fi.de offi.vica.lib.vj.vt diximus de his
10 duobus vltimo loco dictis.ſ̃.in j.præceden.artic.† Cum etiam
res eccleſiæ diſcordes poſſint terminari per ſortes, dummodo
nõ ſint magni pręiudicij: vt no.ĩ c.fi.de ſortile.vbi latiſſimè per
Io.de ana.in iij.col.in verſi.in eadẽ glo.in fi.de treuga & pace.
vbi latiſſimè per eũ de ſimilibus diſcordijs per ſortes terminan
11 dis:†& an & qñ diſcordantes p̃ñt compelli ad ↄcordiã, vide la
tiſſimè per Fely.in rub.de treug.& pace.in prin.cũ pluribus ſe-
quen.col.vbi in vj.fallẽtia ornat.d.glo.c.licet.quam ẽt exornat
poſt Abb.in c.fi.in j.col.do.Fely.ibi in j.ij.col.in verſ.inquã-
tum dicit Ab.de re iudi.vbi pulchrè accumulat aliqua de re-
12 gimine ſuperiorũ diſcordia cõcordan.vide.ibi. ¶†Dicerem &
aliud,ꝙ ſtante diſcordia ep̃orũ,de qua.ſ̃.ſi nolunt cõcordare,ne
eccleſia diutius vacet,poterunt p̃roni accedere ad ſuperiorẽ, vt
vel cõpellat eos ad ↄcordiam, ſeu ad recipiendum, inſtituen-
dum,vel ipſe recipiat p̃ñtationem,& inſtituat: arg.c.nullus.quẽ
ſatis ornauimus.ſ̃.in ij.par.j.lib.in xx.artic.dum tractauimus
ibi de ep̃o nolente ↄſentire tranſlationi iuris patr.vide ibi latè.
13 ¶ †Non omitto vnum: ꝙ ſtante hm̃oi differentia inter ep̃os
cuius diœc.ipſa eccleſia ſit:ꝙ nulla certa diffinitione facta:licet
ep̃i concordent inter ſe, ꝙ alienis vicib.p̃ñtent,ex quo patro-
nus putat ambas eſſe ordinarias,ſi ad vnum ipſorũ accedat: &
p̃ñtet maximè coram illo,qui in alia vice cũ vacauit, inſtituit,ſi
bene ad eũ non ſpectet modo inſtitutio,nõ dicetur negligẽs pa
tron⁹: vt lapſo tp̃e deuoluatur prouiſio ad ſuperiorẽ:ſed decla-
rata ſibi ↄcordia etiam extra tp̃s, poterit iterum p̃ñtare coram
illo cui competit pro illa vice inſtitutio:per ea,quæ pulchrè cõ
ſiderauimus.ſ̃.in j.præceden.q.princi.in xxiiij.articu.dum ibi
tractauimus de patrono pręſentante coram non habente ius in
ſtituendi:& lapſo tempore ſuperueniente ſibi ſcientia, ad quẽ
ius inſtituendi ſpectabat: & vide in ſequente.artic.

¶Septimus articu.iiij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *Præſentationum altera facta coram plebano habente poteſtatem inſtituen-
di,altera coram epiſcopo,vtra valeat.Et nu.3.*

2 *Cauſa vna & eadem non eſt coram diuerſis Iudicibus agitanda,nec cauſæ cõ
tinentia diuidenda, nec electus ſeu præſentatus per diuerſa iudicia diſtra-
hendus.*

3 *Prælatus inferior & ordinarius an poſſint conuenire, quòd alternis vicibus
præſentent.*

Succedit Septimus articu.†ſi patroni pręſentant vnum
1 clericum ad beneficium vacans corã plebano
habente p̃tãtem inſtituendi, alterũ poſtea corã ep̃o, quę iſtarũ
p̃ñtationum teneat.Lap.allega.lxxviij.in dei noĩe amen.vacan-
te eccleſia ſancti Laurentij.fol.xxix.format longũ thema: & eli
cit ex eo plura dubia:& ſcđm dubiũ ponit ibi in iiij.col.in verſi.
ad ſcđam q̃onem.in qua præſupponit plebanũ pręſcripſiſſe ius
inſtituẽdi:& eſſe in quaſi poſ.illius iuris:& eius ſolã inſtitutionẽ
2 ſufficere:& facit hoc arg.nã †ſicut ſufficit electo tp̃e electionis
eligentes eſſe in poſſeſſione eligẽdi:& ſicut ſufficit p̃ñtato p̃ſen
tantes tp̃e præſentationis eſſe in quaſi poſ.p̃ñtandi: & ſicut ſuffi
cit collato conferẽtem tp̃e collationis eſſe in quaſi poſſeſ.iuris
ↄferendi.& dicit iſta ꝓbari in c.querelam.de elec.in c.ex literis.
hoc tit.& in c.cum olim.de cã poſ.igitur idẽ pari rõne ſufficere
debere plebanũ eſſe in quaſi poſ.ĩſtituẽdi: vt teneat prima p̃ñta
tio

tio coram eo facta. ¶Subdit tñ, ꝙ ſi plebanus præſcripſiſſet, vt ſe
accumularet epiſcopo in poteſtate inſtituendi: & ſic eſſent duo
habentes dictam poteſtatem, erit locus præuentioni: quia vna
& eadem cauſa coram diuerſis iudicibus agi non debet, nec cõ-
tinentia cauſæ diuidi, nec electus ſeu præſentatus per diuerſa iu
dicia diſtrahi de ſequeſtr. c. j. de iudi. c. fin. & no. in c. ſuper his. de
accuſa. vnde concludit ibi ex quo in caſu thematis factat erat p̃.
uentio coram plebano: quia coram eo facta fuit prima præſen-
tatio: & coram eo cœptum iudicium, ibidem finem habere de-
bet: & ſufficit per appellationẽ ad epiſcopum poſſe deuolui: &
3 ita reſidet ibi Lap. ¶†Tu aduerte: nã de iure inſtitutio ſpectat
ad ep̃m: vt s̃. in j. arti. præſentis. q. tetigimus per plura iura ibi al-
legata: & ſignãter per c. cum ex iniuncto. de hæreti. Si ergo hoc
ius habet plebanus, & ſic aliquis inferior p̃latus, illud iure parti
culari habebit, puta priuilegij, vel præſcriptionis, vt ſuo loco di-
cetur: ſi iure priuilegij, tñ ius habebit inferior prælatus, quantũ
priuilegium cantabat. c. porro. de priuile. Si ex præſcriptione, &
tunc tantũ habebit, quantum præſcripſerit: & ideo dicendũ eſt:
ꝙ ſi prælatus inferior acquiſiuit titul. habili integrum ius inſti-
tuendi in aliqua diœc. vel loco, & tunc omne ius erit ſuum cir-
ca inſtitutiones, intantum ꝙ in eccleſia fundanda: & in acquiſi-
tione iuris patr. & non in tranſlatione ipſius in aliam perſonam
titul. habili ipſius conſenſus requiretur, & non ep̃i. vt de primo
diximus. s̃. in j. parte. j. lib. in ij. q. princ. in xiiij. articul. de. ij. articu.
diximus. s̃. in ij. par. j. lib. in j. q. princ. in v. artic. & ſic iſto caſu co-
ram eo ſolo facienda eſt præſentatio: & illa, quæ fieret corã ep̃o
non teneret. ¶Aut iſte inferior prælatus ſeu plebanus tit. habili
àcquiſiuit ius inſtituendi accumulatiuè cum epiſcopo & inſoli
dum, & tunc tenerẽ, eſſe locum præuentioni: vt coram quo pri-
ma præſentatio fieret, ſi eſſent p̃roni laici: & variarent corã eo-
dem, ſecundo loco debent p̃ñtare: quia alias non poſſet optio
fieri iuxta. c. cum autem. & c. paſtoralis. hoc tit. ſi præſentationes
fierent coram diuerſis. ¶Aut iſte plebanus acquiſiuit titu. habi-
li, ius inſtituẽdi, vt epiſcopus, cum eo inſtituat, & tunc tenerem
præſentationem factam tam primam quã ſecundam, ſi cadit va
riatio, ꝓcedere: tam ſi fieret coram plebano, quã ſi fieret coram
epiſcopo, ſiue vna corã vno, & altera coram altero, dũmodo in-
ſtitutio ſemper fiat p̃ epiſcopũ cum plebano: quia quilibet ipſo
rum recipere põt p̃ñtationem, ne patroni habeant difficultatẽ
eos ſimul reperiendi: pręſertim cum ipſis coniunctis poſtea etiã
variatione facta accumulatiuè poſſit habere locũ diſpoſitio. d.
c. paſtoralis. hoc tit. & ita tenerẽ in hoc pũcto. ¶Poſſet etiam in
4 hoc caſu dici: & ẽt in præcedenti, ipſos, ordinarium & †inferio-
rem prælatũ poſſe conuenire, ꝙ alternis vicibus inſtituant: arg.
§. & vt facilius. cle. plures. hoc tit. Imo ipſis diſcordantibus in ali
quo prædictorũ caſuum, eos poſſe p̃ eorũ ſuperiorem cõpelli.
vt in ꝓximo p̃ceden. arti. diximus. ¶Et aduerte ad dicta Lap. in
præallegata ſua allega. per quæ argumentatur de quaſi poſ. eli-
gentium, pręſentantium, & conferentium ad quaſi poſ. inſtituẽ
tiũ, quia facit pro argumentatione, quam nos fecimus. s̃. de diſ.
cordia præſentantium ad diſcordiam inſtituere habẽtium: nam
procedit talis argumentatio, pro qua eſt autoritas Lap. hic.

## ¶Octauus artic. iiij. q. prin. ij. partis. ij. Libri.

1 *Præſentationum altera facta coram vicario epiſcopi, non habente inſti-
tuendi poteſtatem, quia epiſcopus eam ſibi reſeruauit, altera facta coram
epiſcopo, vtra teneat, vbique coram epiſcopo facta.*
2 *Præſentare, verb. intelligendum eſt cum effectu.*
3 *In iudicio tres perſonæ requiruntur.*
4 *Inſtituendi poteſtas tranſit in generali commiſſione vicariatus.*
5 *Intellectus ad c. quod in dubijs. de renunt.*

1 Dubitatur Modo octauo, †ſi patronus cleric⁹ præſen-
tat vnum vicario epiſcopi non habenti po-
teſtatem inſtituẽdi, q̃a illam ep̃s ſibi reſeruauit: nam alias in ge-
nerali vicariatu tranſit poteſtas inſtituendi: vt no. in c. ex frequẽ.
de inſti. Et tetigimus in j. præceden. artic. deinde p̃ñtat alterum
coram ep̃o: vtra iſtarum p̃ñtationum teneat. Lau. vt refert eum
Card. in cle. j. in prin. in iiij. col. in ix. q. argumentatur primã p̃ñta
tionem tenere: ex quo p̃ñtans eſt patronus eccleſiaſticus, qui
poſtquã p̃ñtauit, funct⁹ eſt officio ſuo: licet is corã quo p̃ñtauit
non haberet p̃tãtem admittendi: adducit in argu. c. quod in du-
2 bijs. de renun. In ↄ̃rium facit: nam †p̃ñtare debet intelligi cum
effectu: & ĩ ipſo actu requirunt̃ tres p̃ſonæ, p̃ñtãs, p̃ñtatus, & is,
cui fit præſentatio: quarum vna deficiente actus non eſt cõple-
3 tus†ſicut in iudicio requiruntur tres perſonæ, actor, reus, & iu-
dex. c. forus. de verb. ſigni. & hæc eſt opinio Zenzel. inducit ẽt:
nam quando optio nõ bene fit, habet̃ pro nõ facta. ff. de optio.
lega. l. ij. & l. optimè. ſicut etiam facta non coram cõpetente iu-
dice, habẽtur pro non factis. C. ne de ſta. defun. l. ſi pater. de iudi.
at ſi clerici quod Cardi. dicit eſſe verius. & adducit pro hoc c. ſi.
& quod ipſe. & c. cum autẽ. hoc tit. vbi ꝓhibetur patrono eccle
ſiaſtico variare ex quo præſentauit ep̃o, ergo à ↄ̃rio potuit va-
riare antequam ep̃o pręſentaret. ¶Do. Phil. de Sarra. in hac rub.
in ſi. viij. char. in verſi. ſed pone patronus clericus. recitatis pręc̃di
ctis, dicit illa intelligere, quando vicarius nõ habebat poteſtatẽ
inſtituendi per ep̃m: ſi vero in cõmiſſione vel alio modo non
fuerit aliquid dictum de iſta poteſtate, & tũc tenẽda eſt opinio
4 Lau.† quia cũ in generali commiſſione vicariatus tranſeat iſta
poteſtas inſtituẽdi de iure. vt dicit ſe. s̃. dixiſſe in d. rub. per no. in
d. ca. ex frequentibus. de inſti. p̃ñtando coram vicario perinde
eſt: ac ſi p̃ñtaſſet corã ep̃o: & tunc non ꝓcederet art. noſter. quę
dicit fore notãda: quia Cardi. ibidem ita ſe non declarat qui ſic
intelligẽdus eſt: & aduertit nos ne decipiamur. & ita reſidet ibi
do. Philip. prædictus. ¶Tu aduerte: nã ſi bene inſpiciatur titulus
q̃õnis Cardi. quæ dixit Philip. ipſe præſupponit, vt etiã nos dixi-
mus in formatione huius artic. ¶Et pro cõcluſione do. Cardin.
quæ eſt veriſſima, nos habemus gl. no. in c. ſi. verſus ſi. ipſius glo.
ſi. hoc tit. quæ iuncto tex. loquitur in p̃ñtatione facta per patro-
nos eccleſiaſticos: imo in cõceſſione, quę tanto magis eſt vitio-
ſa: quæ cũ ſit nulla, vult ibi gl. eos eſſe admittẽdos ad veram præ
ſentationẽ: & ideo ex inde colligit ibi gl. ꝙ ſtante præſentatio-
ne prima nulla ſeu inualida põt per patronum ẽt eccleſiaſticũ
fieri ſecũda p̃ñtatio legitima: & mouetur, quia hanc pœnã non
reperit à iure ſtatutam: vt nulliter p̃ñtans, nõ poſſit iterũ p̃ñta-
re. & ideo diximus. s̃. poſt Roch. in ij. præced. q. prin. verſus ſi. viij.
artic. Adde ẽt nã ipſe Roch. ex quo cũ ad collegiũ ſpectat p̃ñta-
tio debent oẽs vocari: & ſimul cõuenire p̃ñtare & non ſingula-
riter, vt ibi cõcluſimus, ſi aliquis ex eis præſentaret ſingulariter,
nõ teneret, imo eſſet nulla eius p̃ñtatio: & nihilominus poterit
iterũ p̃ñtare cum collegio, per gl. prædictam, quam ibi ornaui-
mus: & nihilomin⁹ iſte p̃ñtauerat corã habẽte inſtituere, quod
5 eſt plus. ¶Non ob. ca. quod in dubijs. de renun. quia † ibi punit̃
renuntians, ex quo in manu laici renũtiauit, vt ibi patet: & tñ re
tinet beneficiũ. vnde ille tex. & c. admonet. eod. ti. p̃ñt induci ꝓ
concluſione d̃ñicarum: nã quãuis iſti renuntiet non in manib⁹
ordinarij, vt debẽt, ſed in manu laicorũ. vt in d. c. quod in dubijs.
vel illã, in qua inſtituti erãt ꝓpria autoritate, dimittunt. vt in d.
c. admonet. nihilominus ex huiuſmodi delictis nõ puniunt̃: vt
priuentur beneficio: quia iam remanẽt beneficiati: ſed aliter pu
niunt̃, vt ibi. Item nec hic debẽt puniri: vt priuent̃ iure p̃ñtandi
iſta vice: & ibi puniunt̃, quia reperitur expreſſum in iure: hic ve-
ro nõ: quia nõ reperit̃ hæc pœna in iure expreſſa: iuxta gl. d. c. ſi.
huius titu. Et ideo mala fuit argumẽtatio Lau. & tãto magis, q̃a
iſte præſentando coram generali vicario, qui de iure habet po-
teſtatem inſtituendi ex generali mandato. vt s̃. diximus: & limi-
tatio poteſtatis erat facti, iuxta errorem ductus coram illo præ-
ſentauit: & ideo excuſandus: vt latè diximus. s̃. in j. præceden. q.
prin. in xxiiij. artic. de præſentãte coram ordinario, & ignorante
inſtitutionem ſpectare iure particulari ad inferiorem prælatũ:
vt remiſſiuè etiam dicemus in ſeq. artic.

## ¶Nonus artic. iiij. q. prin. ij. partis. ij. Libri.

1 *Præſentatione facta coram non habente ius inſtituendi, an lapſo tempore
dato ad pręſentandum, patronus iterum poſſit præſentare, habita notitia ad
alium ſpectare ius inſtituendi.*
2 *Præſentatio facta coram exiſtẽte in quaſi poſſeſſione inſtituendi, tenet, quam-
uis non habeat verum ius inſtituendi.*

1 Eſſet Videndum nunc nono loco, †ſi patronus p̃ñtauit co-
ram non habente ius inſtituendi, Labatur tp̃s datum
ad præſentandum: an poterit iterum præſentare cum habue-
rit notitiam ad alterum ius inſtituendi ſpectare coram illo? Hic
articul. fuit formatus per Lap. allega. xcv. fol. ſ 1. q. quæ incipit,
quædam eccleſia. & de ea latè diximus. s̃. in j. pręceden. quæſtio.
princ. in xxiiij. articu. vbi diximus: an præſentauerit coram ordi-
nario, adeo, vt iuncta excuſatione excuſaretur: quia ordinarius,
aut coram inferiore prælato: vide ibi, nolo hic repetere: & dixi-
mus etiam in præſenti articul. ex quibus ibi dictis: & in præced.
articul. colligitur vnum, ꝙ ſi inferior prælatus eſt in quaſi poſſ.
inſtituendi, poterit coram eo fieri præſentatio: & ſequuta inſti-
tutione erit tutus inſtitutus, ſicut electus, præſentatus, vel col-
latus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſ. eligendi, præſentandi, & cõ
2 ferendi: vide in dictis locis: & hic ſit fructus huius articul. †præ-
ſentationem factam coram exiſtente in quaſi poſſeſ. inſtituen-
di tenere, quanuis non habeat verum ius inſtituendi: & ideo ſe
quuta inſtitutione, tenebit præſentatio & inſtitutio, nõ ſequu-
ta vero etiam tempore dato ad præſentandum lapſo habita no
titia ad quem ſpectet inſtitutio, patronos poſſe coram illo præ-

ſentare: vt in præceden.articu.eſt dictum:& ſic concluſio.ſ.for-
mata in j.præceden.articu.præſentationem debere fieri coram
habente ius inſtituendi, procedere etiam, vt præſentatio fieri
poſſit coram exiſtente in quaſi poſſ.inſtituendi.

¶Decimus artic.iiij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *☞Præſentatio in eccleſiis pertinentibus ad religioſos pleno iure corã epiſco-
po:an coram ipſis religioſis ſit facienda,vel coram quo.& nu.3.*
2 *Eccleſiæ quando dicuntur religioſis ſubiectæ.*

Oritur Decimus artic. † in eccleſijs pertinẽtibus ad re-
1 ligioſos pleno iure,coram qbus fient pñtationẽ
coram epõ, vel coram ipſis religioſis.Doc. in c. vnico. de capel.
mona.libr.vj.dicũt, ꝙ cum inſtitutio ſpectat ad ipſos religioſos,
corã ipſis eſt facienda pñtatio. quod intelligunt,qñ populus eſt
exẽptus.als ratione curę, dẽt recurri ad epm: vt in d.ca.vnico.&
2 dicunt eccleſię † ſubiectę religioſis pleno iure,quando eps nul-
lum ius epale exercet:ſed tota iuriſdictio pertinet ad abbatẽ ſeu
prælatũ eorũ.c.qm.de priuile.& no.Abb.in c.in lateranen.de p̄.
ben. ¶ Sequitur p̄dicta do. Phili. de Sarra. ante fi. huius rub.
alleg.xvj.q.ij.c.viſis.& §.fi.& Hoſti.in ſumma de offi.ordi.§.facit
autem.& aliqua per Cardi.ca.querela.de elec.ſed ſi haberẽt ipſi
religioſi ex donatione à laicis aliquã ptãtem in eccleſia,tũc nõ
haberẽt, niſi ſolam præſentationem.de quo per gloſ.& doct.in
ca.de monachis.de pręb.nec in aliquo ius epi diminueret: vt p
Abb.in c.cũ ſeculũ.in vlti.not.hoc titu.ita Philip.vbi ſ.¶ Circa
prima dicta illa ſequit do.me. Corſe. in ſuo repertorio ad Abb.
in verbo p̄onus.in penul. verſ. ¶ Circa alia dicta dom .Phili.
qñ religioſi à manu laici, puta ex donatione habent eccleſiam,
quid ad eos ſit tranſlatum, ipſa eccleſia,ius pa. vel quid iuris,di-
ximus latè. ſ. in ij. par. j. lib. in ij. q. prin in ix. articu. vbi plenè
tractauimus,laicus donando, legando, vel ꝯcedendo eccleſiã
3 pio loco,quid faciat; & quid videat donare: vide ibi plene.† ſuf-
ficit hic concludere pręſentationẽ rectoris in eccleſia ſpectantẽ
ad religioſos pleno iure, populo exiſtente exempto,debere fie-
ri coram abbate:ſeu alias eorum prælato.

¶Vndecimus articu.iiij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *☞Præſentia habentis conſentire,vel conſilium dare, an requiratur in præ-
ſentatione facienda ex forma mandati cum conſilio vel conſenſu alicuius.
& nu.4.6.*
2 *Conſenſus de neceſſitate requiritur, conſilium autem peti & expectari poteſt
in præſentatione facienda de conſilio vel conſenſu alicuius.*
3 *Conſenſus an poſſit poſt actum interuenire,ſi in eo requiratur.& nu.5.*
7 *Procurator ſi potuit habere conſilium,hoc caſu,& tenuit,an pręſentatio va-
leat.*
8 *Conſilium cum pro ſubſtantia requiritur,non poteſt quæri poſt tempus.*
9 *Conſilium requiſitum in contractu ex forma ſtatuti, interuenire debet in ipſo
actu.*

1 Contingit Vndecimo dubitari † ſi aliquis ex forma
mandati hẽt pñtare cum ꝯſilio ſeu conſen-
ſu talis ,an actus pñtationis debeat expediri in pñtia habentis
ꝯſentire, vel ꝯſilium dare . ¶ Aduerte, quia.ſ. in j.par. huius ij.
2 lib.in iiij. q. prin. in viij.artic. tractauimus,† ſi alicui mandatur,
vt præſentet cum conſilio ſeu conſenſu talis , ſi præſentet ſine
illo,an teneat præſentatio: & concluſimus conſenſũ de neceſſi-
tate requiri : conſilium autem peti, & expectari: & demum illo
non veniente poſſe fieri præſentationem ſine eo:vt no.omnes
in capit.cum in veteri.de elect.& in cap.cum olim.de arbi.& in
cap.ex parte. de conſtitu. vbi dom.Fely.& Mod.niſi immineret
neceſſitas: puta qa tempus præſentationis laberetur ; nã tunc
etiã illo non requiſito,nec expectato fieri poterit pñtatio:vt ibi
3 latè diximus.¶† Aduerte ẽt, nam. ſ. in ij. par. ij. lib. in j. q. prin.
in xvj.artic.abundantiſſimè tractauimus , ſi in actu dẽt interue-
nire cõſenſus, an poſſit interuenire poſt actũ factum,& validet
4 illum:de quo ibi plene.¶† Redeũdo modo ad caſum noſtrum
dico de ꝯſenſu:qa habens ꝯſentire,vr̃ pars pñtantis : qa eius cõ-
ſenſus perficit perſonam pñtantis , quæ repñtatur per ꝓcurato-
rem : & ipſum ꝯſentientem:& ideo ipſe ꝯſentiens: & iſta pſona
pñtantis requiruntur pro ſubſtãtia in pñtatione : iuxta doctri-
nam Lap.in ſæpe alleg.deciſione.lxxv.fol. xxvij. & Cardi.in cle.
j.hoc tit.in iiij. col. in ix. q. Vnde cum iſte ꝯſenſus ſit de ſubſtan
tia,dẽt in actu interuenire:& ſic corã epõ & corã ꝓcuratore: &
in hoc caſu ꝓcedunt dicta,quæ poſuimus in d.xvj.artic. cum di
ximus ꝯſenſum de ſubſtãtia actus requiſitum,nõ poſſe interue
nire poſt actũ. de quo ẽt per Firma. in trac. de epõ. in j. par. iij.
lib. in xlvij.q. ¶ Et ſic hoc ſtante,ſuccederet ex alia ꝯcluſio hũc
ꝯſenſum non poſſe interuenire nec ante nec poſt:ſed in hoc cõ
ſidera bene:nã ſicut patronus poteſt præ ſentare per procurato
rem.c.fi. de conceſ. præben.per literas ſeu nuntium doc. in ca.
ea noſcitur.de his quæ fi.à præla.& ſæpe.ſ.diximus: eodem mo-
do dicerem hunc conſenſum poſſe procedere.ſ. ipſum procu-
ratorem ſecum deferendo per literas habentis conſentire : vel
per publicum inſtrumentum de fide ſui conſenſus : qa iſtis mo-
dis vera pręſentatio fieri poteſt : vt in præceden, ꝓximè.ij.& iij.
articu.diximus. quanto magis & in iſta præſentatione cõſenſus
pro liquidando mandato procuratoris conſtituti per patronũ
ad præſentandum cum ꝯſenſu talis:nam conſtito de cõſenſu, &
ſic voluntate habẽtis conſentire, ꝓcedet mandatũ : & hoc mõ
ꝯſenſus præſtatur ante , & nõ in actu. ¶ Poſt actum vero , dico
5 ꝯſenſum nõ poſſe † interuenire, niſi reiterato actu: nam ex quo
perſona pñtantis requiritur ſubſtantia & eſſentia verè vel re-
præſentata vt ſ.diximus.& verè nõ interuenit:qa miſit ꝓcurato
rem:nec ẽt repræſentata: qa ſolus ꝓcurator illam repñtare non
poterat ſine interuẽtu illius ꝯſenſus,qui nõ interuenit:ergo nul
lus fuit actus, ſi nullus,eſt reiterãdus : iuxta ea , quæ dixim⁹.ſ. in
ꝓximo pręceden. viij. artic. ¶ Et ſi diceres ſi ſuperueniat con-
ſenſus nõne validabitur actus?dico, ꝙ nõ,quãdo requiritur pro
ſubſtãtia:iuxta no.per doct.ĩ d. c. cura. & nos diximus. in d. xvj.
artic.& ꝓbo ad oculũ:nam ſtante nullitate primi actus ſi ſuper-
ueniret ꝯſenſus habentis ꝯſentire, aut interueniat abſente pro-
curatore:& nõ erit verè repñtata perſona pñtantis:qa non inter
uenit ꝓcurator qui eã repræſentare hẽt cũ ꝯſenſu illius:& ideo
q̃uis iſte ꝯſenſus interueniret pręſente pñtando: & habẽte inſti-
tuere nihilominus,qa defecit vnũ ſubſtãtiale.ſ.integra perſona
pñtantis,actus non ꝓcedet, & erit nullus, ſicut prius. ¶ Si aũt
iſte ꝯſenſus ſuperueniret in pñtia procuratoris pñtandi,& habẽ
tis inſtituere, eſſet vera reiteratio actus. & ſic non dicet interue
niſſe ex poſt. ¶ Si aũt deficeret præſentia pñtandi vel habentis
inſtituere, tãto magis vtriuſq; ſuperuenientia ꝯſenſus etiam in
pñtia procuratoris nihil operaretur: qa deficerent vnũ aut duo
6 ex ſubſtãtialibus : & ſic nec actus intelligeret reiteratus. ¶ † Si
autẽ ex forma mandati ꝓcurator datus ad pñtandum haberet
pñtare cũ ꝯſilio alicuius: qa ſufficit requirere cõſilium , & illud
tpe congruo expectare:als p ꝓcuratorem procedi põt ad actũ:
per no.in c.cum in veteri.de elec.& in d.ca.cũ olim. de arbi. &
in ca.ex parte.de ꝯſti. apparet de neceſſitate nõ requiri pñtiam
habẽtis ꝯſulere. Sed pro legitimatione perſonę ꝓcuratoris ſuf-
ficit ꝯſtare illud habuiſſe vel habentẽ conſulere requiſiuiſſe: &
congruo tpe expectaſſe vel neceſſitatẽ imminere ꝓpter lapſum
tpis dati ad pñtandum: & ideo ꝓcuratorem nõ poſſe expectare
habẽtem ꝯſulere : vel forſan nec ipſum requirere: & ſic tenebit
ſua pñtatio.Vnde non requiritur pro ſubſtantia,pñtia habentis
cõſulere:cum non faciat integram perſonam cum procuratore
repręſentantem perſonam patroni', vt facit habens cõſulere.d.
7 c.cum in veteri. ¶ † Sed dubiũ reſtaret in hoc vltimo, quid ſi
ꝓcurator potuit habere ꝯſilium requiſitũ,& noluit habere , nõ
requirere,nec expectare illud:ſed pñtauit illo non habito?certũ
eſt pñtationem non tenere.vt no.in ſ.allegatis iuribus ſi ſuper
ueniat ꝯſilium: an validabitur actus vel requiret reiteratio eius
& dicendũ. ex quo per defectũ ꝯſilij non inducit nullitas actus
ipſo iure: vt no. iuribus præallegatis.& in c. cura. & tres perſo-
nę ſubſtãtiales interfuerunt: nã perſona pñtantis repræſentatur
per ꝓcuratorem.non enim habẽs dare ꝯſilium,eſt perſonæ pars
repñtantis,ſicut habens dare ꝯſenſum: vt no. in d.c . cum in ve-
teri.& in d.c.cum olim.interueniẽtibus perſonis pñtandi: & ha
bentis inſtituere nulla ſubſtãtialis perſona defecit,vt actus eſſet
nullus,ſed ſolum eſt inualidus: qa nõ fuit ſeruatum, qđ in man-
dato requirebatur.Illo igitur ſuperueniẽte ceſſabit inualiditas.
8 ¶† Et ſi diceretur ꝯſilium non põt requiri poſt tp̃s, d. c. cum
in veteri.& ibi glo.& doc. nã dico hoc verũ , cũ illud requireret
pro ſubſtãtia in actu:vt in illo tex.ſed in caſu noſtro nõ requiri-
tur pro ſubſtãtia:iuxta ea, quæ ponit Bal. in rub.C. de exercito.
9 iiij.col.de ꝯſilio requiſito in ꝯ̃ctu ex forma ſtatuti,† vt tunc de-
beat interuenire in ipſo actu:& idẽ Bald. in l.j. in antepe. col.C.
qui admit.vbi ẽt tenet ante actũ poſſe præſtari. ¶ Non negarẽ
eſſe cautius,ſi fiat totalis reiteratio actus cũ ꝯſilio , nihilominus
pñtia habentis ꝯſulere,non requiritur, dũmodo ꝯſiliũ dederit.
¶ Non per hoc nego , quin pſona habẽtis ꝯſulere nõ poſſit in-
teruenire:qa poterit ĩteruenire ẽt ĩ actu collegiali maiori parte
collegij volẽte, dũmõ vocẽ nõ det :quanto magis in pñtatione
particulari vt latè diximus.ſ.in ij. ꝓxi. q.prin.in xvj.& xvij. arti.

¶ Duodecimus articu.iiij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *☞Præſentationis actus requirit de neceſſitate præſentiam trium perſonarũ,
præſentantis,præſentati,& inſtituere habentis:& non aliorum,niſi ad pro-
bationem eius actus.*
2 *Extranei poſſunt intereſſe in actu præſentationis,niſi præſentatio ſpectaret ad
aliquod collegium,quo caſu intereſſe non poſſunt.nu.4.*

3 *In præſentatione non obſeruatur forma capitul. quia propter, de electio-nis.*

cludere Io.An.in c.nihil.de elect.¶Quod tñ eſt intelligendum,
vt per Abb.in d.ca.nihil.in iij.col.in verſ.quarto quæritur.¶Et
idem Roma.in cōſi.ccccxcix.oīpotentis Dei &c. in p̄miſſa ꝯſul
tatione loquēs in eodē facto,de quo loquutus fuerat in d.conſ.
ccccclxxxiij.quod ſic ſe habet: nā quidam Gilbertus p̄textu ꝓui-
ſionis papalis nullę,eo ꝙ facta fuerat infra trimeſtrè electionis,
infra quod ꝑ papā ꝓuiſionē fieri ꝓhibet decretū.Baſilieñ.ſyno-
di,& in ambobus cōſilijs cōcludit ipſe Roma.ꝯfirmationē factā
de alio electo tenere, etiā ipſo ſic ꝓuiſo poſſidēte nō citato: &
5 in illo caſu ponit duas cōcluſiones.Prima eſt,nō † ſufficere cō-
ſtare quem eſſe prouiſum niſi conſtet plenè de ſuo intereſſe. &
ſic vult ibi Roma.non eſſe vocandum aliquem, ſi de eius inter-
eſſe nō conſtet,per plura quæ ibi allegat. Secunda eſt cōcluſio,
quod ponit non ſufficere, quo ad hoc, vt quis vocetur etiam in
cōfirmatione,quē eſſe in poſſeſſione,ſi poſſeſſio eſt diſcolorata
& vitioſa:quæ quidem duo requiſita ſi vera eſſent, rari forēt iſti
certi citādi:qa ad certitudinē coelectorū & ſe opponētiū reqre
ret̄ ēt ꝯſtare de eorū ītereſſe:& ſic allegaret̄ poſſeſſio de colore
ipſius poſſeſſiōis,quæ quidē ꝓbationes eſſent nimiū dure,& de
hmōi colorata poſſeſſione,latè tractat Fely. in c.in nr̄a.xxij.col.
in xxxvj.corrolario.& præſertim in v.& x.notando. ¶Quid di-
cendū?certè hęc cōſilia Roma.ꝓbant opi. Lapi & nimiū reſtrin
gunt materiā.d.c.fi.adeo,ꝙ nunq̄ erit caſus certę vocationis: qa
in cōpræſentato nō pōt ꝓbari intereſſe anteq̄ vocetur:ex quo
nullū pōt habere intereſſe: qa non hēt ius in re,ſed ad rem:vt di
ximus.ſ̄. in v.q. prin. huius partis in viij. art. ¶Et ſi diceretur,
ſatis erit eius intereſſe ꝑꝑ ius ad rem,qd̄ hēt,rñdet̄ plura debere
concurrere anteq̄ præſentatus habeat ius ad rem:qa præſentan
tes debēt eſſe ſaltem in quaſi poſ. præſentādi:vt in c.cōſultatio-
nibus.hoc tit.& debēt acceptari per p̄ſentatum.vt diximus poſt
Io.an.&Cal.ſupra in d.v.q. princi.in j. & viij. articu. & hic eſſet
nouus proceſſus. ¶Si etiā cōpræſentatus poſſidens non eſſet
citandus, niſi ꝓbata ſaltem colorata poſſeſſione, ſimilr̄ hoc vi-
det̄ abſurdū, nam ſi citādus eſt citatione ſpeciali quilibet extra-
neus,quē certè ſcimus ſe velle opponere,quāto magis poſſidēs
ēt de facto, vñ ſi ſic ītelligere nt̄ dicta ꝯſilia Ro. deſtruerēt totā
machinā illius tex.c.fi.& eorū,quę ibi ꝑ doc.dicunt̄.¶Vnde pro
vera deciſione huius mãę,cōſidera, vt al̄s diximus ſupra in x. p̄.
cedē. art. in hmōi vocationibus plures p̄ſonas per eas appræhē
dēdas ꝯſiderare poſſumus.ſ.illorū,qui pñt p̄ſentare,p̄ſentatorū
& eorū qui volūt ſe opponere,vt ibi clarè exēplificauimus:& q̄
maximè hmōi vocationē īportare hñtibus pñtare:vt ibi dixim⁹
6 & in xj.arti.Vñ cōcluſimus in ipſo.xj.arti.oīno†edictū generale
eē opponēdū q̄uis ſint aliqui certi ꝯ̄dictores vel cōpñtati, non
obñte,ꝙ ille tex.c.fi.ꝑ verbū al̄s,in eo appoſitū,videat̄ alr̄ diſpo
nere:vñ ſi loqmur de hmōi vocatione per edictū,nullo mō poſ
ſumus dare caſum in quo appareat hñtes pñtare cōpñtatos,&
hñtes ſe opponere,ius nō hr̄e:qa ſi bñ eſſet clarū de nō iuribus
pñtare volētiū,& de nō iuribus pñtati,nō poterit eſſe clarū nul-
lū eſſe oppoſitorē cōtra electū,vl̄ formā pñtationis:qa iſti oīno
pñt eſſe incerti,qa opponere ſe vellēt.& iō bene diximus ſemꝑ
7 edictū requiri.ſ̄.in d.xj.arti.¶Niſi†in vno tm̄ caſu, qñ eſſemus
in pr̄ia pñtatione,q̄ fieret per primos p̄ronos,q in fundatiōe vo
luerūt talē eſſe pñtandū:tunc enim ꝯſtat de iuribus pñtantiū &
de meritis pñtati:qa ep̄s ꝑmittēdo fundatorē apponere illū mo
dum,ꝙ primus pñtandus ſit talis in p̄ſtatione ſui ꝯſenſus, iuxta
c.nobis.hoc ti.& iuxta no.in c.cū dilectus.ꝑ glo.de ꝯſue.& dixi-
mus latè.ſ̄.in j.par.j. lib. in ix.q. prin. in j. artic. vbi latè tracta-
uimus de modis & cōditionibus,qui apponuntur ꝑ fundatores
cū conſenſu epī:& in hoc caſu dicerē oīno nō eſſe neceſſariam
appoſitionem edicti:vt ēt diximus.ſ̄.in viij.ar.dum diſcuſſimus,
qñ poſſit dici verè ꝯcordis pñtatio.¶Et ſi diceres,nonne tex.d.
c.fi in fi.dicit etiam in cōcordi p̄ſentatione eſſe ſeruandam for-
mam.d.c.fi.quāuis ergo hic ſit concordis, obſeruanda eſt dicta
diſpoſitio:& p̄ſertim qa nos ꝓbauimus.ſ̄.in ꝓxi.p̄ceden.articu.
hmōi vocationes eſſe de ſubſtantia & forma inſtitutionis,aliàs
8 eſt ipſo iure nulla.¶Rñdet̄†p̄dicta nō obſtare: qa in caſu.ſ̄.for-
mato ceſſat omnis rō impulſiua & finalis.d.c.fi.quæ ita nō ceſ-
ſat in ꝯcordi pñtatione,vt ex eo caſu apparet. & diximus.ſ̄.in d.
viij.art.ceſſantib.igit̄ ipſis rōnib.ceſſat iuris diſpō:& ſic nō erunt
iſte vocationes in illo caſu de ſubſtātia & de forma.c.cū ceſſan-
te.de app.cū ſimi.¶Si vero nos loquimur de alia vocatione ſpe
ciali, quæ iuxta formam.d.c.fi.eſt faciēda cōpræſentatis & op-
poſitoribus certis, & neſcio videre, quomodo in themate hu-
ius arti.formati per lap.& Dom.poſſit conſtare de omnibus nō
iuribus ipſorum:nam ſi loquimur de compatronis, qui habent
præſentare,neceſſe eſſet apparere de omnibus iuribus ipſorum
præſentantium per quod negetur alicui alteri ſpectare ius præ-
9 ſentandi:†& hoc eſt difficile, niſi appareret per ſententiam latā
inter eaſdem perſonas tranſactam in rem iudicatam, per quam
volens nunc præſentare,eſſet excluſus.& ita thema huius artic.
firmat Gaye. quem ſupra retulimus. ¶In compræſentato non
poſſet apparere,niſi fuiſſet pręſentatus ab illo,qui erat excluſus
per ſententiam tranſactam in rem iudicatā: nam tunc ſicut de
non iure præſentantis apparet, ita dicetur apparere de non iure
per eū præſentati. ¶Poſſet etiā de nō iure præſentati apparere
per notoriam eius indignitatem:iuxta no.in c.veſtra.de cohab.
cle.& mulie. & de alijs criminibus notorijs ſententiam non re-
quirentibus:de quibus latè fuimus loquuti.ſ̄.in j.par.huius ij.li.
in ix.quęſt.princ.per totū.¶In alio tertio loco vero oppoſitore
neſcio videre quomodo poſſet conſtare de eius non iure, niſi
opponeret præſentato delictum, ſuper quo præſentatus habe-
ret ſententiam liberatoriam? Conclude ergo de non iure præ-
ſentantium compręſentati:& ſe opponentium certorum poſſe
conſtare per eorum confeſſiones:vt dixit Domi.vbi.ſ̄.vel ꝑ acta
notorium facientia,ſeu ſententias tranſactas in rē iudicatam:vt
ꝓximè diximus:de ſequē.& re iud.ꝑ totū.¶Et reuera Roma.in
d.conſi.ccccclxxxiij.in pe.col.in iij.q.cū illā format,p̄ſupponit de
nō iure ꝓuiſi conſtare per acta: imo ꝑ decretū latum à concilio
generali reſtringens prouiſionem papæ faciēs ius vniuerſale:&
licet in alio conſi.ccccxcix.in fi.j.col.format obiectionē, quæ ꝯ̄
hoc formari poſſet:illā ſoluit.dicit enim, & ſi diceret̄ eum doce
re plenè de ſuo intereſſe,poſito ꝙ malè doceat de ſua poſſeſſio
ne:dico hoc non forè verū: conſidero enim ipſam poſſeſſionē
forè notoriè vitioſam,& diſcoloratā, eo quia adeptam p̄textu
prouiſionis papalis nullæ: ex quo facta fuit infra tempus ad eli-
gendū indultum, infra ꝙ per papam ꝓuiſionem fieri prohibet
decretū Baſilieñ.& ideo ſuccedit tex. valde ad propoſitū ſingu
laris,in c.videte.xxv.q.vj.dum dicit:nam quod cōtra interdictū
& ordinē eccleſiæ factū eſt,ratū non haberi,tam diuinæ, quam
humanæ legis ꝓclamat autoritas. & ꝓſequitur Rom.ſi dicatur
poſſibile eſt papam ex iuſta cauſa derogaſſe decreto concilij &
ſic tenere ꝓuiſionē factā infra tp̄s electionis cum ex iuſta cauſa
10 hoc facere potuerit,†rñdet ꝙ quāuis regulariter præſumendū
ſit pro facto papæ,& ipſum ſemꝑ moueri ex iuſta cauſa: tñ hoc
verū eſt,niſi vbi ipſe aliquid faceret ꝯ̄ conſtitutionē reſpicientē
generalē ſtatum eccleſiæ:vt eſt imitari electionē:tunc enim nō
eſt ſuſtinēdus,niſi illud faceret ex magna cauſa:& ſic neceſſe eſt
illā exprimi & ꝓbari:qa alias nō p̄ſumit̄.iſtud eſt ſingulare dictū
Inn.in c.p̄terea.de dilatio.dū dicit,ꝙ vbi alicui ex aliqua iuſta cā
licitum eſt à regulari iure recedere,nō ſufficit cām ſubeſſe,niſi il
lam ꝑ eum,cui hoc de iure cōpetit,exprimat̄. quod quidē dictū
ad concludendū idē forę in papa,qñ reſcribit aliquid contra ius
concernēs vniuerſalē ſtatum eccleſiæ.alle. Oldra.ꝯſ.cclxxxviij.
ſtante igit̄ hac ꝓuiſione in illo caſu, ex qua ſe in poſſeſſione di-
cit fore nulla:ſequitur eius poſſeſſionē diſcoloratā & vitioſam
eſſe ꝑꝑ decretū.de electio.Baſilieñ.cōſilij in ſe cōtinens clauſu-
11 lam irritantē:†& ſic cōſtat de nō iurib.ꝓuiſi ꝑ decretū.d.conſi
lij,merito ille ꝓuiſus nō fuit vocatus,& tenuit cōfirmatio illius
electi.¶Ex q̱bus dictis Roma.collige vnā limi.ad d.ca.fi.vt non
reqratur vacatio certi opponentis ſpālis, qñ conſtat de nō iure
ſuo,ꝑ alicuius.l.diſpōnem,ꝯ̄ quā aliquod, factū quod potuiſſet
12 ſuccedere nō habemus p̄ſumere ſucceſſiſſe,†niſi ꝑ ipſum fuerit
illud factū exp̄ſſum & ꝓbatū. ¶Secūda eſt limitatio quā ponit
Roma.in fi.ſ̄.allega.ꝯſilij ccccclxxxiij.vt nō habeat locū diſpō.d.
c.fi.qñ confirmatio eſſet facienda ꝑ principē hñtē plenitudinē
poteſtatis. nam licet hæc limitatio quāmaximè hodie ꝓcedat,
& locū habeat in electionib.dignitatum,q̄ cōprehendunt̄ in ca
ſu.c.cupientes.de elec.libr.vj.& nō eſt neceſſaria alia citatio, vt
ibi habet̄.Et idē,ſi ſumus in caſu.c.j.de elect.lib.vj.& nō eſt neceſ
ſaria alia citatio:vt ibi habet̄.& idē, ſi ſumus in caſu.c.j.de elect.
lib.vj.alias autem ſalua plenitudine poteſtatis ſedis apoſtolicę
debet ſeruari ēt in curia diſpoſitio illius.c.fi. quod eſt intelligen
dum propriè ſ.qñ papa procedit ꝑ viam cōfirmationis p̄dictæ:
hodie vero ꝓcedit ꝑ viam reſeruationis,& ꝑ viā prouiſionis: &
ideo nō ſeruat̄ diſpō illius c.fi.ſm̄ Abb.in d.c.nihil.poſt Io.And.
in iij.col.in verſi.quarto q̄rit̄.In pñtatione aūt hæc limitatio lo-
cū habere nō poteſt niſi aliquo iure inſtitutio alicuius eccleſiæ
ſpectaret ad ſummū pontificē ex aliquo priuilegio, vel reſerua
tiōe ꝑ fundatorē facta:iuxta latè dicta.ſ̄.in j.par.j.li.in ix.q prin.
15 in j.art.in iij.cōclu.¶Reſtat†modo videre,an reliqua dicta Ro.
in præalleg.conſil.ccccxcix. procedant & limitent.d.capit.fina.
vt non dicatur certus contradictor ad effectū,vt citetur citatio-
ne ſpāli, niſi conſtare faciat de eius intereſſe: & ſi eſſet ꝯ̄dictor
tanquam poſſidēs,niſi ꝯſtaret de ſua ſaltē colorata poſſeſſione:
ſecus ſi ſolū ꝯſtaret de diſcolorata & vitioſa poſſeſſione:qa túc
quāuis appareret certus,nō eſſet vocādus:vt ibi per eū.& verè,

ſi hęc eius dicta ita ruditer intelligerent̃,ſũmopere reſtringerẽt
d.c.fi.& deſtruerẽt totã machinã hui⁹ materiæ,vt ꝓximè demõ
ſtrauimus: vnde dupl̃r ipſa dicta intelligi poterunt. ¶ Primo
mõ tanq̃ depẽdentia ex caſu ibi formato:q̃a intereſſe illius ꝓui-
ſio apparebat nullũ:& poſſeſſio vitioſa tãq̃ depẽdẽtia ex illo nõ
iure ipſius ex prouiſione facta ꝑ papã irrita per decretũ concilij
Baſilieñ. vñ q̃a conſtabat de eius nõ iure ſil̃r de eius nõ inter-
eſſe & poſſeſſione vitioſa.¶Sed hæc rñſio non quadrat,q̃a Ro-
manus nõ ſe reſtringit ad caſum ſuũ : ſed generaliter loq̃tur ad
hoc vt vocatio ſit neceſſaria,eẽ ꝓbañ.ĩtereſſe vocañ.& ſi ꝑtẽde
rit ſe vocari tanq̃ poſſidẽs,eſſe neceſſe ꝯſtituere ſaltem de colo
rata poſſeſſiõe:ergo hęc dicta ꝓcedũt in omni caſu:& nõ in illo
caſu ſolũ. ¶ Melior igit̃ erit iſta ſolutio. Vñ nã vt ex ipſis conſi
lijs Romani colligit̃.ibi erat obtẽta ꝓuiſio nulla à ſummo põti-
ficè ꝯ decretũ.Baſilieñ.cõcilij à quodã Giſberto: & erat fcã ele-
ctio ꝑ capl̃m de quodã dño Iacobo & ſequuta ꝯfirmatio verũ
nõ vocato dicto Giſberto q̃ poſtea ĩſtabat reuocari ſñĩam latã
ĩ fauorẽ dicti Iacobi electi:ex eo q̃a ipſe nõ fuerat vocat⁹,cũ ipſe
eſſet ꝓuiſus ꝑ papã:& poſſeſſor bñficij: & vt puto bis ĩſtetit ipſe
giſbert⁹ vt duo fuerũt fcã ꝯſilia:& ĩ prĩo ꝯſil.ꝯcludit̃ ipſemet nõ
debuiſſe vocari:q̃a ꝯſtabat de nõ iure ei⁹:& hęc hęſitatio debuit
eẽ in principio:& ꝯcluſum fuit ꝙ nõ : q̃a ꝯſtitit ꝑ decretũ ꝯcilij.
poſtea inſtetit ipſe Giſbertus,vt reuocaret̃ hæc ſñĩa lata in fauo
rẽ ipſius dñi Iacobi electi: & cum agebat̃ de hmõi reuocatione,
Romanus in ſcđa ꝯſultatione,& ſic in cõſilio.ccccxcix.ſ̃.alleg.fe
cit.ſ̃.ſcriptas duas ꝯcluſiones ꝯcludendo ꝑ eas, ꝙ cũ ipſe velut
agẽs obtinere voluiſſet declarationẽ nullitatis dictæ ſñiæ eo ſo-
lo reſpectu,q̃a dicit ſua ĩtereſſe rõne poſſeſſiõis neceſſe erat illa
probare.& ideo Roman.fecit prædictas ſuas concluſio.ad quas
in fi.addidit eſſe conſequens,vt ex quo deſijt poſſidere:& ſic ſua
deſijt intereſſe cõſequenter deſinat ſibi facultas petendi decla-
rationem nullitatis, vt ibi in fi.dicit.loquit̃ igit̃ ibi Roma. poſtq̃
facta eſt cõfirmatio:& ageretur per aliquem dicentem ſe coele
ctum,vel ius habere:nam admitti non debet niſi appareat,& ꝯ
ſtet de eius intereſſe,& iure : & ſicut vt hi duo caſus differant in
hoc antè cõfirmationẽ ſeu inſtõnẽ ad effectum,vt quis ſit vocã
dus citatiõe ſpãli,ſufficere quẽ eſſe certũ coelectũ, cõpſentatũ,
ſeu ꝯdictorẽ,q̃uis de eius ĩtereſſe nõ cõſtet,& q̃liſcũq; ſit poſſeſ-
ſio:ſed ſufficiet eſſe certũ, cõpñtatũ, vel oppoſitorẽ. & ita ꝓce
dãt oĩa dicta ꝑ doc.ĩ d. c.fi.& ꝑſertim in oppoſitore extraneo in
quo nõ militãt nec intereſſe:nec poſſeſſio intereſſe: nõ q̃a non
ꝑtẽdit ius in bñficio, poſſeſſio minimè:q̃a nõ cadit ĩ eo: & ideo
omiſſio vocationis ipſorũ eſt nulla : ꝑ d.c.fi. ex quo ſemel ſunt
certi,niſi ꝯſtaret de eorũ nõ iure,vt ꝓximè dixim⁹. ¶Si vero ſu
mus,q̃a tales cõpñtati,vel oppoſitores certi fuerũt ꝑtermiſſi,&
nõ vocati:tñ ſequuta fuit inſtitutio,& q̃ maximè eſt ſñĩa ſuꝑ eũ:
& aliq̃s ageret & inſtaret ꝓ reuocatiõe illius, ex tũc ſi eſſet omiſ
ſa vocatio alicui⁹ cõpr̃oni certi,& eſſemus infra quadrimeſtre
ſeu ſemeſtre:& ille ageret pro dicta reuocatiõe: vel ſolũ ageret
vt admitteret̃ ad pñtãdũ:& tũc ſine dubio deberet admitti cum
ex prætermiſſione vocationis ipſius nulla fuerit ipſo iure inſtõ,
& ſñĩa:vt in ꝓxĩo ꝑce.arti.diximus.¶ Si vero vellet agere coele
ctus vel cõpñtatus pro reuocatione dictę citationis:& ſñĩa non
14 ſufficeret,dicerẽ ego,ago tanq̃ coelect⁹ vel ꝓuiſ⁹:vt ĩ caſu dicti
ꝯſilij:ſed erit ẽt neceſſe dicere,& ꝯſtari facere ſua intereſſe,hoc
eſt, ꝙ reuocata ipſa ꝯfirmatiõe & ſñĩa ipſe elect⁹ ꝯfirmabit̃ ſeu
ꝓuiſus admittet̃, & nõ alius: & ſi dixerit ſe poſſidere:q̃a tuẽdus
eſt q̃libet ẽt in poſſeſſiõe colorata.c. cũ nr̃is.de ꝯceſ.ꝑbẽ.neceſ-
ſe erit ꝯſtari facere ſaltẽ de colorata poſſeſſiõ. & in hoc caſu ve
15 rè loq̃tur Roma.in d.ſuo cõſi.ccccxcix. ¶†Ex cuius dictis colli
ge aliã limitationẽ ad d.c.fi. ꝙ poſtq̃ ſequuta eſt ꝯfirmatio, pro
illa reuocãda ñ ſufficit ſolũ allegare ſe fuiſſe certũ,coelectũ,ſeu
ꝯdictorẽ,vel certũ poſſeſſorẽ:ſed req̃rit̃ ẽt ad hoc , vt admittat̃,
& reuocet̃ ꝯfirmatio,& ſñĩa,ꝙ ꝯſtare faciat de eius intereſſe:&
ſi dixerit ſe poſſeſſorẽ , ſaltẽ de ſua q̃ſi poſ.colorat̃: al̃s nõ dẽ ad-
mitti,cũ ad inſtãtiã nõ hñtis intereẽ nec iuris,nec poſſeſſiõis nõ
erit alterãda ꝯfirmatio. ¶ Et ſi diceres,ſi iſti coelect⁹ ſeu oppoſi
tor erãt certi,& nõ fuerũt citati ſpãli citatiõe,ꝯfirmatio erat nul
la ipſo iure: vt in ꝓxi.ꝑce.artic. cõcluſimus. ſi nulla ipſo iure,ad
q̃d pro ipſius reuocatione ſeu potius declaratiõe nullitatis erit
neceſſaria ꝓbatio intereſſe ſeu coloratę poſſeſſionis. ¶ Rñdet̃
& hæc eſt pulchra intelligẽtia in mã:& maximè ꝑ declaratione
ꝯcluſionis ꝓxi.pręce.artic.vt dicat̃ ꝯfirmatio ſeu inſtitutio non
ꝑcedẽte citatione ſpãli.ꝯ coelectũ, vel ſe opponẽtes ꝓcedat in-
diſtinctè ante factũ:& poſt factũ ẽt ꝓcedat, quo ad eos,q̃ poſſũt
ꝑtẽdere intereſſe,vt ſunt cõpatroni certi citari omiſſi, cũ adhuc
ſuꝑſit de tꝑe dato à iure ad pñtandũ,quorũ intereſt:q̃a poterũt
pñtare nõ obſtante inſtitutiõe ſequuta , cum ſit ipſo iure nulla.
ſimil̃r in compñtato verè hñte ius ad rẽ omiſſo citari pñtato à
vero infra tꝑs debitũ:& qui pñtationẽ acceptauit:nam cũ patet
de eius ĩtereſſe,admittere ẽt poſt factũ & reſpectu taliũ dicet̃ in
ſtitutio ipſo iure nulla. ¶Sed ſi poſt factũ,ideſt, inſtõne ſequu-
ta cõpareret pr̃onus poſt tꝑs datũ ad pñtãdñ , q̃ nullo mõ præ-
ſentare poſſet,ſeu coelect⁹,vl̃ cõpñtatus,ſeu ꝯdictor,anteq̃ ad-
mittãtur,vidẽdũ eſſet , an eorũ interſit:& ſi coelectus allegaret
poſſeſſionẽ, vidẽdũ eſſet,an ſaltẽ erat colorata,& nõ apparente
de eorũ intereſſe,nec de colore poſſeſſiõis allegatę,nõ erũt au-
diẽdi: ex quo q̃d ad eos de his q̃ foris ſunt.c.gaudem⁹.de diuor.
tũc eis ꝓdeſſe nõ poſſit:ergo ius agẽdi non hr̃e: vt cõcludit Ro
ma.in fi.d.cõſil.ccccxcix. Vñ reſpectu ipſorũ nõ dicet̃ poſt factũ
ꝯfirmatio ſeu ĩſtitutio ipſo iure nulla:ſed cẽſebit̃,ac ſi facta eſſet
pura collatio. & ĩ hoc caſu eſſet ꝓbandũ intereẽ nõ vocationis
quo nõ ꝓbato,nõ audiet̃ inſtãs.nota ſupraſcripta oĩa,q̃a vera &
à principio ſeculi nõ declarata:& adde ad limitationẽ ꝑcedẽ.ar-
ti.ſeu cõcluſionis.¶ Et pro iſta diſtinctione mea ante factũ : &
poſt factũ facit, q̃d dicit Io. de imol. vtẽdo hac diſtinctione ĩ d.
c.fi.quẽ ibi refert Domi.in fi.v.col.in verbo,& iſtã ꝑtẽ dicit,cum
ꝯcordat quãda opi. Lap. cũ opinione Io. an. & diximus latè de
16 d.diſtin. ſ̃. in j. par. j. lib. in viij. q. prin. in x. arti. † & an ſi aliq̃s
ſpecial̃r citet̃ dicat̃ legitimus ꝯdictor , & audiat̃ nõ docto in pri
mis ẽt ſũmariè de ſuo intereſſe, ponit Fely.in c. cũ inter. in vij.
col.de excep.& q̃d ſi in facto notorio, certũ eſt abſenti nõ cõpe
tere actionẽ,an ſit citãdus pro oruatu.c.ſi eps.de ꝑbẽ.lib.vj.vide
eũdẽ Fely.in c.cum olim. in viij. col.de re iudi. vbi ẽt an teneat
ꝓceſſus papę cõtra non citatũ de plenitudine ꝑſentantis, & de
17 materia†an abſens ſit citandus,cui eſt certũ defenſionẽ compe
tere:ponit latè do.Fely. in c.cum olium. poſt prin. iij. col. cũ tri
bus ſequen.in verſi.non eſt citandus neceſſario.

¶Decimus quartus arti.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Conſuetudine ſtante, ꝙ poſt præſentationes ſeu electiones edictum non ap-
ponatur, an inſtitutio ſeu confirmatio teneat.*
2 *Conſuetudinis vis & autoritas fecit primogenitum ſolum ſuccedere in hære-
ditate iuris patronat.*

1 Succeſſiue xiij. loco dubitatur , †ſi conſuetudo eſt in
loco poſt pñtationes ſeu electiones non
eſſe ponẽdũ edictũ,an ĩſtitutio ſeu ꝯfirmatio ſine illo teneat vel
ſit ipſo iure nulla.Prępo.in c. ꝯſtitutis.in vlt. verbis.iij.col.tenet
valere hmõi ꝯſuetudinẽ,alleg.no.ꝑ doc.in d.ca.fi. nã cũ ꝓuiſio
illius c.fi. ſit de iure poſitiuo nõ eſt dubiũ circa illud poſſe opa-
ri ꝯſuetudinẽ.ita dicit in ſil̃i determinaſſe Egidũ de bellamera
in deciſi.620.in c.c.fi. de elec.& ideo dicit ibi Prępo. hoc caſu,
q̃a opponẽs nõ potuit venire ad ꝯdicẽdũ in ꝯfirmatiõe,ex quo
nõ fuit vocatus:iuxta formã.d.c. fi. audiet̃ ad ĩpediendũ, ne ha-
beat poſſeſſionẽ.alle.Abb.in c. pe. de cã poſ. & ꝓprie.& ita reſi
det ibi do. Prępo. ¶ Et hoc eſt tenẽdũ verũ , ꝙ illo caſu reuer
teremur ad id , q̃d erat dę iure antiquo. de quo in d. c. inſtitut⁹
ꝑ Inn.& Hoſt.& in c.cũ olim.de dolo & ꝯtu.quo caſu inſtitutio
ſine dubio eẽt ĩterlocutoria & nõ diffinitiua ſñĩa:q̃a ſine citatio
ne nõ poſſet dici cãę cognitionẽ interueniſſe:vt ꝑ doc.in d.c.cõ
2 ſtitutis.& in d.c.fi.de elec.li.vj.¶ Et† ꝙ hoc poſſit facere cõſue-
tudo ẽt demõſtrat̃,ꝑ id , q̃d diximus in ij. par. j. lib. in ij. q. prin.
in xix.& xx.artic. dũ tractauimus de validitate cõſuetudinis in-
ducentis primogenitũ ſolũ ſuccedere in hęreditate iuris pa.

¶ Decimus quintus arti.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Electus vocandus eſt, etiamſi electioni non conſenſerit, præſentatus vero,
non: niſi poſt acceptationem præſentationis. & nu. 2.*
3 *Abſens notus habenti inſtituere, ſi pręſentetur, an ſit vocãdus citatione ſpãli.*
4 *Citationes generales & ſpeciales fiunt ex mero Iudicis officio, non ad partis
inſtantiam.*
5 *Citationes ad hoc vt per habentem inſtituere fiant, quid requiratur.*

Videndum Eſt ẽt.xv.loco, quid ſi coelectus , vl̃ com
pñtatus nõdum electioni ſeu pñtationi
1 † ꝯſenſit,an ſit vocãdus.& Lap.Abb.dicit ꝙ ſic.& hoc ꝓbari ibi
ꝑ tex.coelectus in d.c.fi.& facere,q̃d no.Hoſt.in d.c. dudum. el
ij.de elec.ſuꝑ verbo, ꝓcuratore.& ſuꝑ verbo,ꝯſtituã.ꝑ.Inn.Cõ-
poſt.& Ioã.ſeq̃tur hæc dicta Lap. Domi. ibi.ſ. in d. c. fi. ante fi.
pe.col.in verſi. q̃d ſi coelectus. & hoc ẽt ſeq̃t ibi Phi. fran. in iij.
col.in verſi.in eadẽ gl.ibi, ſed hodie. ¶ Tu aduerte in electione
2 hoc dcm̃ bñ ꝓcedere:q̃a ꝑ eã ſtatim †trãſfert̃ in electũ ius in re,
q̃uis ipſe adhuc nõ ſenſerit : vt diximus.ſ̃. in v.q. princ. huius
ꝑtis ĩ viij.ar.& iõ dat̃ mẽſis ad acceptãdũ, ne eccl̃ia hẽat ipſamet
expectare lõgo tꝑe.c.q̃ ſit.de elec.lib.vj. & diximus. ſ̃. in d. v. q.
prin.in ij.art. & iõ cũ ſua verè interſit,& verè ſit coelectus,eſt ci
tãdus.& ita loq̃tur text.in d.c.fi. ¶ In pñtato vero nõ dicerẽ ſic
cũ nõ dicat̃ verè pñtatus,nec ius ad rem hr̃e,niſi pñtationẽ acce
ptauerit:vt vult Cald. in ꝯſi. xvij. inci. pñtatus. hoc ti. đ quo di
cto

ćto fecimus ēt mētionē.ſ.in d.v.q.prin. in j.&. viij. arti. vñ dixi-
mus.ſ. ēt in j. q. prin. hui⁹ ptis in xvij. arti. ꝙ ſi pñtatus antè ac-
ceptationē pñtationis mortuus fuerit, vel renūciauerit pñonis,
nō hr̄e iterū tp̄s ad pñtandū, ſicut ſi acceptaſſet pñtatus: qa non
dr̄ pfecta pñtatio. de quo ēt multa diximus in d. v. q. prin. in ij.
art. cū demōſtrauimus diſpōnē.d.c.q̄ ſit. p quā electus hēt men
ſem ad acceptādū, nō hr̄e locū in pñtationibus: qa cū non dicat̃
pfecta pñtatio ſine acceptatione, elapſo tp̄e dato ad pñtādū, fit
deuolutio ad ſupiorē: acſi nullo mō pñtaſſet, nō dicet̃ ergo pñ-
tatus, niſi pñtationē acceptauerit, ſi nō dicet̃ pñtatus, ergo nō
erit citādus. ¶ Et ex hoc infero, ꝙ ſi abſens caſu quo pōt, puta qñ
3 eſt † notus hñti inſtituere, pñtaret̃: qa hēt expreſſè acceptare, nō
erit vocādus citatione ſpeciali, donec acceptauerit p̄ſentationē
qa tunc dicet̃ verè pñtatus: ſi vero fuerit pñs, & paſſus eſt ſe prę-
ſentari, tacitè acceptauit, & ſic erit pfecta pñtatio: & iō veniet ci
tādus citatione ſpāli: iuxta ea quæ diximus in d.v.q.prin.in j.ar.
dū cōcluſimus in abſente pñtato reqri acceptationē expreſſam
4 in p̄ſente vero ſufficere tacitā pmittēdo ſe p̄ſentari. ¶ † Infero
ex p̄dictis & aliud, ꝙ ex quo hmōi citationes ſpeciales & genera
les eſſe faciendas, nō ad inſtātiā partis, ſed ex mero officio iudi
cis: vt in d.c.fi.& ibi gl.in verbo, inanes.in fi.& illas facere debet
iudex poſt electionē factā: licet in electione ſufficit electionē fa
ctam: adeo ꝙ nō expectabit̃ cōſenſus electi: in pñtatione aūt nō
poterūt hmōi citationes emanare, niſi ſaltem ſit facta vna pñta-
tio pfecta: puta qa pñtat⁹ fuit pñs, & paſſus ē ſe pñtari, tacitè illā
acceptādo, vel ſi pñtatus fuerit abñs, illā acceptauerit exp̄ſſè: qa
al's nō dicet̃ pfecta pñtatio: vt ꝓxi. dixim⁹: iō expectabit̃ ꝯſenſ⁹
alias non poterūt emanare citationes: qa ille emanāt electione
facta, & ſic pñtatione facta. ſ. pfecta: vt ꝓbat̃ in illo tex. c.fi.ī prin.
ibi electione celebrata. & ibi glo.ij. dicit in fi.& idē in pñtatione
ſ. celebrata. & in verſi. vocationē. tex. dicit electio facta eſt. & in
fi. ēt ſi electio in cōcordia celebrata fuerit. qbus verbis apparet
5 reqri ad hoc † vt citatiōes p hñtē inſtituere fiāt, fuiſſe factū antè
actū pfectū electionis ſeu pñtationis, nō ſufficiet ergo pñtatio-
nē ſolū factā nō acceptatā. Nota iſta duo dicta: qa vera, & nunq̄
cogitata: & faciunt quę dicemus. j. in xvij. ſequen. articu.

¶ Decimus ſextus art.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Superior ſi informat ſe de his, quæ etiam nemine opponente debet in-
quirere, iuxta formam c.cum dilecti.de elect.libr.vj.an teneat inſtitutio fa-
cta, vel an adhuc requirantur vocationes. Et nu. 2.*

1 Vlterius xvj. dubitatur †: pone ꝙ ſupior informat ſe de
his, q̄ ēt nemine opponēte dēt inqrere, vt in
c.cū dilecti. de elec. an teneat inſtō facta vel adhuc reqrātur vo
cationes. & licet Io.an. al'r formet hūc arti. tñ ex eius dictis appa
ret deciſio pñtis arti. nā q̄rit ſi ſupior informat ſe de his quę ēt
nemine opponente dēt inqrere. an teneat ille ꝓceſſus, ſi poſtea
ꝯfirmat ſine vocatiōe. & reſpōdet, dic, ꝙ ſic: qa ille tex. annullat.
tm̄ cōfirmationē: al's ꝓceſſus remanebit validus &c. p̄ſupponit
2 em̄ Io.An. in caſu articuli nr̄i † ꝯfirmationē ſeu inſtōnē eē nullā
nō præuijs vocationib⁹, q̄uis ex officio ſe informauerit de his, q̄
opponi poſſent. & hoc eſt clarū: qa nō ſufficit īformatio ſine vo
catione, cū ꝓ forma & ſubſtātia cōfirmationis ſeu inſtōnis ſint
datę ipſæ citationes: vt dixim⁹. ſ. in xij. p̄ce. arti. & hoc ēt colligit̃
ex verbis Domi. ibi in ij. col. in verſi. ſed pone. & Phi. frā. in fi.

¶ Decimusſeptimus arti.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *Proceſſus factus per ſuperiorem de his, quæ nemine opponente debet inqui-
rere, an teneat, ſi poſtea confirmat ſiue inſtituat ſine vocatione.*
2 *Inſtituere habens ſeu confirmare, non poteſt procedere ad citationes, niſi ele-
ctione, vel præſentatione perfecta. & nu. 3.*

Et ideo Cōdeſcēdo. xvij. ad dubium formatum p Io.an.
1 † an ſi ſupior informat ſe de his, q̄ etiā nemine
opponēte dēt inqrere, iuxta. d.c.cū dilecti. de elec. an teneat ille
ꝓceſſus, ſi poſtea cōfirmat ſiue inſtituat ſine vocatiōe. & Io.an.
in d.c. fi. dicit ꝙ ſic. quē ibi refert & ſeqtur Domi. in ij. colū. in
ver. ſed pone. qa ille tex. annullat tm̄ ꝯfirmationē, & ſic inſtōnē
ergo al's ꝓceſſus remanebit validus: imo dicit ipſe, ꝯfirmatores
diſcreti nō ponūt edicta anteq̄ ſaltē examinēt formā electiōis,
& ſic pñtatiōis. ¶ Ex qb⁹ vltimis verbis Io.an. patet id, qd̄ ꝓxiè
2 diximus in fi. ꝓxi. p̄ced. xv. arti. † pñtē inſtituere nō poſſe ꝓcede
re ad citationes, niſi pfecta electiōe vel pñtatiōe, cū Io.an. dicat
ꝯfirmatores & diſcretos nō ponere edicta anteq̄ ſaltem exami-
nēt formā electionis & ſic pñtationis. p̄ſupponit igit̃ formā p̄ceſ
ſiſſe, q̄ forma p̄ſupponit pfectionē electionis, vel pñtationis: &
hoc ēt format̃ ex ſequē. verbis. ¶ Subdit em̄ ibidē Io.an. & p p̄-
dicta īfert̃, ꝙ † licet ꝯfirmatio fcā, & ſic inſtō ſine vocatione irri-
tet̃ p illū tex. nō tñ electio: vñ iterū quęrendū erit de viribus ele-
ctionis: & ſic pñtationis. alleg. text. in c. ſi cōfirmationē. de elec.
lib. vj. q text. clarè hoc dicit & oēs ibi: & ideo nō inſiſtendū. ſeqt̃
ēt iſta Phi. fran. in d.c. fi. añ fi. in verſi. & aduerte. qui dicit totū ꝓ-
ceſſū factū antè cōfirmationē non caſſari. ¶ Quod intelligerē
verū, non tñ pręiudicari parti non vocate. ¶ Et p̄dicta ēt tenet
Gaye. in d.c. fi. in ſua repe. in fi. ij. col. & in prin. iij.

¶ Decimus octauus arti.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Electio ſeu pręſentatio, de qua in ca. final. de elect. libr. vj. an caſſari poſſit
ſine citatione, ſeu vocatore. Et nu. 2. & 3.*

1 Et ex Prædictis orit̃. xviij. arti. † quid ſi ſupior non confir
mat ſeu inſtituit, ſed caſſat electionē ſeu pñtationē
ſine citatione, an valeat. Et Io.an. in d.c. fi. quē ibi ſeqtur Domi.
in ij. colū. in verſi. quid ſi ſupior. dicit, ꝙ ſic: qa ex quo videt ele
ctionē ſeu pñtationē nō canonicā, bene facit ipſe illas caſſando
nā tex. d. c. fi. nō annullat niſi ꝯfirmationē ſeu inſtitutionē: ergo
in informatione nō hēt locū iſte tex. & ſicut olim poterat caſſa
re ſine vocatione. c. nihil. de elect. ſic poterit hodie, ex quo in d.
c. fi. non mutatur. allegat ad hoc. c. inſtitutio. in fi. eo tit. ¶ Nec
obſtāt, dicūt ipſi, coelectū vel oppoſitorē hr̄e legitimā cām que
relādi: & ſic cōpñtatū ex quo vocati nō fuerūt, qa tūc nō eſt ve
rū cū iſta ꝓnūciatio faciat in eorū fauorē: & ſi dicant ex illa ꝓnū
ciatione forè grauatos, hñt remediū appellandi. c. ſi poſtq̄. de e-
lec. c. ij. de reſt. in integ. c. ſignificauerūt. de excep. ſeqtur prędic.
do. Phi. fran. in d.c. fi. in fi. ¶ Gaye. vero in d. ſua repe. c. fi. præ
dicti in fi. ij. col. & in princ. iij. relata. d. opi. Io. an. & Domi. di-
cit illā ēt ſequi ibi Petrum de Anch. ip̄m vero Gaye. dubitare de
hoc, cū ille ſuperior nō videat̃ ſeruaſſe formā. d.c. fi. in duobus.
qa nō p̄miſit citationē ſm ordinē lr̄e, & non diſcuſſerit negotiū
cū aduerſario fortè cōparente, qd̄ ſalubrius eſt: & ideo quantū
ad effectū ꝓceſſus ſeu ꝓbationū non videt̃ bene factū: quantū
ad ſimplicē informationē, fatet̃ ea potuiſſe facere, ſicut ſibi pla-
cuerit, & teneret proceſſus. vt ēt nos diximus in duobus ꝓximis
p̄cedē. arti. ¶ Et iō ſubdit ipſe Gaye. practicā eē, vt ipſe etiā di-
xerat in ij. p̄ce. ſua col. ꝙ poſt citationes ſaltem p edictū daretur
terminus pñtato ad pñtandū, & tūc diſcutiet̃ negotiū cū oppo
nētibus, al's cū ꝓcuratore, fiſcali ſi ſibi videbit̃: & ſubdit ēt requi
ri cōſenſum capituli de iure cōi, ſm doc. ibi. de quo vltimo dice
mus. j. deo duce in iij. par. huius ſcd̄i lib. in j. q. in iiij. artic. vbi
melius cadet: qa ibi tractabimus de actuali inſtitutione. ¶ Tu
2 † cōſidera ambas opiniones poſſe ꝓcedere. ſ. & Ioā. an. & ſequa
ciū cōcludētiū caſſationē tenere, nō obſtāte diſpōne. d. tex. c. fi.
quāuis fieret ſine citatione. Verū non habebit vim diffinitiuę:
vt oēs doc. ibi ꝯcludunt in pura cōtumacia, nō tñ p hoc eſt falſa
opinio ipſi⁹ Io. an. Verūtamē eſt cautius ſequi ordinem Gaye.
vt ſaltem facta citatione gñrali p edictū, dum erit faciēda diſcuſ
ſio negotij: vt in illo tex. mādat̃, poterit caſſari electio ſeu pñta-
tio auditis oppoſitorib⁹, ſi ꝯparuerint, vel ꝓcuratore fiſcali: & ſic
dicet̃ facta caſſatio cū cāæ cognitione, & hēbit vim diffinitiuę:
vñ quāuis hoc ſit cautius, nō p hoc reprobat̃ opinio Io.an. cū re
vera tex. in d.c. fin. nil iuris antiqui mutet in caſſatione electio-
3 nis ſeu p̄ſentationis. Vnde † ſicut antiqtus poterat fieri confirma
tio: & ſic inſtō ſine citatione anteq̄ emanaret dicta cōſtō. d.c. fi.
vt dicit gl. ibi in verbo, inanes. p ea q̄ volebāt doc. in ca. cōſtitu-
tis. de appell. & nos diximus. ſ. in prin. xij. pręce. artic. ita nūc po-
teſt fieri etiā caſſatio ſine citatione, ſicut fieri poterat ante. d. cō
ſtitutionem. d.c. fi. cum per eam nihil in caſſatione immutet̃: &
pro prædictis, quod dicit Roma. in conſilio cccclxxxiij. omnipo
tenti &c. in propoſito caſu.

¶ Decimus nonus arti.vj.q.prin.ij.par.ij.Libri.

1 ☞ *Coelectores compreſentati ſeu oppoſitores certi, citandi ſunt certa citatio
ne: incerti, incerta: alioqui inſtitutio ſeu confirmatio nulla eſt.*
2 *Citatio actualis requiritur: non tamen ſufficit mandatum de citando.*
3 *Differentia an ſit inter mandatum de citando illos, qui volunt ſe opponere, &
mandatum de citando illos, qui ſe opponunt.*
4 *Inueſtire, aliud eſt, aliud mandatum de inueſtiendo.*

Succeſſiue Dubitatur. xix. ex quo tex. d. c. fi. de electio.
1 libr. vj. vult vt ſ. † vidimus forè citandos
coelectos, compreſentatos, ſeu oppoſitores certos citatione
ſpeciali, incertos autē generali per edictū, al's cōfirmatio ſeu in-
ſtitutio eſt nulla: & hoc debere fieri ex officio habētis inſtituere
& non ad inſtātiā partis: vt dicit glo. in verbo, inanes. in fi. quæ-
ritur modo, an ſufficiat habēti inſtituere facere mandatū de citā
2 do illosq, ſe opponūt: † & clarū eſt debere fieri citationē actua
lem, vt ſatisfiat illi tex. vt oēs notitiā habēt, certi citatione cer
ta, incerti p edictū: & nō ſufficere mandatū de faciendo, niſi fiat
quia cum iſtę citationes requirant̃ de ſubſtantia & forma, ex-

pediri debent in forma ſpecifica:vt diximus ſupra in xiij.p̃c.arti.
¶Et Io.And.in d.c.fi.quærit,an ſit differentia inter mandatũ de
3 citando†illos, qui volũt ſe opponere:& mandatũ de citãdo il-
los qui ſe opponunt?& remittit ſe ad nota.per eum in c.dilecti.
in gl.ij.de excep.& in c.ij.ſuper.v.gl.de rapto.libr.vj.& Domi.in
d.c.fi.in iij.col.in verſic.quæro an ſit differentia ſimiliter.quærit
de hoc.& breuiter concludit aliud eſſe mandatũ de faciendo:&
aliud eſſe mandatum ꝙ faciat.& pro hoc adducit gl.inanẽ,in c.
4 pe.de electio.li.vj.†quæ pulchrè dicit,aliud eſſe inueſtire: aliud
mandare de inueſtiendo. Vnde ego concludo non ſufficere mã
dare expediri citationes,niſi actualiter expediantur,ſpecialis ci-
tatio expeditur contra certos nominatim citando eos, vt com
pareant oppoſituri &c.incerti vero per edictum,vt ſi qui ſint, q
ſe velint opponere,cõpareant: vt clarè prædicta colliguntur ex
verbis expreſſis,d.c.fi.in verſic.vocationem.& voluit Gaye.ibi-
dem.in xj.col.ſtatim ante verſic.in gl.fin.allegando à ſimili in c.
cum accepimus.de purga.canonica.

¶Vigeſimus artic.vj.q.princ.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Inſtitutio an vitietur in totum, an ſolum quoad vocatos, caſu, quo requiri tur ſpecialis citatio de pluribus: & aliqui fuerunt citati, & aliqui non, & numer. 3.*
2 *Actus confectionis inuentarij, poteſt afficere vnum creditorem, puta vocatũ, non vocatum vel non.*
4 ☞ *Collatio facta per epiſcopum ſpreto patrono, eſt ipſo iure nulla, ſi patronus non perſeuerauerit intra tempus, alias ſecus.*

1 Et ideo adhuc dubitat̃.xx.loco,†eo caſu,quo requireret̃
ſpãlis citatio de pluribus,ſi fuerunt aliqui citati,
& aliqui nõ:an vitietur inſtitutio in totũ,vel ſolũ,quo ad nõ vo
catos?Io.And.in d.c.fi.tenet in totum vitiari iudiciũ, cum defi-
ciat ſolẽnitas:ſed melius dixiſſet,forma ſeu ſubſtantia requiſita
in d.c.fi.quia omnes debẽt nominatim citari,ſi ſunt certi. ¶Do.
Phi.Franc.tñ in d.c.fi.in pe.col.in verſi.quarto quęrit̃,relata opi.
Io.And.dicit Bal.poſt Cy.& Iac.Butri.in aut.ſi oẽs.C.ſi vt ſe ab
hære.abſti.tenere cõtrariũ,vt ſic tunc valeat cõfirmatio, inſtitu
tio,vel ſnĩa reſpectu citatorum reſpectu vero aliorum dicit eſſe
nullã & facere tex.in l.etiam.§.fi.ff.de mino.& ideo Bal.ibi con-
cludere valere inuẽtariũ factũ per hæredẽ reſpectu creditorum
citatorum reſpectu vero aliorũ non vocatorum,non valere: q̃a
quo ad citatos vr̃ fuiſſe ſeruata forma & remittit ſe Phi.ad dicta
ꝑ Bal.d.aut.ſi oẽs.& in l.ſi eo tp̃e.C.de remiſſ.pigno.& in l.ſi cu-
ratoris.C.de iure deliber.& ita reſidet ibi Phi.Franc. ¶Tu aduer
tè Io.An.rectius eſſe loquutũ cũ clauſula decreti, irritans actũ
ꝯfirmationis,ſeu inſtitutiõis ipſo iure appoſita in illo tex.inficit
oẽm confirmationẽ ſeu inſtitutionem factam nõ vocatis no-
minatim oĩbus certis. Si ergo ꝯfirmatio ſequuta aliquo omiſſo
de certis, ſeu inſtitutio nulla ipſo facto, q̃uo poſſumus dicere,
quo ad vocatos,valere:quo ad nõ vocatos nõ valere: q̃a hmõi
actus dr̃ indiuiſibilis:& ſic nõ põt pro parte valere, & pro parte
2 non. ¶Non†obſtãt modo autoritates Bald.quia loquuntur in
facto ſeu in actu diuiſibili.ſ.cõfectionis inuẽtarij,qui põt affice-
3 re vnũ creditorẽ: puta vocatũ,nõ vocatũ vero non. ¶†Vnde
tenerẽ opi.Io.an.moderatã tñ,iuxta ea, quæ diximus. s̃. in p̃ce.
xiij.articul.dum declarauimus qualiter intelligi debet conſiliũ
Roma.cccclxix.vt ita demum ſit nulla cõfirmatio ſeu inſtitutio
ꝑꝑ omiſſionẽ alicuius coelecti,compreſentati,vel ſe opponere
volẽtis nõ vocati:ſi illi non vocati hñt ius aliquod, & intereſſe
patiant̃:tũc enim admittetur:ac ſi nulla eſſet facta cõfirmatio vl̃
inſtitutio:ſed ſi nõ conſtaret de aliquo eorũ intereſſe, vel iure,
remanebit firma confirmatio vel inſtitutio:per d.aureum conſi
4 lium Romani:vt in d.xiij.artic.diximus poſt eum. ¶†Sicut etiã
dicimus collationẽ factam per epiſcopum ſpreto patrono eſſe
ipſo iure nullã:tñ ſi infra tp̃s non præſentauerit patronus, tene-
bit iure deuoluto collatio iam facta: vt no.in c.decernimus.xvj.
q.vij.& dicemus.ĩ.in iij.par.in ij.q.princ.in ij.artic.

¶Vigeſimusprimus artic.vj.q.prin.ij.par.ij.Libri.

1 ☞ *Peremptorij appoſitio, an & quando debeat apponi in citatione, de qua in c.fi.de elect.lib.vj.*

1 Dubitatur Etiam.xxj.†an ſit neceſſarium,vt in citatio-
ne fiat appoſitio peremptorij.Io.And.in d.
c.fi.de elec.lib.vj.diſtinguit,aut fit trina citatio,& non eſt neceſ-
ſe apponi peremptorium: aut fit vnica, & tunc ſis cautus (dicit
ipſe)aut apponas peremptoriũ: iuxta formã.d.c.fi.alias nõ vale
ret citatio.& remittit ſe ad notata in c.ij.de dilatio. ¶Domi.ve-
ro in d.c.fin.in fi.iij.col.in verſ.q̃ro,an ſit neceſſariũ refert hęc d.
Io.And.& ſubdit Io.de Imol.ibi dicere p̃dicta vera, niſi fiet præ-
ceptum:& monitio ꝑ iudicem ipſi coelecto: quia talis monitio
habebit vim peremptorię:vt dicit eſſe glo.ſing.in c.cõſuluit.de
offic.deleg.& caſum ſing.& ibi gl.in l.ij.C.quomodo & quãdo
iud. ¶Phil.Franc.in d.c.fi.in fi.j.col.in vlt.not.refert dicta Io.An.
& pro dicto ipſius volentis,quando fieret trina citatio,nõ requi
ri peremptorium.alleg.tex.in l.tres denuntiationes.C.quomo-
do & quando iud.refert etiam dicta Imol.illo tacito:& de mate
ria remittit ſe ad plenè dicta per In.in c.ad petitionem.de accu.
¶Gaye.ſequitur breuiter ſupraſcripta in d.c.fi.in ſua repeti.poſt
princ.vj.col.in verſi.item nota, ꝙ in iſto. ¶Et de iſto perempto-
rio,quod apponitur iuxta.d.c.fi.pulchrè loquitur Oldra.conſil.
ſuo.iij.vt ĩ.in ſeq.xxj.artic.dicemus.

¶Vigeſimusſecundus artic.vj.q.princ.ij.partis.ij.Libri.

1 *Probatio fieri debet ordine iudiciario.*
2 *Edicti formula.*
3 *Edictum debet eſſe generale.*
4 *Inſtituere habens poteſt admittere patronos ad præſentandum, ex vrbanitate, tempore elapſo.*
5 *Ordinario elapſo ſemeſtre non prouidente deuolutio fit ad ſuum ſuperiorem.*
6 *Citatio generalis vel ſpecialis non eſt neceſſaria, cum habens inſtituere admittit ex vrbanitate patronos ad præſentandum poſt tempus datum à iure. & nume.7.*
8 *Inſtitutio quo caſu teneat ſine edicto & inſtitutione particulari.*

Videamus Modo.xxij.de forma ipſius edicti apponẽ-
di,& Gaye.in d.repe.c.fi.de elec.lib.vj.in v.
col.in verſ.itẽ nota, ꝙ forma.colligit ipſam formam edicti ex il-
lo met text.& dicit formam edicti eſſe, vt ſi qui ſint, qui ſe volũt
opponere,nõ autem de citando illos,qui ſe opponũt: vt dixim⁹
s̃.in xix.p̃ce.art. ¶Subdit poſtea poſſe tñ ep̃m pro intereſſe eccle
ſię aliquem compellere, vt interſit per no.in ſimili per Abb.poſt
doct.in c.quia ꝓpter.in ij.col.de elect. & etiam in iij.quia ſi edi-
ctum vellet aſtringere præſentandum.ĩ. terminum edicti,tranſ
grederetur formam illius c.fi.Et pro hoc dicit facere,quod not.
in c.cupientes.in princ.in verſi.cupientibus.de elect.lib.vj.& in
1 cle.ſæpe.in verſ.poſt dationẽ articulorum. de verb.ſig.† & quia
ꝓbatio dẽt fieri ordine iudiciario:vt ĩ c.dilect⁹.el ij.de ſimo.& ſic
fũdato iudicio inter partes: vt no.Bal.ĩ l.vna.C.de alie.iud.mu-
tan.cã fac.in iij.col.quod dicit eẽ notãdũ in facto. ¶Do.Philip.
de Sarra.vero in hac rub.in fi.vj.char.in verſ.ſed vt tradendo.po
nit quandam formam edicti ſimpliciter, illam aliter non decla-
2 rãdo:quam ego ẽt hic ponam,aliquibus† additis & diminutis:
videlicet: Edicti formula. Cæſar Lambertin⁹ I.V.D.Dei & Apo
ſtolicę ſedis gratia epiſcopus inſulen̄.vniuerſis etiã ſingulis hoc
pñs edictũ inſpecturis,viſuris,& audituris, pariter & lecturis ſa-
lutẽ in domino. Vacante nouiter quadam capella ſub vocabu-
lo ſancti Hieronymi intus ep̃alem eccleſiam Inſulen̄.per mortẽ
quondam preſbyteri B.clerici ep̃atus prædicti vltimi, & imme-
diati beneficiati ſeu capellaniæ poſſeſſoris decẽ capellæ ſancti
Hiero.cõparuerũt coram nobis C.D.de ſp̃enato laici de dicta ci
uitate Inſulæ,aſſerẽtes ſe patronos,& habere ius pat. ſeu eſſe in
quaſi poſſ.ipſius,& præſentandi capellanũ in dicta capella, cũ il
lam vacare contigerit: & ſic præſentarũt nobis venerabilẽ virũ
p̃ſbyterum.F.clericũ dictæ eccleſiæ ep̃alis p̃ſentẽ, in capellanũ
dictæ capellæ,petentes illũ à nobis inſtitui:nos vero attendẽtes
dictũ ap̃li dicentis,non eſſe cito manũ imponendam electo,di-
ctam præſentationẽ ſic vt p̃mittit̃ corã nobis factam de dcõ.F.
infra tp̃s à iure patronis laicis datũ ad pñtandum de p̃dictis ve-
rã notitiam non hñtes,admiſimus, ſi & inquantũ, & ne aliquis
poſſit allegare ſe ſupplantatum:tenore pręſentis noſtri edicti re
quirimus & monemus omnes & ſingulos aliquod ius vt pñtan
tes vel vt præſentati prætendentes in prædictis vel dictæ p̃ſenta
tiõi & ꝯ perſonam præſentati opponere volẽtes, & quomodo-
libet ſua intereſſe putantes, quatenus.ĩ.terminũ dierũ nouem,
quorũ tres dies ꝓ primo:tres ꝓ ſecũdo:& reliquos tres dies pro
tertio, & vltimo peremptorio termino eis:& cuilibet ipſorum
aſſignamus,comparere debeat coram nobis ad dicendũ,oppo-
nendũ,& allegandũ quicquid dicere,opponere,vel allegare vo
luerint, quare ꝓcedi nõ debeat ad ĩſtitutionẽ petitã vigore pñ-
tationis aſſatæ factæ coram nobis, ꝑ s̃.ſcriptum.C.D. de s̃.ſcri-
pto.F. alioquin dicto termino elapſo, & aliquo nõ cõparente,
& legitimè ſe opponente ꝓcedet̃ per nos iuribus pñtantiũ, &
præſentati valentibus: & ipſius p̃ſentati meritis requirentib.ad
eius inſtitutionem, ꝓut iuris fuerit,non obſtãte,ꝙ de tp̃e dato à
iure ad præſentandũ ſuperſit, vt de p̃miſſis nullus ignorantiam
allegare poſſit, hoc pñs publicũ & gñrale edictũ ꝑ infraſcriptũ
nr̃m actuariũ deſcribi fecimus:& in vna ex colũnis intus ipſam
epiſcopalem eccleſiam exñtibus per talem nuntium noſtræ cu-
riæ affigi iuſſimus: noſtri quo vtimur ſigilli impreſſione robo-
ratum, à nemine auferendum, ſub excommunicationis poena,
niſi

niſi per eundem noſtrum nuntium. Dat. in ep̃ali noſtro palatio
Inſuleñ. tali die, mẽſę, anno, indi. põtificatus, & pręſulat⁹. nr̃i &c.
¶ Quæ quidem forma ſic declaratur. diximus enim nos Cęſar
ep̃s Inſuleñ. &c. quia cum p̃ntatio debeat fieri coram h̃ñte inſti
tuere. vt dixim⁹. s̃. in iiij. q. prin. hui⁹. p̃tis in j. art. & p̃ totũ. & p ip-
ſũ ſiue ſit ordinari⁹ ſiue ĩferior p̃lato ſint faciẽdæ citationes. de
qb⁹ in d. c. fi. vt dixim⁹. s̃. in vj. p̃ce. arti. & nõ fit ad inſtãtiã p̃tis:
ſed ex offõ h̃ñtis inſtituere, vt vult gl. in d. c. fi. ĩ verbo, inanes. in
fi. iõ appoſuim⁹ nomẽ & dignitatem ĩſtituere h̃ñtis. ¶ Poſuim⁹
3 ẽt illa verba vniuerſis & ſingulis &c. † qa dẽt eſſe edictũ genera
le ↄprehẽdẽs oẽs p̃ſonas: & ideo eſt neceſſariũ, ſiue ſint certi ci-
tãdi ſiue nõ: vt diximus in x. & xj. p̃ce. art. ¶ Diximus, vacãte qua
dã capella, apponẽdo nomen eius, locũ ſituationis, modũ vaca-
tionis, & p̃ mortẽ cuius nomina p̃ſentantiũ, & præſentati, petẽ
do pręſentatũ inſtitui: & ſic quaſi formã p̃ſentationis: p̃ eã quæ
diximus ſupra in iij. q. prin. huius partis in xj. arti. vbi oĩa verba li
belli p̃ſentationis declarauim⁹, ad quẽ effectũ appoſita fuerũt:
vide ibi. & bene dicerẽ, melius & cautius eſſe, ſi habens inſtitue-
re in ei⁹ edicto includeret totũ libellũ, ſeu notulã ipſius p̃ntatio
nis de verbo ad verbũ, vt melius vocati certificarent̃. ¶ Dixim⁹.
p̃ntẽ, loquendo de p̃ntato, vltra expoſitionẽ, quã dedimus in d.
xj. arti. ẽt vt videat̃ p̃fecta p̃ſentatio: qa ea nõ exiſtẽte perfecta. ſ.
acceptata p̃ p̃ntatũ ſaltem tacitè, cum eſt p̃ſens vel expreſſè, cũ
fuit abſens: p̃ ea, quę diximus. s̃. in xv. præce. arti. ¶ Diximus,
nos vero attẽdẽtes, dictũ ap̃li dicẽtis non eſſe cito ĩponẽdã ma-
nũ electo, ad demõſtrandũ diſpõnẽ. d. c. fi. de elec. lib. vj. loquẽ-
tem in electione pariformiter h̃re locũ in p̃ntatione: p̃ ea, quę
diximus. s̃. in ij. præce. arti. ¶ Diximus p̃ntationẽ factã infra tp̃s
à iure p̃ronis datũ ad p̃ntandũ, qa poſt illud tp̃s non eſt admit-
tẽda p̃ntatio p̃ habẽtẽ inſtituere: ſed ꝓuiſio eccleſię ad eũ deuo
4 luitur. c. ij. de ſup. neg. p̃la. c. vnico. hoc ti. li. vj. cum ſimi. ¶ † Quã-
uis ẽt elapſo dicto tp̃e h̃ñs ĩſtituere, poſſet p̃ronos admittere ad
p̃ntãdũ de eius vrbanitate: vt diximus latè. s̃. in j. q. princ. huius
p̃tis, in xxvij. artic. & ad ibi dicta adde, ꝙ ſi h̃ñs inſtituere, expe-
ctat p̃ronos vltra tp̃s eis cõceſſum à iure illud pluris cõputabit̃
h̃ñti inſtituere ĩ ſuo ſemeſtri, qd̃ h̃et ad ꝓuidẽdũ iure deuoluto
5 iuxta. c. ij. & ibi p̃ doc. de ↄceſ. p̃bẽ. † adeo, ꝙ elapſo ſemeſtri, &
eo nõ ꝓuidẽte, fit deuolutio ad ſuũ ſuperiorẽ: iuxta. d. c. ij. de cõ-
ceſ. prębẽ. & nõ poterit allegare ſe expectaſſe patronos vltra tẽ-
pus datũ à iure. iſta eſt aurea doctrina. Bal. in c. quãto. in fi. de iu-
6 di. alleg. c. bene. lxj. diſt. & ibi Archi. ¶ † Et dicit tunc ep̃m de
ſuo p̃rono donare, vt nos ẽt diximus. s̃. in d. xxvij. art. j. q. prin. hu
ius p̃tis. & ex hoc infero, ꝙ ſi poſt tp̃s datũ à iure, vellet habẽs
inſtituere, adhuc admittere p̃ronos ad p̃ntãdũ, qa nõ eſſet vera
præſentatio: ſed quædã noĩatio, quã habẽs inſtituere permitte-
ret, & nemini iniuriã faceret, dando ius ſuũ, non eſſe neceſſariã
appoſitionẽ edicti pro incertis: nec ẽt citationẽ ſpecialẽ pro cer
tis: qd̃ certè eſt nouũ & mirabile. cogita tñ, qa poſſet dici adhuc
ſaltẽ neceſſariã, non dico citationẽ ſpecialẽ: qa nemini iniuriã
faceret &c. ſed citationẽ generalem p̃ edictũ, nõ ꝓ cõpręſenta-
to & appoſitorib. ſed pro aliq̃bus cõpatronis, vel in quaſi. poſ.
p̃ſentãdi exſtẽtibus h̃ñti inſtituere incognitis, quorũ intereſſe q̃
maxĩè vertit̃ ne aliq̃s extraneus acq̃ret q̃ſi poſ. p̃ talẽ p̃ntationẽ
& inſtitutionẽ ſequutã: & iõ edictũ principal̃r pro ipſis p̃ronis
apponit̃: vt diximus. s̃. in ix. & x p̃cedẽ. artic. ¶ Niſi diceres p̃ talẽ
p̃ſentationẽ factã extra tp̃s, ẽt inſtitutione ſequuta, non acquiri
quaſi poſ. ¶ Et ſi diceret̃ ↄ̃, qa poſtq̃ quis euicerit ius pa. repræ-
ſentat vel ↄſeruet ſibi quaſi poſ. vt no. in c. eã te. in c. iij. in ca. ſi
vero. & in c. ſuggeſtũ. hoc ti. & nos dixim⁹ latè in j. q. princ. hu-
ius partis in ix. art. Et certũ eſt iſtã repręſentationẽ fieri poſt tẽ
7 pus datũ † ad p̃ſentandũ: qa repręſentio fit de iam ꝓuiſo p̃ habẽ
tem inſtituere iure deuoluto, ex quo infra tp̃s datũ ad p̃ntandũ
lis nõ fuit finita. ¶ Ad qd̃ tñ facilis eſt reſpõſio. nam ibi illa re-
pręſentatio & reinſtitutio h̃et vigorẽ cõſeruationis ſeu acq̃ſi-
tiõis quaſi poſ. qa fit ad executionẽ ſñię quã obtinuit euincẽs:
vt dicũt doc. in dictis locis. & eſt p̃ſupponẽdũ p̃ceſſiſſe citatiões
generales, & forſan p̃ticulares. Sed in caſu nr̃o ſi edictũ non ap-
poneret̃, ne noceret cõp̃ronis, talis p̃ntatio, & inſtitutio nõ vo-
catis, licet teneret inſtitutio, quę ſolũ ↄcernit p̃iudiciũ h̃ñtis in
ſtituere: vñ ↄcludo edictũ nõ req̃ri in hoc caſu. Verũ p̃ talẽ p̃n-
tationẽ & inſtitutionẽ extra tp̃s factã ſine edicto nõ acquiri p̃n-
tãtib⁹ quaſi poſ. nec p̃ eã ↄſeruari, ĩ p̃iudiciũ aliorũ p̃ronorũ ſeu
in quaſi poſſ. p̃ntãdi exiſtẽtiũ: verũ ſi apponeret̃ edictũ p̃ntãtes
h̃rent ſupra ſcriptos effect⁹. ¶ Ex qb⁹ tñ collige vnũ caſũ in quo
8 tenebit inſtõ ſine † edicto & inſtõne particulari. ſ. qñ h̃ñs ĩſtitue
re ex vrbanitate extra tp̃s datũ ad p̃ntãdũ, admitteret p̃ntantes.
nota prędicta, qa noua, & vt puto vera: ſed nunq̃ ↄſiderata. ¶ Di-
xim⁹, de p̃dictis verã notitiã nõ h̃ñtes: qa quãuis h̃ñs inſtituere
ſe ĩformet, nõ p̃ informationẽ dicet̃ h̃re verã notitiã, & iõ oĩno
h̃et facere vocationes: vt diximus. s̃. in xvj. & xvij. præcedẽ. artic.

& in xviij. in verſic. & iõ ſubdit ipſe. Gaye. ¶ Diximus admiſim⁹, ſi & inquantum, qa non ſimpl̃r, ſed ſic admittẽ la eſt p̃ntatio: vt diximus. s̃. in j. præcedẽ. arti. ¶ Diximus, ne poſſit allegare ſe ſup-plãtatũ: qa hęc fuit cã. d. c. fi. de elec. li. vj. vt in eo apparet, quæ multo magis in p̃ronis, q̃ in electoribus: vt diximus. s̃. in ij. præcedẽ. arti. ¶ Diximus, tenore edicti req̃rimus & monemus &c. qa ita p̃cipit tex. d. c. fi. vt moneant̃, q̃ velĩt cõparere: & ſic nõ eſt citatio neceſſaria, ſed volũtaria: vt p̃ doc. ibi. & nos tetigim⁹. s̃. in xiij. artic. ¶ Diximus, oẽs, & ſingulos, aliqd̃ ius, vt p̃ntantes p̃ntati & oppoſitores, &c. qa pro hoc triplici genere p̃ſonarũ fit appoſitio edicti: vt diximus. s̃. in ix. x. & xj. p̃ce. artic. ¶ Diximus ↄ̃ p̃ſentationẽ, & p̃ſonã p̃ntãtis: qa forma p̃ntatiõis eſt diſcutiẽ-da, & de idoneitate p̃ntati: vt dicemus. ĩ. in vlt. ſeq. art. ¶ Diximus, vel ſua putauerit intereſſe, p̃p aliquẽ forſan b̃ñficiũ colorate poſſidẽtẽ, p̃ ea, q̃ diximus. s̃. in xiij. p̃ce. arti. ¶ Diximus, quaten⁹ infra terminũ dierũ nouẽ &c. vt apponat̃ vera forma p̃em ptorij req̃ſiti p̃. d. c. fi. & diximus. s̃. in xxj. p̃ce. art. ¶ Diximus, ad dicẽdũ opponẽdũ &c. qa ↄpatroni poterũt cõparere, & dicere ius p̃ntãdi ad eos ſpectare, & p̃ntare illũ, vel alterũ, comp̃ntatus vero dicere ſe fore inſtituẽdũ, oppoſitores dicere formã in p̃ntatione nõ ſeruatã, p̃ntatũ nõ idoneũ vel indignũ: vt volunt doct. in d. c. fi. & nos diximus. s̃. in j. par. huius ij. li. in x. q. prin. in j. arti. ¶ Diximus alioq̃n dicto termino elapſo &c. qa poſt terminũ edicti, tenet inſtõ nemine cõparẽte: vt ĩ d. c. fi. ¶ Diximus, & legitĩè ſe opponẽt: qa cõparẽs: nõ qa dicit, vel ius non habẽs expellit̃: & facto eius nõ retardat̃ inſtõ. & diximus. s̃. in xiij. p̃ce. arti. ¶ Diximus, iuribus p̃ntantiũ, & p̃ntati valentibus, & ipſius p̃ntati meritis requirentibus: quia etiã in cõcordi p̃ntatione, & nemine opponente debet poni edictũ: vt diximus. s̃. in p̃ce. viij. artic. & deſtituti iura p̃ntantiũ: & p̃ntati ſaltem cum procuratore fiſcali: vt diximus in xviij. p̃ce. artic. & dicemus. ĩ. in vlt. ſeq. art. ¶ Diximus ad eius inſtitutionem, quia ſine edicto nulla fuiſſet inſtitutio ipſo iure: per ea quæ diximus. s̃. in xij. præced. articul. ¶ Diximus, nõ obſtãte, ꝙ de tẽpore dato à iure ad præſentandũ ſuperſit: quia dictũ tp̃s põt per edictum abbreuiari: vt diximus. s̃. in j. q. princ. huius partis. in xxviij. art. & dicemus. ĩ. in xxvj. ſeq. articu. ¶ Et diximus, vt de præmiſſis nullam ignorantiam &c. & ibi & in vna ex columnis intus ipſam epiſcopalem eccleſiam, vt poſſit deuenire ad notitiam omnium: & apponitur in loco eccleſię publico, & intus eccleſiam, vt ab oĩbus videri poſſit, & ab aqua non mandari & deperdi: & dicemus. ĩ. in xxiij. arti. ¶ Diximus, hoc pręſens publicũ, & generale edictum, ad differentiam citationis ſpecialis, quæ ſolũ fit, cum ſint p̃ſonæ certæ, generalis vero per edictum ſemper fit: vt diximus s̃. in ix. x. xj. artic. ¶ Diximus, p̃ talẽ nuntiũ noſtræ curiæ affigi, & à nemine auferendum, niſi per eundem noſtrum nuntium, vt fiat fides de appoſitione & remotione: vt dicemus. ĩ. in xxiiij. articu. & iſta ſufficiunt pro declaratione edicti. ¶ Citatio vero ſpecialis poterit à prædicta aſſumi, cum etiam in illa requiratur peremptorium: & quia certi citandi ſunt, eos etiam certificarem: & ideo in illa includerem etiam tenorem libelli præſentationis: & iſta quo ad has formas, pro nunc ſufficiant.

## ¶ Vigeſimustertius artic. vj. q. princ. ij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Edictum in qua eccleſia ſit apponendum. Et nu. 2.*
3 *Electio in eccleſia, denotat electionem eccleſiæ paſſiuam.*
4 *Edictum in qua eccleſia apponatur, non eſt de ſubſtantia, dummodo ſit locus publicus.*
5 *Edictum vbi ſit apponendum, non eſt requirendum, dummodo apponatur in loco publico in pręſentatione facienda per patronos vt ſingulos.*
6 *Edictum affigendum eſt in valuis eccleſiæ.*

Modo Edicto iam fabricato & compoſito videndũ eſt
1 xxiij. † in qua eccleſia debeat fieri iſta vacatio per
edictum & Ioan. And. in d. ca. fin. dicit poſt Arch. in illa eccleſia
edictum eſſe apponẽdũ, de cuius p̃latura ſeu b̃ñficio fit electio,
& ſic fit p̃ſentatio. Nec obſt. ſi diceret̃ illum text. ꝓbare ↄ̃riũ, dũ
dicit, in qua electio facta eſt: & ſic innuit põderãdũ eſſe locũ, in
quo fit electio: & ñ locũ ad quẽ eligit̃: qa exponi debet ille text.
in qua, id eſt, ad quã. ſm Arch. ibi. ¶ Et ex hoc infert Pau. ꝙ ſi vna
2 eccleſia habet ius eligẽdi in alia † eccleſia, & elegit, vt ſua eccl̃ia
p̃latum ad aliam eccleſiam cridã, ſeu edictũ eſſe faciendum ſeu
apponendũ in eccleſia, ad quã fit electio: & nõ in qua fuit facta,
ſm Paul. ¶ Quam etiam partem tenet Io. de Imol. qui ſubdit nõ
obſtare, ſi dicatur iſtam expõnem deſtruere illum text. nã r̃ñdet
illũ tex. ideo ſic dixiſſe: quia communiter fit electio in eccleſia,
de cuius electione agitur: & ideo dixiſſe in eccleſia, ad denotan
dum, ꝙ ſi alibi fit electio quã in eccleſia vacante, citationem de-
bere fieri in loco, in quo fieret electio: & ſic dicit ipſe ſuſtineri
opinionem iſtorum, non tamen ſine ſcrupulo, ſecũdum eum.

¶Superuenit Domi.in d.c.fi.in viij.col.in verſ.quæro,in qua ec-
cleſia & recitatis.ſ.dictis opinionibus ſubdit,tu dic,imo eſſe ve-
ram dictam opinionem:quia ille tex.intendit prouidere,ne ſup
plantentur illi qui volunt ſe opponere:& propter hoc petijt fie-
ri edictum in eccleſia,in qua fit electio,intellige paſſiuè, & non
actiuè:quia illi de eccleſia,in qua fit electio paſſiua,ſunt illi, qui
poſſunt ſe opponere contra coelectum:iuxta not.in cap. vt cir-
ca.de electio.libr.vj.debet enim fieri citatio ad eccleſiam illorũ,
quorum fit citatio.de dolo & contuma.in cap.fina.& ꝙ electio
3 †in eccleſia,denotet electionẽ eccleſiæ paſſiuam,dicit eſſe tex.
in cap.quã ſit.in prin**c**.eo.tit.& lib.ibi vt ſi quando fieret electio
in aliqua eccleſia.& ita reſidet Domi.ibi.¶Do.Phi.Franc.in d.c.
fi.in j.colum.ſuccinctè prædicta refert,& nil aliud dicit.¶Gaye.
vero in d.repe.cap.fi.in v.col.in verſicu.item nota, ꝙ iſta citatio
tenet eandem opin.Io.And.vt crida fiat in eccleſia vacante, ſeu
ibidem edictum apponatur, ad quã facta eſt electio ẽt ſi in alia
de conſuetudine fiat electio. ſi ergo fiat electio in loco ſolito,
iuxta ea quæ dicit Abb.in cap.cum in terra.in pe.col.& in ca.cũ
inter.in j.col.& in ca.ꝙ ſicut.in ij.col.& in ca.in cauſis.in iij.col.
& in c.quia propter.x.col.de elec.oportebit tamen ponere edi-
ctum in ipſa eccleſia,ad quam fit electio:vt ſ.eſt dictũ. ¶Et de-
mum Gay.ſubdit notabile verbum, quod iam ego cogitauerã:
ſed in preſentationibus nõ video locum neceſſariũ,niſi fortè in
præſentationibus collegiorũ. & ꝓ hoc dicit facere not.ꝑ Imol.
in c.ij.in v.col.de elec.& Car.ibidẽ in §.ſanè.& ꝑ Archi.in ca.vbi
periculũ in verſi.interdicta.de elec.libr.vj.& Abb.in c.j.x.col.de
poſtu.præla.¶Tu aduerte.Nam nos tractauimus.ſ.in ij.q.prin.
huius partis,in viij.artic.an patronĩ debeant ſimul conuenire in
præſentationis actu:& ↄcluſimus ſi ſunt patroni,vt vniuerſi, de-
bent cõuenire,ſi vt ſinguli,nõ.& ibidem in vij.art.etiã diximus,
an preſentatio ſit facienda vel fieri poſſit in eccleſia? & tandem
cõcluſimus p̄ſtationẽ particulariũ poſſe fieri vbiq; : p̄ſtationẽ
vero vl̄ium.puta collegij,debere fieri in loco ſolito,& cõſueto,
diximus etiã in d.viij.ar.cũ præſentatio eſt faciẽda per collegiũ:
& ſic ꝑ vniuerſos,eſſe vocandos oẽs de collegio, alias poterunt
agere de cõtemptu.¶Iſtis ſic ſtantibus,nulli dubiũ eſt caſus hu-
ius ↄuentionis ſimul & vocationis eſſe, vt non poſſint agere de
cõtemptu,neſcientes locũ coadunationis,t̄p̄s,nec eos eſſe voca
tos:& ideo quã maximè p̄dicta in dictis collegijs requirunt̄, cũ
poterũt iſti abbreuiare terminũ datũ à iure ad p̄ſtandum:vt di-
ximus in d.ij.q.princ.in xix.artic. ergo maior eſt ratio de certitu
dine loci habẽda pro celebrando actu electionis vel præſenta-
tionis faciendæ per collegiũ, quam appoſitionis edicti, cum in
primo caſu pro ſubſtantia requiratur ſcientia loci:in appoſitio-
ne vero edicti conſiderat̄ ſolũ, vnde veniat ad notitiam vocato-
rum.Si ergo nõ eſt de ſubſtantia,electionẽ fieri in eccleſia acti-
uè vel paſſiuè,in actu verè electionis vel electionis collegij pa-
troni,cũ illi de collegio eligunt præſentandum:vt diximus in d.
4 vij.artic.†multo minus debet eſſe de ſubſtantia, nec in conſide
ratione,in qua eccleſia edictum apponatur, vel crida fiet,dũmo
do ſit locus publicus, vt veriſimiliter poſſit deuenire ad notitiã
vocatorũ:vt vult expreſsè gl.in d.c.fi.in verbo generaliter. ¶Et
ex hoc ſequit̄ tanto magis de neceſſitate non req̄ri an appoſitio
edicti fiat in eccleſia ad quam præſentandus eſt:cum patroni vt
ſingulares non habeãt eccleſiam nec locũ certũ:ſed p̄nt p̄ſtare
vbicũq;.vt diximus in d.ij.q.prin.huius partis.in vij.ar.dũmodo
p̄ſtent corã h̄nte inſtituere.vt diximus.ſ.in iiij.q.prin.huius par
tis in j.art.poſſet enim eſſe eccleſiam vacantẽ eſſe ſitã in tali lo-
5 co occulto vt edictũ non poſſet deuenire ad notitiã oĩum:†vñ
dicerẽ ꝓut Gaye.ſ.relatus retulit in præſentatione, quæ fit per
patronos,vt ſingulos nõ requiri ſpecificè locũ, in quo apponẽ-
dum ſit edictum,vel faciendã cridã,dũmodo ſit locus publicus,
in quo multitudo populi ſoleat conuenire: vt pulchrè dicit gl.
in d.c.fi.in verbo,generaliter,cũ addit & publicè,& reddit rõnẽ:
quia talia edicta in publico proponi debent,alleg.c.i.de poſtul.
& ad hoc dicit eſſe ↄ illos,qui adhuc fraudem faciunt conſtitu-
tioni.d.ca.fi.faciẽdo fieri ipſam vocationẽ coram certis amicis,
adeo ꝙ nõ poſſet deuenire ad notitiam omnium Io.And.ſuper
d.gl.ſequitur illã.& ſic Domi,& oẽs allegantes pro ea quod no.
in cle.cãm.in gl.ſuper verbo publico.de elect.in §.verum idem
ſequit̄ ibi Phil.Franc.& Gaye.ſuper ea,in x. col.dum dicit, nota,
6 ꝙ illa vocatio debet fieri publicè,†& ideo edictum publicè affi
gitur in valuis eccleſiæ, ne madefiat,alleg.d.cle.cauſam.& Spe.
vt ibi per eum.& ita ſeruatur in practica,nam in talibus cauſis e-
dictum apponitur in epiſcopali vel matrici eccleſia loci,vbi ma
ior pars populi conuenit,vt afficiat prætendentes habere ius p̄-
ſentandi forſan compreſentatos, & appoſitores; puta in vna ex
columnis eccleſiæ,vt non madefiat,vel à vento laceretur:vt di-
ximus ſupra in præceden.artic.& in terminis ponit Propo.in ca.
conſtitutis.in fi.iij.col.de appella.

¶Vigeſimusquartus art.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Nuntius debet apponere & tollere edictum, & referre Iudici, ſe appo-*
*ſuiſſe tali die.*
2 *Citatio per edictum,eſt ad inſtar citationis particularis,& in illius ſubſidiũ.*
3 *Nuntio an credatur ſine literis.*
4 *Edictum debet remanere affixum per totum terminum in eo contentum.*
5 *Edictum quot modis intelligatur.remiſſ.*

Proſequamur Modo.xxiiij.per quem tale edictũ af-
figi debeat,per quem tolli:& quæ re-
latio fieri debeat.Et dic breuiter ſecundum Gaye.in d.repe.c.fi.
1 de elec.lib.vj.in finalib.quaſi verbis,vbi formaliter dicit,†& iu-
dex cõmittat nũtio,ꝙ ponat edictũ in valuis eccleſiæ cũ termi-
no dierũ ſex vel pluriũ ad opponendũ: quibus tranſactis nũtius
leuet edictum.& refert.ſ.iudici ſe poſuiſſe edictum tali die,& ta
li ſuſtuliſſe.& ſcribitur.ſ.hæc relatio per actuariũ.& proſequitur
Gaye.& ſi interim aliquis ſe oppoſuit,oportet ꝙ poſtea citetur:
cum ꝓceditur in cauſa,& ꝓcedit̄ ſummariè:iuxta cle.diſpendio
ſam.de iud.& cauſa hmõi eſt fori eccleſiaſtiſti.Io.And.in c.ſemi
nata.de cõfir.vti.vel inuti.domi.in c.vno.de eo qui mit.in poſſ.
ſuper q̃one an confiſcatione &c.¶Et hoc idem , ꝙ requirat̄ ci-
tatio ſpecialis in comparentes in toto iudicio,dixit idem Gaye.
in d.repe.in v.col.dum ponit formam edicti,cuius verba nos re
tulimus.ſ.in princ.xxij.arti.¶Sequit̄ hanc conclu. Gaye.in oĩb.
eo tacito do.Phi.de Sarra.in hac rubr.in vj.char.in verſi.vnde iu
dex committet,vt ꝓ vltimo dicto, ꝙ ſit cauſa ſummaria.allega.
cle.ſæpe.de verb.ſig.¶Et prædicta ꝓcedunt, quia cum iſta cita-
2 tio†per edictum ſit ad inſtar citatiõis particularis ,& in illiꝰ ſub
ſidiũ,vt latè ꝑ Bart.in extrauag.ad repri.ↄ rebelles.debent oĩa in
actis redigi.iuxta no.in c.quoniã ↄ falſam.de probatio.vbi Abb.
3 in vij.col . † an aũt credatur nuntio ſine literis ponit Abb.in ca.
ſciſcitatus.de reſcr.in vj.col.& ibi Fely.& idem Abb.in cap.cum
parati.& ibi præpo.de app.nuntiorum.n.citantium relationi ſtã
dum eſt: vt in d.c.quoniam contra.an autem ſufficiat nuntium
retuliſſe citationem factam notario, & an commiſſionem de ci
tando , vel relationes nuntiorum neceſſe fieri iudice ſedente ꝓ
tribunali,ponit Abb.in d.c.quoniam contra.in viij.& ix.colum.
¶Collige tamen vnum ex dictis Gaye.in d.vlt.col.ſuæ repet.in
4 fin.† edictum debere manere affixum per totum terminum in
eo contentum. Facit text.vnde gl.in cle.j.de iudi.in verbo,albo.
quæ loquitur de albo prætoris, in quo ſcribebantur edicta præ-
toria.de quo albo prætorio per Abb.in ca.cũ cauſam.de proba.
5 †& quot modis intelligatur edictum , ponit Abb.in capit.cum
Meſſana.de elect. non enim edictum debet eſſe fraudulentum,
puta nimis acceleratum:& tunc termino breuiſſimo, ne perue-
niat ad notitiam partis.Abb.in capi.cum olim.de cauſa poſſeſſ.
& proprieta.

¶Vigeſimusquintus artic.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Edictum ſi eſt appoſitum,ante tamen lapſum termini in eo contenti,facta*
*fuit inſtitutio,an teneat.*
2 *Inſtitutio ſeu confirmatio facta ante lapſum termini appoſiti in edicto,non va*
*let,nemine tamen comparente,validatur,prout ex nunc, non prout extunc.*

Et ex Proximè dictis colligit̄ deciſio.xxv.arti.quid ſi eſt ap-
1 poſitũ†edictũ,tñ ante lapſum termini ĩ eo ↄtẽti fuit
fcã inſtõ,an teneat.hũc arti. tãgit Io.cal.in ↄſil.j.circa mediũ in
verſ.nõ obſtat,ſi dicat̄.de elec.fol.viij.vbi ad ꝓpoſitũ illiꝰ caſus,
dicit nõ obſtare,ꝙ termino edicti ñ expectato,iudex ↄfirmauit.
nã tñdet ꝑ hoc cõfirmationẽ nõ reddi nullã licet malè fecerit
iudex,q ex hoc puniẽdus eſſet.alle.c.cũ inter vniuerſos.¶ Mo-
uet̄ etiã , qa poſt terminũ edicti nullus cõparuit.ergo ↄfirmatio
fcã nõ inualidat̄.& dicit ita voluiſſe Gaſpar.de calde. ¶ Tu ad-
uertè.nã ſm tex.c.fi.durãte termino ĩ edicto appoſito,nullo mõ
faciẽda eſt ĩſtõ:& ſi fiat,ẽ ac ſi fcã fuiſſet ſine edicto quo caſu eſt
ipſo iure nulla:vt diximus.ſ.in ꝓxi.p̃ce.arti. ¶Et iõ bñ conclu-
ſimus poſt Gaye.in ꝓxĩo p̃ce.arti.durãte termino in edicto ap
poſito,edictũ debere manere affixũ: ex quo patet dilationẽ ad-
huc pẽdere:& iõ nõ poſſe ꝓcedi ad inſtõnẽ:iuxta.d.c.fi.¶Et ad
hoc nõ aduertit Io.cal. nã in prĩo eius dicto fundauit ſe:qa per
hoc inſtõ nõ reddit̄ nulla:qđ falſum eſt.nã bñ reddit̄ nulla: vt ꝓ
ximè diximus.¶ Poſſet tñ eius deciſio ſaluari, ꝑ ſm dictũ ſuũ
in illo caſu in quo p̄ſupponit nullũ ↄdictorẽ infra terminũ com
paruiſſe.Validatur ergo ipſa inſtõ,ex eo, qa nullus ↄdictor cõpa
ruit:& iõ tenuit inſtõ: ꝓut ex nũc,nõ ꝓut ex tũc: iuxta ea,q̃ dixi
mus.ſ.in xx.p̃ce.art.vbi erat fortior caſus.nã aliqui ibi erant vo-
cati,& aliqui nõ:& ex quo illi q nõ fuerũt vocati nõ habebãt iꝰ
validabat̄ inſtitutio.ſicut etiã diximus.in xiij.præce.artic.multo
magis in caſu noſtro,vbi nullus cõparuit:& hoc ad inſtar colla-
tionis factæ ꝑ ordinariũ de beneficio p̄ronatu,ſpreto p̄rono:nã
elapſo

elapſo tpe dato ad pñtandũ:& p̃rono nõ cõparẽte tenebit pr̃ia
collatio nõ obſtãte.c.decernimus.xvj.q.vij.vt ibi diximus & ſuo
2 loco.ĩ.dicetur. ¶†Vnde cõclude ɔfirmationem ſeu inſtitutio-
nem factam ante lapſum termini appoſiti in edicto,non valere
tñ nemine comparẽte,validari,ꝓut ex nunc, non ꝓut ex tunc.
¶Et non obſtat,ſi dicatur,inſtitutionem nullam ipſo iure,ergo
non validari:quia dico eſſe nullam ante factum:poſt factũ vero
nõ,nemine cõparente:ſicut aliquo comparente ius nõ habẽte,
per notabile conſil.Oldr.ccccxcix.quod ita declarauimus.ſ. in
d.xiij.articul.

¶Vigeſimusſextus art. vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Poſt edicti terminum comparens,an audiatur.& nu.2. 8.9.*
3 *Edicti terminus,abbreuiat iuris terminum.*
4 *Intellectus ad c.cum in tua,qui matrimo.accuſa.poſſ.*
5 *Peremptorium,vnde & cur ſic dictum.*
6 *Peremptorium in ſe duo capita habet.*
7 *Subrogatum non ſapit naturam ſubrogati,vbi non eſt eadem ratio.*
8 *Ignorantiam & impedimentum probare incumbit alleganti.*
10 *Contempti niſi agunt de contemptu intra tempus edicti c.fi.de elect.lib.vj.nõ poſſunt amplius contradicere.*
11 *Conſentire videtur,qui tacet loqui iuſſus,etiam in ſui præiudicium.*
12 *Canonicus contemptus in actu electionis, vel patronus collegiatus in actu præſentationis,quæ fit per collegium,debet agere de cõtemptu,ante lapſum termini appoſiti in edicto.*

1 Videamus Modo.xxvj.†nunquid poſt terminum edi-
cti comparens audiat̃.Et gl.in d.c.fi.in ver-
bo,peremptorio.quęrit de hoc.& remittit ſe ad.c.cum in tua.q
matrimo.accuſa.poſ.& ſubdit,officium tamen iudicis in his nõ
quieſcit.alleg.c.cũ nobis olim.de elect.lib.vj.& Domi.poſt Ioã.
An.ſuper ea ad dicta per ipſum Ioã.And.ſuper reg.mera.de reg.
iur.lib.vj.& addi.ad Spe.in ti.de cita.§.viſo.in prin.& ita etiam fa
cit Phi.Fran.in d.c.fi.in vlt.colum.ſuper.d.glo.in verbo,perem-
ptorio.¶Super qua etiam Gay.in x.colum. relatis remiſſionib.
proximè adductis:ꝙ non audiatur iſte talis. adducit etiam Ioã.
An.in c.ij.ad fi.de his,quæ fi.à prȩla.& ibi Abb.in pen.col. clarè
2 hoc dicit,cõparentem poſt† lapſum termini in edicto appoſiti,
non poſſe agere de ɔtemptu,nec debere audiri;per d.c.fi. vbi ẽt
hoc tenet Car.in fi.adducit ẽt Io.An.in c.cũ dilectus.in gl.nota.
quod & in c.nihil.in glo.dicebat. & in c.cum olim.in gl. magna
in fi.de cã poſ.& ꝓprie.& Card.in c.quod ſicut.§.quod autẽ. eo.
titu.& in c.ex inſinuatione.in ij.col.de procu.¶Et an ſaltem ad-
mittatur per viam denũtiationis,vel accuſationis,dicit eſſe vidẽ
dum Abb.in d.c.cum dilectus.in iiij.col.¶Et an poſt confirma-
tionem ſeu inſtitutionem factam,poſito edicto quis vellet op-
ponere aliquid : remittit ſe ad d.Ant.in c.cum olim. de dolo &
contu.in ij.iij.iiij.& v.vol.& in d.c.cũ olim.de cã poſſ.& ꝓpri.in
in iiij.& vlt.& in c.ad diſoluendũ.de deſpon.impube.¶Et ponit
pulchrũ dictũ Gay.vbi ſ.allegantẽ,ignorãtiã debere dilucide ꝓ
bari:alleg.Car.in c.ij.de cõſti.¶Poſtea Gay.ibi.in xj.co.opponit
ɔ glo.in d.verbo,peremptorio.& tex.d.cap.fi.nam per iſtam aſſi
gnationem termini factam habentib.eligere ſeu pñtare indire-
ctè prȩiudicatur patrono,& tempora eis aſſignata,minuunt̃.po
ne in facto,hodie vacat beneficium,vnus ex patronis pñtat : &
iſte pñtatus cras faciet poni edictũ cũ aſſignatione termini die-
rum ſex:certè vr̃ minui tp̃s p̃roni à iure datum ad pñtandum,cũ
tñ expectari debeat:vt no.in c.eam te.hoc ti.& qđ not.Hoſti.in
ſumma huius titu.in §.quid iuris.ante fi.& quod no.Abb.in c.cũ
vos.in pe.col.de offi.ord.¶Ad hoc motiuum rñdet Gay.ꝙ hoc
edictum intendit arctare ad opponendum,nõ autem ad pñtan-
dum:vñ poſſunt comparere,& opponere,& pñtationem differ
re:alias ſibi p̃iudicarent,& nõ poſſent poſtea pñtare.alle.ad hoc
Gof.cõciuem meum in tract.de iure pa.§.fi.pe.col.ver. ſed circa
vtrumq; libellum.Sed nota in hoc do.Gof.cõciuem meũ com-
pilaſſe tract.de iure pat.quẽ nunq̃ vidi:ſed gaudeo ambos eũdẽ
aĩum habuiſſe.Adducit Fed.cõſi.xxiij.Titius electus. ¶Limitat
tñ prædicta ipſe Gaye.ꝓcedere niſi ex iuſta cã fuiſſent impediti:
per d.c.cũ in tua.qui matrimo.accu.poſſ.& ſubdit ipſe Gaye. vñ
patronus patiens alium pñtare excludet̃:vt ꝑ Card.poſt doct. in
c.ij.de in inte.reſti.pe.& vlt.col.debet ergo ɔ̃dicere, qua primũ
ſcit:vt ibi per doctor.& ita in hoc articu.reſidet Gaye. ¶Tu ad-
uerte ad aliqua eius dicta:nam cum dicit in ɔ̃rio per ipſum for-
mato terminũ appoſitum in edicto ſolum operari circa cõpari-
tionem & ɔ̃dictionem,non aũt quo ad præſentationem,ſed du
3 rabit tp̃s iuris:nam ſalua pace ſua,† quia terminus edicti abbre-
uiat ẽt tp̃s iuris:qa ɔ̃dictor debet oĩno cõparere in termino edi
cti,& pñtare,anteq̃ ſequat̃ inſtõ primi pñtati:quia nõ expectabi
tur in reliquo tpis:vt latè de hoc diximus.ſ.in j.qõ. princ.huius
partis.in xxviij.art.vbi omnino vide,& apparebit hoc ɔ̃rium nõ
militare,quãuis ẽt nõ ſit vera rñſio ipſius Gay.¶Aduerte ad a-
liud quod ſenſerit Gay. nam cum cõcluſerit nõ comparentem
infra terminũ edicti,nõ audiri,vlterius limitat eius cõcluſionẽ
niſi nõ comparẽs eſſet impeditus, quaſi velit ſicut impedito pa
trono nõ currit tp̃s ad pñtandum:ita nec tempus edicti ɔ̃ eum
currit.Et ſic Gay.tenet opi.quã multi tenuerũt impedito patro-
no & ignoranti non currere tẽpus:& nos tenuimus oppoſitũ.ſ.
in d.j.q.prin.huius par.in viij.art.& ex hoc poſſem dicere etiam
modo impedito currere tp̃s edicti,qđ ſubrogatur tempori iuris
de quo tñ proximè diximus.¶Aliud dictum Gaye. eſt patronũ
patientem alium pñtare excludi,ſi quam citius ſcit,non ɔ̃dicit:
& ita ruditer hoc intelligi nõ debet.Sed de hoc dicendum:vt di
ximus.ſ.in j.par.huius.ij.lib.in iij.q.prin.in xvj.& xvij. art. ¶Iſtis
ſic declaratis,redeo ad art.noſtrum & reperi illum ẽt formaſſe
do.Phi.de ſarra.in hac rub.in vij.char.ver.ſed pone aliquis. & di
cit Io.An.in d.addi.ad Spec.in ti.de citatione.§.viſo.in prin.poſt
longam diſputationẽ,concluſiſſe illum talẽ comparentem poſt
terminum edicti,nõ audiendum,ſaluo iudicis officio,inquantũ
vellet ꝓſequi ius ſuum priuatũ, à quo ꝑ lapſum peremptorij vr̃
excluſus.audiretur aũt agens de nullitate:& dicit hoc ẽt firma-
re Io.An.in d.reg.mora.in mercu.in fi.ij.q. ¶Quod dictum Ioã.
An.dicit fore intelligendum ſanè,niſi ille probaret ignorãtiam
4 altero de† modis poſitis.in d.c.cum in tua.qui matri.accuſ.poſ.
primo , ꝓbando abſentiam præſertim à diœ.ſe paſſum tpe edi-
cti infirmitatem,ꝑ quam patiebat̃ mentis exiliũ:tertio ꝓbãdo
ſe tunc fuiſſe in ętate tam tenera,quam ad comprȩhenſionẽ edi
cti etas nõ ſufficiebat:vel niſi alia cã iuſta fuerit impeditus:& di
cit ꝓbari ignorãtiæ,cãm iur̃o ꝓprio:& vltra hoc dictum poterit
iur̃m apprehẽdere, quod ad hoc,opponẽdum nõ ꝓcedit ex ma
litia.¶Gl.tñ fi.in d.c.cum in tua.quã ſequunt̃ doct.ſm But. con
cludit comparentem poſt terminum,fore audiendum,ſi res eſt
ĩtegra puta in caſu nr̃o ſi nõ eſt ꝓceſſum ad inſtõnẽ.ſecus re nõ
exiſtente integra:qa tũc reputatur ſuſpectus,ſi infra tempus po
tuit comparere & iure ſuo vti:vnde But.ſimiliter cõcludit.¶Et
ex prȩdictis dicit Phi.de ſarra.fore eliciendas tres concluſiones.
¶Prima erit ɔcluſio,qñ edictũ ſeu conſtõ termini emanauit ſi-
ne cauſȩ cognitione:& terminus nõ eſt ꝑemptorius:& tũc poſt
terminum indifferẽter audit̃.¶Secunda cocluſio, qñ emanauit
cũ cãæ cognitione & cũ ſnĩa:vt quia iudex interloquẽdo deter-
minat elapſo termino nullũ audiendũ:& tũc indiſtinctè nõ au-
ditur re integra,ſiue non integra.¶Tertia cõcluſio,qñ emanat
cũ cãȩ cognitione,& ſine ſnĩa, dato ꝙ cõminatio ſit facta in edi
cto:qa poſtea nõ audietur,& tũc dicit congruũ eſſe:vt dſtingua
tur:an res ſit integra,vel non,dicit.gloſſa in d. c.cum in tua.quȩ
ꝓcedunt ſm Butri. ibi tã in termino hoĩs,quia in termino iuris
quȩ dicit forè notãda:& ita reſidet do.Phil.de ſarra.conregni-
cola meus. ¶Tu adde ad prædicta oĩa pulchrũ conſi.Oldra.iij.
in ordine incip.cum cã electionis, qui melius, q̃ alius quẽ vide
rim, diſputat hũc. artic.vtrum lapſus,illius edicti perẽptorij.de
quo in d.c.fi.de.elec.lib.vj.ſic non comparentẽ infra terminum
illius excludat,vt nullo modo admitti debeat :& diſputat pro &
ɔtra, pulchris motiuis.& fundamẽtis & dicit eſſe dicẽdum oĩno
debere excludi,per quinq; pulchra motiua,de qbus ibi per eũ &
vltimũ motiuum eſt: qa.d.c.fi.dicit aſſignare debere perẽptoriũ
cõpetentẽ ex cuius vocabuli ꝓprietate apparet,poſt illũ termi-
num aliquẽ audiri non debere:ſcribitur.n.in tex.legis perẽpto
5 riũ inde† hoc nomẽ ſumpſiſſe:qa perimit diſceptatiões,hoc eſt
vltra nõ patitur aduerſariũ tergiuerſari.vt ff.de iud.l.ad tertium
vbi hęc verba ponũtur in tex.& niſi opponẽdi viam perimeret
fruſtra peremptoriũ,diceretur cum nihil perimeret & ɔtra legẽ
C.de veter.l.j.lib.xij.& ff.de ver.ſigni.l.tugurij .& ibi no.& mul
ta alia circa hoc perẽptorium dicit ibi Oldr.¶Qui ẽt ad omnia
adducta in ɔtrarium reſpondet:& ſignanter ad no.c.cum in tua.
qui matri.accuſa.poſ. dicit enim illa nõ tangere ꝓpoſitum no-
ſtrum,qa locũ habent in mr̃imonio carnali;in quo ẽt diffinitiua
ſnĩa nunq̃ tranſit in rem iudicatam.de re iudi.in c.lator.& in c.
ɔſanguinei.qđ eſt ſecus in matrimonio ſpũali:vt no.Inn.in.ca.
cum olim de dolo & ɔtu. & dat alias ſol.de quibus ibi. ¶Reſpõ
det ẽt ad id qđ,dici poſſet in ipſo edicto,eſſe cõminationẽ,& nõ
ſnĩam,edictum noſtrũ duo habere.ſ.perẽptorij prȩfixionẽ,& fu
tura in ꝓceſſus & inſtitutionis cõminationẽ ſicut eſt de natura
cuiuſlibet peremptorij : vt ff. de iudicijs, lege in peremptorio.
licet ergo cõminatio illa nõ habeat vim ſnĩæ:vt C.cõmina. vel
epiſt.in rub.& nigro.cũ ipſum perẽporiũ manet,virtus eius nul
latenus euacuatur:vt expreſſè ꝓbatur in c.cum dilecti.de dolo
& ɔtu.vbi citatus perẽptoriè ab dñicam,qua cantatur ego ſum
paſtor bonus,cum cõminatione ꝙ abinde ꝓcederetur in nego-
tio, quãtũ de iure poſſet poſt terminũ diutius expectatũ,tãdem
ex vi perẽptorij ꝓnunciatus fuit contumax: & ita ɔcludit in illo
caſu ꝙ expulſo obiectore prȩdicto debet per officiũ ſuperior ad

dictam

dictam electionis examinationem,& cõfirmationem procede-
re:& ſic fuiſſe ꝓnuntiatum & declaratum per do. G. de manda-
gero cardinalem p̃neſti.& confirmatum per do.L.frodoli cardi
nalem tuſculanum:& vltimo loco per totum collegium Cardi
nalium tempore Ioannis Papę.xxij.anno eius primo vide omni
6 no.d.conſ.quia pulchra ibi reperies:ponit†enim in fi. edictum
peremptorium duo hr̃e in ſe.Vnum reſpectu inferiorum , vt p̃-
cludat,ne ꝑ latitudinem temporis euagetur:vt ſ.poſt eum dixi-
mus.Aliud reſpectu ſuperioris:vt ad deliberationem & negotij
expeditionem per propoſita vel non propoſita iura tempus viã
aperiat.¶Et ex prædictis de potẽtia peremptorij quo ad caſum
noſtrum euacuantur cõcluſiones do.Phi.requirentis aliq̃n cãæ
cognitionem & ſñiam:quia iſta non ſunt in cõſideratione,cum
extat ꝑemptorium:vt ibi pulchrè Old. ¶Vnde conclude cum
glo.& cum ipſo Oldr.ex quo in edicto.d.c.fi.de neceſſitate de-
bet interuenire peremptorium:vt vult ibi tex.& nos diximus.ſ.
in ꝓximè præced.xxj.art.non comparentes infra terminum edi
cti,non fore audiendos poſt lapſum termini edicti. ¶Quod ta-
men in patrono declara:vt diximus.ſ.in d.j.q.prin.huius partis.
in xxviij.articu.in pluribus diuerſis caſibus ibi poſitis. ¶Verum
iudex poterit ex officio de omnibus cognoſcere etiam poſt lap
ſum termini edicti:vt vult glo.in d.verbo,ꝑemptorio.& hoc ẽt
tenet Old.in concluſione ſui conſilij,quod officium poſſet im-
plorare,etiam non comparens:vt ſentiunt Gay.& Phi. de ſatra.
vbi ſ.quod ego cõcordem abſolutè, non tñ ꝙ per talem implo
rationem teneretur ſuperior procedere,niſi voluerit:nec debet
permitti ipſum aſſiſtere:quia alias ꝯueniretur naturę ꝑemptorij
& daretur locus fraudib.arg.c.auaritiæ.de elect.lib.vj.quia indi
rectè idem eſſet,aç ſi admitteretur ad ꝯdicendum.¶Difficultas
reſtat mõ,quid ſi comparens poſt terminum edicti fuiſſet verè
ignorans vel impeditus infra dictum tempus,& ideo non com
pareret,ſed compareret poſtmodum adueniente ſciẽtia,vel im-
pedimento ceſſante,an eſſet audiendus: & hoc tangit Gaye. &
Phil.non autem Oldra. & ambo videntur velle,ꝙ ſic,dummõ
fuerit vera ignorantia & impedimentum: & de eis cõſtet illis
modis,per ipſum Phi.poſitis,& res ſit integra,hoc eſt, ꝙ adhuc
nõ fuerit ſequuta inſtõ:& ſic vult Phil.quòd ſi eſſet ſequuta in-
ſtitutio nõ retardaret̃ per talem nouiter comparentem impedi
tum,vel ignorantem. ¶Et vt ſ.dixi ad dicta Gaye.nos concluſi
mus.ſ.in j.qõ.princ.huius partis.in viij.articu.impedito & igno-
ranti patrono currere ſemeſtre vel quadrimeſtre tempora cõ-
ceſſa patronis ad præſentandum, rõnibus de quibus ibi. Cum
igitur tempus edicti abbreuiauit illa tẽpora , vt etiã cõcluſimus
ibi. in xxviij.articu.quia ille terminus dicitur ſubrogatus tpi iu-
ris,ſimiliter debebit currere ignoranti & impedito , tñ mihi vi-
detur ꝯrium fore concludendum:quia rõnes ibi adductę de di-
cto tempore à iure cõceſſo & nõ vltra,quę militant in illo caſu
nõ militant in iſto:quia hoc tempus in edicto appoſitum, poni
7 tur ad arbitriũ iudicis, & nõ eſt reſtrictum à canone,vt ibi:†Vñ
cum non ſit eadem ratio,ſubrogatum nõ ſapiet naturã ſubro-
gari. Facit quod no.in cap.eccleſia.el ij.vt lit.pendẽ.& ibi Abb.
& in cap.dilecto.de reſtitu.& in lege,ſi eum.§.qui iniuriarũ.ff.de
iniu.à cõtrario.licet poſſet dici nõ eſſe veram ſubrogationem:
8 †vnde cõcludo talem ignorantem vel impeditum cõſtito de
vera ignorãtia,vel impedimento,re tamẽ integra,hoc eſt inſtõ-
ne nõ ſequuta , fore admittẽdum etiam termino edicti elapſo
re vero,nõ integra,nõ , quia cũ canonicè ſit ſequuta inſtitutio
nõ venit reuocãda:nec etiam iſti ſunt reſtituendi in integrum:
quia eſt cõſultum iuri ipſorum , ſi ſunt patroni quòd repñtent:
iuxta no.in cap.eam te.& ſimi.hoc tit.ſi ſunt extranei,qui voluiſ
ſent ꝓducere demerita,inſtituti agant,ſi velint per viam accuſa
tionis,& ꝓ iſta particula,ꝙ re non integra nõ audiantur: vident̃
tex.expreſſ.in c.conſultationibus.hoc titu.cum ibi no. & faciũt
omnia,quę diximus.ſ.in j.par.huius.ij.libr. in iij.quęſt.princip.ꝑ
plures.articu.dum tractauimus de ꝓprietario & alijs ſuperueniẽ
tibus poſt canonicam inſtõnem:& ſic edicto præcedente nõ au
diendum ad effectum remouẽdi inſtitutum:ſed bene ad effectũ
repñtationis faciẽdę ꝓ cõſeruatione iuris ſui.¶†Et aduertè cir
ca hmõi impeditos,nõ ſufficere allegare & ꝓbare impedimen-
tum ſeu ignorãtiam , niſi etiam ꝓbent illas fuiſſe cauſas imme-
diatas nõ cõparitionis:nam potuiſſet eſſe etiam ſi impedimen-
tum nõ fuiſſet,ipſe nõ cõparuiſſet,ſicut dicimus nõ ſufficere ꝓ-
bare vim fluminis ꝓ impedimento nõ cõparendi,niſi etiam ꝓ-
betur acceſſus ad flumẽ:& ſic vim fluminis fuiſſe cauſam imme
diatam non comparitionis,ſm Inn.in cap.ex tranſmiſſa.de præ-
ſcrip.gloſſ.in verbo,prępoſita:& ibi omnes. in cap.cupientes. §.
quòd ſi per viginti.de elect.libr.vj.& Bart.pulchrè.in l.ij.§.& qđ
diximus.ff.de prędcrip.quod dictũ latè examinat,quaſi per qua-
tuor col.do.Fely.in dict.cap.ex tranſmiſſa.in princ.& vltra addu
cta per eum eſt recurrendum ad Alexan.in l. ꝓperandum. §.ſin
autem in vtroque.in ij.colũ.& ibi do.meus.Iaſon.in fi.primæ &
in ſecunda colum.C.de iud.& ad Alexã.in l.ij. in d. §. quod dixi-
mus,in ſecũda colum.& ibi Iaſon.in l.ij.& iij.ff.ſi quis cau.& ad
Alexand.in lege,de pupillo.in §.ſi quis prætori.in viij.colum.in
verſi. ſed circa hoc adde.ff.de no.oper.nun.& in cõſi.ſuo.clxiiij.
redemptoris &c.viſo ꝓceſſu cauſarum verſarum.in ij.colum.in
verſi.eſt etiam deſerta. in ij. volum. ¶Hinc dicit Roch. in hoc
10 tracta.in verbo,competens†alicui.in xxij.qõ.in verſi.ſed hic ca
dit quæſtio.ꝙ ſi contempti nõ ꝯdicunt infra tempus edicti,iux-
ta.cap.fi.de elect.libr.vj.non poterunt amplius cõtradicere.alle
ga.Ioan.And.& Abb.in d.cap.ij.de his quæ fi.à præla. & iſtud ẽt
cõcludere Car.in effectu.in d.cap.cõſultationib.in iiij.q.in fi. &
in ſeq.& in c.ex literis.in iij.ꝯrio hoc titu.& Fely.in cap.cum Ber
toldus.in iiij.colum.in verſi.quid aũt ſi ordinarius.de re iudic.&
11 mouetur inter cætera:†quia quando eſt iuſſus loqui,ſi tacet,vr̃
conſentire,etiam in ſui præiudicium.l.de etate.§.qui tacuit.ff.de
interrog.actio.cap.ij.de confeſ.lib.vj.no.Inn.in ca. j. de his quę
fi.à maior.par.cap.Si ergo ꝓpoſito edicto verus patronus non
comparuit,ſibi imputetur:de quibus dictis Roch.ſatis loquuti
12 fuimus.ſ.in dict.j.qõ.prin.huius partis.in xxviij.art.¶†Ex quib.
no.ꝙ licet canonicus fuerit contẽptus in actu electionis,vel pa-
tronus collegiatus in actu pñtationis,quæ fit per collegiũ,opus
eſt agere de cõtemptu ante lapſum termini appoſiti in edicto:
quia poſt dictum tempus non audiẽtur:& ſic hęc eſt etiam alia
potentia edicti:vt ſic tollat cõtemptum,qđ eſt notãdum.¶Ad-
de etiam ad prædicta Firma.in tract.de epõ.in iij.par.ij.princ. iij.
lib.in xxj.qõ.quærentem de iſto articu.& poſtea addit ſm Legi
ſtas poſſe terminum præfigi per iudicem ad aliquid agẽdum: vt
illo elapſo non audiatur is,cui datus fuit terminus.alleg.l. diffa-
mari.C.de inge.& manumiſ.l.titia de accuſa.l.ſi ea.& ibi.Cy.Sa
ly.& docto.C.qui accuſa.non poſ.cum alijs per eum alle. ¶Qđ
dictum duobus modis modificat.Primo ꝓcedere,ſi poſt termi-
ni aſſignationem iudex bis monuit partẽ ad agendum vel exci-
piendum in termino:ſola enim termini aſſignatio ius partis nõ
perimit,cum bina iudicis monitio requiratur,ſecundum Ang.
ſingulr̃ in aut.de hære.& falci.§.ſi quis autem.colla.j. ¶Secũdo
modo,vt procedat,ſi pronuntiat iudex poſt terminum lapſum
ꝙ decætero nõ audiat̃,ſm Inno.in dict.cap.cum tua. qui matri.
accuſa.poſſ.& Ang.in l.quamdiu. ff.de acquiren.hæred.Bald. in
c.j.de mili.vaſ.qui contu. eſt.& Angel. Aret.inſtitu.de excep.in
rubric.verſicul.deueniendum eſt ad tertium. & in §. idem iuris.
¶Ponit etiam ibi Firma remiſſiuè,an poſt terminum probato-
rium poſſint inſtrumenta produci , vt ibi per eum. Et hęc ſuf-
ficiant.

### ¶Vigeſimusſeptimus art.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *☞Patronus verus,vel bonæ fidei poſſeſſor,an debeat audiri poſt terminum appoſitum in edicto ad inſtantiam malæ fidei poſſeſſoris appoſiti,& inſtitutione ſequuta.& nu. 2.*

1 Sequitur Ex prædictis. xxvij. loco videre , † ſi malę fidei
poſſeſſor nullum habens aduerſariũ,ſolus prę-
ſentat,& ad eius inſtantiam ꝓponitur edictum publicum, iuxta
d.c.fi.de ele.lib.vj.& nemo cõpareat,& ſequat̃ inſtõ , an ſi poſt-
ea veniat patronus vel poſſeſſor bone fidei,& petat reuocari di
ctam inſtõnem,offerens ſe ꝓbaturum malam fidem pñtantis,
an erit audiendus.¶Do.Roc.in hoc tract.in d.verbo , cõpetens
alicui.in xxij.q.in j.col.in ver. ſed hic cadit qõ.format hunc arti.
& dicit breuiter forè concludẽdum,ꝙ non:iuxta deciſionẽ Ge-
mi.in c.ij.de off.vica.lib.vj.in ij.col. dicẽtis ꝙ ſi eṗs inſtituiſſet ali
quem ad petitionem eius,qui aſſerit ſe pr̃onum , emiſſo edicto
publico,tunc patrono vero eſſet præiudicatum pro illa vice.al-
leg.no.in c.ij.de his,quæ fi.à præla.per Io.An.& Abb.de cõtem-
2 ptu†nõ audiendo:& poſt lapſum termini edicti:vt verſus fi. ꝓ-
ximi pręceden.art.diximus in verſ.hinc dicit Roch.de quo tñ ar
tic.ibi per Roch.diſcuſſo nos latè tractauimus.ſ.in j. par. huius.
ij.lib.in iijq.princ.in ij.art.vbi concluſimus appoſitionem edicti
habere etiam hunc effectum:vt propter illum teneat inſtitutio
ſequuta præſentatione male fidei poſſeſſoris: & excludere con
tradictores,vide ibi,nolo iterum hic diſcutere.

### ¶Vigeſimusoctauus art.vj.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *Inſtitutio ſeu confirmatio an valeat, non facta diſcuſſione negotij electionis ſeu præſentationis.*
2 *Duo vbi tacitè vel expreſſè coniunguntur,alterum adimplere non ſufficit.*
3 *Lectiones fiunt per ſaltus in carniſpriuio.*
4 *Electionis diſcuſſio ſeu præſentationis,fieri poteſt ſine cauſæ cogniti one.*
5 *Electionis ſeu pręſentationis diſcuſſio,eſt de ſubſtantia,ſaltem ex iudicis officio.*

6 *Edicti termino elapſo, vbi nemo comparet, præfigitur terminus præſentantibus ad oſtendendum eorum iura. Et quid tum ſit agendum ſuperiori.*

Pro complemento Materiæ.c.fi.de electio. libr.
vj. quia vidimus citationes
ſpeciales & generales eſſe neceſſarias:& annullare confirmatio
nem ſeu inſtitutionem, earum defectus: Dubitatur modo, an
vltra illas requiratur aliud ſubſtantiale, per dict.c.fin.& ſic quid
1 ſi fiat citatio ſecundum practicam illius tex.† ſed non fit diſcuſ-
ſio negotij electionis vel præſentationis, an valeat confirmatio
ſeu inſtitutio ſequuta. ¶Ioan.And.in dict.ca. fi.dicit ꝙ non, per
illum tex.qui copulatiuè requirit iſta duo, citationes diſcuſſio-
nem negotij,& poſtea ponit decretum, qui tex.non erat primo
per gloſſ.ſic ponderatus: vnde ſi alterum iſtorum deficit, non
2 †valebit confirmatio ſeu inſtitutio:nam vbi duo tacitè vel ex-
preſſè coniunguntur, non ſufficit alterum adimpleri:ſecundum
dicit proba.in c.cum in illis.de præben.lib.vj. §.fi. primum vero
probari de reſcrip.olim.de reſti.ſpoli.cap.fi.ff.de condi. inſtitu.l.
ſi plures hæredes.de verbo.oblig.l.ſi quis ita.inſtitu.de hære.in-
ſtitu.§.pe.& has duas leges dicit eſſe videndas in glo.j.cap.ij. de
reſcrip. ¶Et ſubdit non obſtare, ſi dicatur Papam non expreſ-
ſiſſe ibi de forma diſcuſſionis, ſed de forma citationis: & ſic vi-
deatur tantum tex.de illa intellexiſſe:arg.ca.nonne.de præſum.
nam reſpondet illud non expreſſiſſe, non ex eo, ꝙ de illa nō cu-
ret:ſed ex eo, quia per iura antiqua illa erat diſpoſita:vt patet in
c.nihil.in cap.ſi poſtquam & in c.cum nobis.de elect. ¶Domi.
in dict.c.fi.in fi.prima colum.in prima quæſtio.refert & ſequitur
ſupraſcripta dicta Ioā.And.& pro eius vltimo dicto dicit facere
tex.ibi in d.c.fin.in appoſitione decreti, dum dicit confirmatio-
nes tales:& ſic demonſtrat loqui: & refert ſe ad illas, in quibus
concurrerunt illi defectus, qui præceſſerant:& ita reſidet Domi.
3 ¶Philip.Fran.in d.c.fi.non tangit hunc articu. † quia forſan le-
git in carnis priuio, quo tempore lectiones fiunt per ſaltū. ¶Do.
Gaye.vero in d.c.fi.in fi.j.colum.colligit hoc ex illo tex.dicit eū
fore notandum illum tex.ita copulatiuè requirere vocationem
& diſcuſſionem negotij:vt non ſufficiat alterum adimplere, cū
ſubdat clauſulas irritantes &c.licet ergo fieret vocatio, ſi non di
ſcutitur negotium, non valet vocatio ſeu inſtitutio, ſecundū
Ioan.And.& Domi.ibi. ¶Subdit tamen Lap.in dict.cap.fin.di-
cere, citatione ritè facta vt ibi traditur, abſque aliqua cauſæ co-
gnitione, tenere confirmationem, non contentioſam:& addu-
cere quod no.Io.And.in cap.quod ſicut.in v.colum.in verſicul.
ſed quæritur.de electio.& de clerico excommunicato miniſtrā.
ſi celebret, ſuper, verbo, recitanda.circa fi.verſicu.ſi tamen ſupe-
rior. Quod dictum Lap.dicit ibi ſequi Petr.de Anch. ¶Gaye.
vero ibi dicit fore aduertendum Ioan.Andr.ibi referre Inno.&
Compo. dicentes cōfirmationem ſine cauſæ cognitione fieri
poſſe, vbi nullus eſt contradictor vel poſſeſſor alias confirmat⁹
&c.Et ſubdit dicere, vt de electi.c.vltimo.libro vj.& ſic demon-
ſtrat illud procedere, ſecundum tempora antiqua: hodie vero
ſeruatam eſſe.d.conſtitutionem.c.fi.& ſic ſuperiorem ex officio
teneri examinare perſonam electi vel præſentati, etiam nemi-
ne opponēte:vt in c.cum nobis olim.de ele. Et idē ibidē dicere
Card.de forma electionis per illum tex.quaſi velit illud. capitu.
requirere etiam cauſæ cognitionem: vt dicit Ioannes Andrea.
pro hoc quia ſi requiritur diſcuſſio, vt ſupra, ergo examinatio,
& cauſæ cognitio:vt in capitulo ſi fortè.& quod ibi no.per Ar-
chid.de elect.libro vj. ¶Et dato quod Io.And.in dictis locis aſ-
ſenſerit illi dicto:tamen dictum ſuum hic fuit vltimum:quia in
prin.dict.cap.fi.dicit ſic ex quo decretalis illa multum practica-
tur. ¶Vnde Gaye.conſiderat contrarietatem:& ideo dicendū
quòd Ioā.And.in locis alleg.per Lap. non bene dixerit:vt dicit
ſe dicturum ibi ſuper gloſſ.in verbo inanes.Seruatur ergo in pra
ctica, ꝙ etiam ſi nullus cōtradictor ad edictum compareat, accu
ſatur contumacia omnium non comparentium, nec ſe opponē
tium:& nihilominus datur electo ſeu pſentato terminus ad ꝓ-
bandum incumbentia:& ipſe probare habet ad fi.obtinēdi cō-
firmationem ſeu inſtōnem:& dicit hoc probari.in d.c. cum no-
bis olim.& velle Fede.conſi.lvj.incip.in Chriſti nomine &c. va-
cante.& Card.in c.j.de poſtu.prela.in j.opp.ad quem eſt recurrē
dum de forma huius inquiſitionis:& ita reſidet ibi Gaye. ¶Tu
aduerte ex his dictis, duas eſſe cōcluſiones. Vnam, diſcuſſionem
negotij eſſe de ſubſtantia confirmationis ſeu inſtitutionis, quē-
admodum appoſitio edicti, ſecundū Io.And.& Domi.in d. c. fi.
inſtōnis.quēadmodū appoſitio edicti, ſm Io.An.& Do. ī d. c. fi.
¶Alia eſt concluſio Lap.ibidem huiuſmodi diſcuſſionem non
eſſe de ſubſtantia,& tenere confirmationem, ſeu inſtōnem, ab-
ſque cauſæ cognitione.pro qua alleg.Io.And.in pluribus locis.
¶Vnde pro concordia harum opinionum, ego dico ipſas opin.
4 non eſſe contrarias, ſed diuerſas.Lap.enim præſupponit † diſcuſ
ſionem negotij electionis, ſeu præſentationis fieri non poſſe ſi-
ne cauſæ cognitione:& hoc eſt falſum, cum etiam ſine cauſæ co
gnitione fieri poſſit:vt pulchrè vult Abb.in cap.conſtitutis. de
appella.in fin.iij.& in princ.quarta colum.nam cum ibi tractet
cur in collatione admittatur poſt collationem factam contra-
dictor,& non in confirmatione:& dicatur hoc eſſe:quia in col-
latione non apponitur edictum, in confirmatione vero ſic: per
dictū c.fi.& ſic præſupponitur cōfirmatio facta cum cauſæ co-
gnitione:hæc ſolutio non placet ibi Abb.quia pōt fieri etiam ſi-
ne cauſæ cognitione:puta nemine cōparente,& ſic abſque ꝯdi-
ctore, non dr̄ veræ cauſæ cognitio: & Lap. intellexit de veræ
cauſæ cognitione.Ioannes Andr.vero, intellexit de diſcuſſione
quæ fit ſine aliquo comparēte oppoſitore:& cum vere cāæ co-
gnitione, ſiue nemine ꝯdicente, cum diſcuſſione, quæ fit per iu-
dicem ex officio:& hoc mō intelliguntur dict. Io.And.in d.c.fi.
dicta vero Io.An.in alijs locis allegatis per Lap. procedunt in
veræ cauſæ cognitione, quæ vero nō requiritur de neceſſitate,
5 præſertim ꝯdictore non apparēte. ¶† Vnde cōclude diſcuſſio-
nem negotij pñtationis ſeu electionis eſſe de ſubſtātia, ſaltem
ex officio iudicis, vt ſibi cōſtet de iuribus pñtātium & meritis
præſentati:& ita loquitur tex.c.fi.& doctri.Io.An. ibi & Domi.
¶Dicerem bene, ſuperiore inſtituente forè præſumendum de
ipſa diſcuſſione:quia alias in ſui præiudicium nō inſtituiſſet, ver
teretur enim graue ipſius inſtituentis præiudicium, permitten-
do præſentare nō patronū:imo ſolet eſſe qō inter epm & patro
num:an eccleſia ſit libera:& ſic ſpectet ad collationem epi: vel
ad pñtationem patroni:vt no.in c.eam te.& in pluribus iuribus
hoc tit. & poſſunt etiam multæ aliæ lites inter eos occurrere, de
quibus latè diximus.ſ.in j.qō.princ.huius part.in ix.art.in quar.
caſu.¶Dicerem & aliud cautius eſſe habentem īſtituere, in hu-
iuſmodi diſcuſſione ꝓcedere, cum cauſæ cognitione, inſtāte op
poſitore, ſi cōparet. ſin aūt inſtante coadiutore curiæ:vt Gaye.
dixit quē.ſ.retulimus:& etiam vt diximus poſt eū.ſ.in ix.præce.
articu.& ita hodie obſeruatur.nam elapſo termino edicti etiam
6 nemine † comparente præfigitur terminus præſentātib.ad oſtē
dendum eorum iura: & de meritis præſentati ſe informat ſupe-
riorem, & compertis aliquibus demeritis illius de illis oppoſi-
tiones fieri facit per coadiutorem curiæ, non ad effectum pu-
niendi, ſed ad effectum repellendi ipſum ab inſtitutione, & caſ-
ſandi præſentationem: vt diximus in dict.xvij. præcedent.ar-
ticul.

Ex omnibus Dictis in præſenti.vj.q.prin.huius ij.par. *Not. hic regul. et. 16. amplia. et. 12. limita. et. 2. declara. ad c. fin. de electio. in 6.*
ij.lib.& in eius.xxviij.art.collige vnam
cōcluſionem, pſentationem factam per patronos de clerico ad
beneficiū vacans, ſuperiorē habentem inſtituere nō debere ſtā-
tim ad inſtitutionē procedere:iuxta dictū Apl̄i:Nemini cito ma
nū imponas, nec ēt illam ſimpliciter admittere:ſed tm̄ illam ad-
mittere,& recipere, ſi & inquātū de iure,& ex officio citari face
ret certos compñtatos & oppoſitores citatiōe ſpāli, īcertos aūt
citatiōe generali per edictū cum præfixione termini ad cōparē
dum: & appoſitione pemptorij, & nihilominus negotiū pñta-
tionis diſcutere debet. Ita colligitur ex.c.fi.de elect.libr.vj.& di-
ximus in j.ij.& vlt.artic.& per totā hanc q. ¶Amplia primo hāc
cōclu.ꝓcedere quāuis de ea non ſit tex.ſpālis in pſentatione lo
quens, ſed ſolū.d.c.fi.de elec.loquēs, nihilominus ēt in pñtatio-
ne habet locū, ſiue non ſit pœnale, ſiue ſit pœnale ex maioritate
rōnis:vt diximus in ij.art. ¶Extēde hanc ampli.vt non ſolū.d.c.
fi.habeat locū in electione & præſentatione, ſed ēt in poſtula-
tionibus: vt diximus.ſ.in iij.arti.diſtinguendo de poſtulationib.
vt ibi.¶Reſtringe hāc ampli. nō ꝓcedere ī alijs prouiſionib.pu
ta collationibus,& ſimilibus, q̄ vnico actu expediuntur:vt dixi-
mus in d.iij.art.quia nō erit ſeruāda forma.d.c.fi.¶Amplia.ſecū
do.d.cōclu.intantum procedere, ꝙ non ſolum habebit locū in
beneficijs prælaturæ:ſed etiam in quibuſcūq; beneficijs curatis
ſimplicibus, hoſpitalibus,& alijs, in quibus cadit præſentatio &
inſtitutio:vt diximus ſ.in iiij.art.¶Reſtringe hanc ampli.ꝓcede
re, niſi eſſemus in beneficijs ſimplicibus, in quibus ex conſuetu
dine vel reſeruatione in limine fundationis facta per ſolam præ
ſentationem factam p patronū eccleſiaſticū, non requireretur
inſtitutio, ſed ex ſola præſentatione acquiritur omne ius:vt dixi
mus in d.iiij.art.circa finē:& etiam aliquid in xiiij.art.¶Amplia
tertio.d.cōclu.intantum procedere, ꝙ ſi vni perſonæ competit
præſentatio & inſtitutio reſpectu diuerſarum qualitatū, quāuis
ſit vnus, nihilominus ſeruare.d.conclu.vt diximus ſ.in v.articul.
¶Reſtringe hanc ampli.niſi vnus haberet vtrūque expedire ex
vna,& eadem qualitate: quia tunc non erit ſeruanda forma cō-
cluſionis: vt diximus in d.v.articu.& diximus in reſtric.præced.
amplia.¶Amplia quarto.d.conclu.procedere ad quemcunque
ptineat inſtitutio, ſiue ſit ordinarius:& quāuis ſit inferior prælat⁹
ius inſtituendi ex cōſuetudine vel priuilegio habens, qa tenebit
obſeruare.d.formam. vt diximus.in vj.articu.¶Amplia quinto

d.con

ibi diximus cũ variare nõ poſſit.c.cũ aũt.hoc ti.Imo ſi bñ varia-
ret pr̄onus laicus,qa accumulatiue variare põt,& nõ aliter , vt
no.in d.c.cũ aũt.& nos.diximus in prox.præc.q.prin.in xxj. art.
nihilominus adhuc poterunt,ambo præſentati inſtitutionẽ pe-
tere:vt volunt omnes doc.in d. c. cum autem. quod autem.&
paſtoralis.& hoc etiam ſenſit Gaye.vbi ṡ.cum dicta iura allega-
5 uit.¶†Reſtaret ergo dubium,quid in præſentante ſolo, an poſ
ſit petere inſtitui præſentatum per eum,vt voluit Rota,de qua.
ṡ.& ſi diceretur illud ibi eſſe:quia mortuus erat præſentatus,di-
co rõnem per eã adductã in fi.eſſe gñalem:& in illa ꝯcludit prę
ſentantes & pñtatos cõiũctim & diuiſim poſſe tale iudiciũ ꝓſe
qui,vt ibi:& pro hoc facit cõcluſio libelli pñtatiõis,de qua.ṡ.in

d.iij.q.prin.huius par.in xj.art.vbi per ſolum præſentantes inſti-
tutio præſentati petitur.¶Dicerem bene eſſe neceſſe præſenta
tum acceptare præſentationem tacitè per eius præſentiam, vel
expreſsè in caſu abſentiæ,vt diximus.s̃.in v.q.prin.huius par. in
j.art.quia alias fruſtra peteret illum inſtitui præſentatione non
perfecta:quia ſine eius conſenſu non dicitur perfecta,vt ibi di-
ximus.& poſſet dici iſtam patientiam ſeu conſenſum præſenta-
ti ſicut operatur ad perfectionem præſentationis,vt ibi:ita etiã
operari à legitimatione huius iudicij,maximè quia intereſt pręſentatis per eum inſtitui pro conſeruatione ſuæ quaſi poſ.c.cõ-
ſultationibus.& c.ex literis.hoc ti.& ita tene.

¶Quartus arti.viij. q.prin.ij.partis.ij. Libri.

1 ☞*Præſentans & præſentatus ſimul, vel ſeparatim an poſſint in iudicio per procuratores comparere.*
2 *Inſtitutionis cauſa poteſt perſequi per procuratorem, qui procurator põt eſſe etiam laicus.& nu.3.*
4 *Sententia quomodo concipiatur in cauſis ſpiritualibus.*
5 *Perſonæ quæ poſſunt eſſe in iudicio petendæ inſtitutionis pro alio.*

Dubitatur Modo quarto loco,an peti & obtineri poſ-
ſit inſtitutio per mediam perſonam procu-
ratoris, & ſic an præſentans & præſentatus ſimul, vel ſepara-
1 tim poſſint hoc iudicio per† procuratores comparere,& de p̃-
ſentante non eſt dubium quia poteſt præſentare per procura-
torem,vt diximus s̃.in j.par.huius ij.lib.in iiij.q.prin.per totum,
ſi inſtituitur ad præſentandum:ergo & ad petendum inſtitui p̃-
ſentatum vt ibi diximus:quia ſeruare habet formam,quam ſer-
uaturus fuiſſet prin.in qua petit præſentatum per eum inſtitui:
vt in ea apparet.s̃.in iij.q.prin.huius par.in xj.art. ¶Sed dubitaĩ
de præſentato,qui præſentari non poteſt per procuratorem, vt
volunt doct.in c.ea noſcitur.de his,quæ fiunt à præla.per gl.no.
in verbo,præſentare in cle.dudum.de ſepul.quæ vult præſentã-
dum debere ſe præbere ſenſibus corporis illius,cui fit præſenta
2 tio:†tamen ego tenerem idem in præſentato vt poſſit proſe-
qui ſuã inſtitutionem, vt electus ſuam confirmationem: iuxta
no.in c.quærelam.de ele.bene verum eſt, quem præſentari nõ
poſſe per procuratorem.ſ.vt procurator præſentetur pro eo, vt
latè diximus in d.j.par.huius ij.li.in xj. & vlt. q. prin. per totum,
quia examinari debet per habentem inſtituere : & ideo opus
eſt eſſe præſentem:vnde poſtquam fuerit præſentatus & exami
natus,poterit petere ſe inſtitui & cauſam inſtitutiõis proſequi,
imo ex quo notus habenti inſtituere,poteſt abſens præſentari:
vt diximus in d.xj.q.princ.in iij.art.& poteſt etiam conſenſum
ſuum per procuratorem præſtare,vt ibidem diximus.tanto ma
gis poterit petere per procuratorem inſtitutionem & cauſam
3 inſtitutionis proſequi.¶†Et plus dico procuratorem poſſe eſ-
ſe etiam laicum etiam in ſpiritualibus admittatur.c.j. de procu.
li.vj.& nos diximus.s̃.in iij.q.prin.huius par.in vij.art.vbi poſui-
mus rationes cur in cauſis ſpiritualibus admittatur procurator
laicus, & non compromiſſarius laicus. ¶Imo dico hoc caſu ſi
4 de inſtitutione feratur†ſententia in ſcriptis,debere concipi in
perſonam procuratoris,cum etiam in cauſis ſpiritualibus ita ↄ-
cipiatur:vt voluit gl.magiſtra in c.quærelam. de ele. & in quib.
aliis cauſis ſic concipiatur ſententia poſt d.gloſ.ponit Firma.in
5 tract.de epiſcopo.in iij.par.ij.prin.iij. libr. in xv.q.vide ibi.¶†Et
ex prædictis dico aliud eodem modo poſſe patrem pro filio,fra
trem pro fratre,conſanguineum pro conſanguineo, coniun-
ctum & aſtrictum maxima amicitia pro amico, patronos cum
cautione de rato petere præſentatum inſtitui,& ipſam cauſam
proſequi,vt etiam in præſentatione diximus s̃.in d. j.par. huius
ij.li.in iiij.q.prin.in xvij.art.& etiam prædicti poterunt inſtitu-
tionem petere,& cauſam inſtitutionis proſequi pro præſenta-
to.faciunt,quæ diximus.s̃.in xj.q.prin.d.par.in vlt.art.cum in ca
ſu noſtro non militat ratio,quæ ibi militabat,propter quam cõ
iunctus non poterat conſentire pro præſentato abſente.¶Ad-
de etiam ad prædicta de procuratore: nam procurator varians
admittitur in præſentatione,vt diximus in proxim. præceden.
q.prin.in xvij.art.quanto magis debebit admitti ad petendam
inſtitutionem,& ita tene.

¶Quintus art.viij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Inſtitutio præſentati,iudicis officio petitur.*
2 *Electiõis cõfirmatio,petitur Iudicis officio.& quomodo hoc accipiẽdũ.n. 3.*
4 *Libelli forma ad petendam confirmationem ſiue electio facta fuerit in concordia,ſiue in diſcordia.remiſ.*
5 *Inſtitutio omne ius tribuit,præſentatio ſecus.*

Quo Ergo iure inſtitutio præſentati petatur,& hic ſit quin
tus art.& Gay.in d.repe.c.fi.de elect.libr.vj.in vlt.col.
1 dicit †fore implorandum officium iudicis.& all.Io.An.& Car.
in c.de cætero.de tranſa.& eundem Car.in cle.vnica. de ſupplẽ.
2 negli.præla.& hoc eſt verum:†nam & confirmatio electionis,
quia magis debetur quam inſtitutio per officium iudicis petiĩ,
ſecundum doc.& Io.An.in c.j.vt lit.penden.in nouella ad fin.&
per Io.An.in c.j.de ord.cogni.in gl.hanc exceptionem.verſ.hoc
etiam.& in c.cum eccleſia.in gl.ij.de cauſa poſ.& proprie.& per
Bal.in l.ſiquis ſepulchrum.de religio.& ſump.fune.quod intel
3 ligunt†ſupradicti doc.quando electio fuit concors,vt etiã vo-
luit Spe.de of.iud.§.ij.ver.item quando petitur.per. c. poſtquã.
de elect.xlvij.diſ.de petro.xxj.q.j.relatio.c.nihil.& c.cum nobis.
de elect.& per Spe.de ele.§.j.ver.celebrator.& ver.liquet igitur.
4 †vbi ponit formam libelli ad petendam confirmationem, ſiue
electio ſit facta in concordia,ſiue in diſcordia. ſequitur prædi-
cta Firma.in tra.de epiſcopo.in iij.ſecundæ princ.ſecundi li. in j.
q.ſi igitur electus habens ius in re, petit confirmationem offi-
cio iudicis,& non aliquo iure actionis,& cõfirmatio tribuit pa-
rum iuris,quia omne ius tribuit ele.c.nihil.c.tranſmiſſa.de elec.
cum ſimi.& diximus latè ſupra in v.q.prin.huius partis in viij.ar
5 ti.quanto†magis inſtitutio debet peti officio iudicis,& non iu
re actionis,cum per præſentationem non tribuatur præſenta-
to ius in re,ſed ad rem.c.cum Bertoldus.de re iud.& per inſtitu-
tionem tribuitur omne ius c.ij.de inſti.certè multomagis,Et ꝙ
iudicis officio petatur inſtitutio ſentiũt,& volũt Gof.& Hoſ.in
ſumma huius ti.dum tractant an præſentato acquiratur ius in
re vel ad rem,& ſic doc.in d.c.cum Bertoldus.& in d.c. cum au-
tem.& c. paſtoralis.hoc ti.& nos etiã diximus in d.viij.art. & ita
eſt tenendum.

¶ Sextus art.viij.q.prin.ij.par.ij.Libri.

1 ☞*Libellus non requiritur in petendo iudicis officio pro inſtituendo præſentato,ſi nullus eſt contradictor, ſicut nec in petitione confirmationis electionis,nec in petitione inſtitutionis.*

1 Et ex Hoc ſequitur.vj.art.†an in petẽdo dictum officium
iudicis pro inſtituendo præſentato, requiraĩ libellus
& dicendum eſt quòd non,ſi nullus eſt contradictor,vt in peti-
tione confirmationis electionis dicitur : ſecundum Spec. de li-
bel.concep.§.x.ver.vj.& verſi.xxxij.alias vero ſic.ſecundum Io.
An.in d.c.j. vt lite pendente,in nouel.eodem modo in petitio-
ne inſtitutionis,per dicta in prox.præced.articu.facit cle.diſpen
dioſam.cum ibi nota. de iud. Et quòd hoc ſit in electione, po-
nit etiam Firma.in d.trac.de epiſcopo.in d.iij.par.ij.prin.tertij li-
bri.in ij.quæſtio.

¶Septimus art.viij. q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Petitio talis, qualis pro inſtitutione pura,ſi quis dicat, peto,me inſtitui, ad præſentationem de me factam per tales patronos,valet.*
2 *Petere videtur quis in dubio omne id ad quod petitio extendi poteſt.*
3 *Libellus quomodocunque interpretandus,vt procedat.*

1 Et ex His ſequitur deciſio.vij.art.†an procedat talis qualis
petitio pro inſtitutione:puta ſi dicat,peto me ad prę
ſentationem de me factam per tales patronos inſtitui, & videĩ
dicendum quòd ſic,vt in confirmatione dicitur:quia videtur il-
lud petere omni iure quo melius poteſt:ſecundum In.in c.cum
eccleſia.de cauſa poſ.& proprie,& Bal.in marga.in verbo, peti-
tio.ver.vij.ſequitur prædicta Firma.in d.trac.de epiſcopo.in iij.
2 par.ij.prin.iij.li.in iij.q.& pro hoc dicit facere,quia quis † videĩ
petere omne id,ad quod de iure petitio extendi poteſt.l.ſi quis
3 intentiõe.ff.de iudiciis.†libellus enim debet interpretari,quo-
modocunque poteſt,vt procedat ſecundum In.in c.examinata.
de iud.vt ibi per eum.cui adde Abb.in c.bonæ memorie. el ij.in
ij.col.de poſtu.præla.& in c.conſtitutus.de relig.dom.in vlt.col.
& in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpolia.& in c.cum eccleſia.de cau
ſa poſ.& proprie.cum ſimili.Hinc dicimus libellũ valere, cũ q̃s
dicit,rem petitam ad ſe pertinere.ſm Ab.in c.cum contingat.in
fi.de offi.deleg.& in c.cum contingat.de decimis.in fi.

¶ Octauus art.viij.q.prin.ij.part.ij.Libri.

1 ☞*Libelli forma pro inſtitutione petenda.*

1 Nunc Octauo loco eſſet videndum,†de forma libelli pro
petenda inſtitutione:ſed quia eſt idem cum libello,
quem.s̃.formauimus in præſentatione in iij.q.prin.huius partis
in xj.art.de quo narranda eſſet in illo præſentatio per patronos
facta in tali eccleſia vacante per mortem talis,& oĩa alia ibi po
ſita,ſuperfluum eſt hic illud idem repetere:& poteris etiam vi-
dere Spe.in hoc ti.& in ti.de ele.§.j.ver.celebrata.& verſ. liquet
igiĩ.In q̃b.locis ponit has formas,q̃n cõcorditer & q̃n diſcor-

diter

diter ſit facta electio, vel præſentatio. Vide igitur in dictis locis,
ne videar fomularium facere potius, quam tractatum.

¶Nonus articu.viij. q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Præſentionis proceſſus eſt extraiudicialis: debet tamen in eo procedi, vt in*
*cauſis beneficialibus.*

1 Iſte Proceſſus† an erit iudicialis vel extraiudicialis: & hic ſit
nonus art. & Gaye. in d. repe. c. fi. de ele. lib. vj. in vlt. col.
dicit eſſe extraiudicialem & extraordinarium. alle. Abb. in c. du
dum. in vlt. col. de ele. & Fed. conſi. xciiij. caſus talis eſt, nobilis q-
dam. & Do. in c. cõcertationi. in prin. de app. libr. vj. & ita reſidet.
¶Tu adde eundem Do. in c. fi. in prin. pe. col. in ver. nota incidẽ
ter. de off. vic. & Cal. conſi. xx. an omiſſio. in tit. de ele. & hoc idẽ
voluit Phi. de ſarra. in hac rub. in vj. char. in ver. & iſte ꝓceſſus. de
quo tamen nos latius diximus. ſ. in ij. q. prin. huius part. in iij. art.
dum ibi tractauimus, an pñtatio fieri poſſit die feriato. & ibidẽ
in vj. art. dum ibi tractauimus, an extra territorium habẽtis inſti-
tuere pñtatio fieri poſſit. in vj. q. prin. huius par. in iiij. arti. dũ ibi
tractauimus, an immiſſio edicti fieri poſſit per exiſtentem ex-
tra territorium: & in omnibus iſtis locis concluſimus præſenta-
tionem: & totũ hunc ꝓceſſum eſſe extraiudicialem, donec ſit cũ
aduerſario: quia tunc incipit eſſe iudicialis: vt ibi latè diximus.
debet tñ in eo ꝓcedi, vt in cauſis beneficialib. iuxta clem. diſpen
dioſam. de iudi.

¶Decimus arti.viij.q.prin. ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Inſtitutiõ an peti poſſit antequam petatur alterius præſentationis caſſatio.*
*& nu. 2.*
3 *Patroni eccleſiaſtici & laici quid differant.*

1 Dubitatur Decimo, † an inſtõ peti poſſit, priuſquam
caſſatio alterius pñtationis petat. & Firma.
loquẽs. in elect. in d. tract. de epõ. in j. par. j. ij. prin. iij. lib. in vlt. q.
& rñdet ꝙ nõ. ſm Spe. in titu. de elect. §. j. & ibi Bal. in addi. verſi.
pe. & ꝙ no. in c. cõgregato. & ibi gl. & doct. ſimilr. de elect. & de
hoc eſt tex. in c. cõſiderauimus. & in c. auditis de elect. Ergo idẽ
dicendũ in pñtatione, ꝑ dicta in præcedentib. art. ¶Tñ eſt aduer
2 tendũ: † nam hoc ꝓcedit in pñtatione patroni eccleſiaſtici, vt
fieri non poſſit ſcda, niſi caſſata prima: ſicut & in electione: quia
talis pñtatio patroni eccleſiaſtici vim electionis habet: ſed in pñ
tatione patroni laici nõ eſt hoc: quia etiam ſtante prima pñta-
tione poteſt variare pronus, & facere ſm. c. qd aũt. paſtoralis. &
cum dilectus. hoc ti. & ambo habebunt ius in re, & ambo pote-
runt petere inſtõnem: vt diximus. ſ. in iij. art. cum per pñtationẽ
ſecũdi non recedatur à prima: ſed cõputatiuè ſecũdus pñtatur:
vt diximus. in vij. q. prin. huius partis. in xxj. art. per dicta iura: &
3 hanc † drĩam eſſe inter pñtationem patronorum eccleſiaſtico-
rũ, & laicorũ. voluit Inn. in d. c. cum autem. quem ſequit Ho. ibi
in §. verũ. Io. An. ibidem ſup gl. pe. in fi. & ſimilr car. in fi. & ibidẽ
But. vbi ẽt Abb. in notabilib. & dõ. Phi. de ſarra. ſuper. d. gl. pe. &
hæc eſt veritas. & vide quę diximus. ſ. in j. par. huius ſecũdi lib. in
ij. q. prin. in vij. artic.

¶Vndecimus artic.viij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Inſtituere habens negotium diſcutere debet, etiam nullo contradictore ap-*
*parente.*
2 *Inſtituere habens termino edicti elapſo, nullo comparente, debet præfigere ter*
*minum competentem præſentantibus & præſentato ad producendum eo-*
*rum iura, & dare coadiutorem curiæ, qui habeat opponere contra prædi-*
*ctos.*
3 *De electi perſona inquiſitio fieri debet, ex officio, antequam confirmetur.*
4 *De electionis validitate & inualiditate inquiſitio fieri debet.*
5 *Inſtituens de ignoto pręſentato inquirit, non de noto.*
6 *Præſentatus ab epiſcopo admittendus eſt ſine examine.*

Quia Viſum eſt de admiſſione pñtationis, & de petitione
inſtõnis, ex quo. ſ. in vj. q. prin. huius partis in vlt. art.
diximus vltra citationem ſpãlem & gñalem ꝑ edictum requiri,
etiam de ſubſtãtia inſtõnis diſcuſſio ipſius negotij: ꝑ tex. in ca. fi.
de elect. lib. vj. ¶Dubitat. xj. aliquo ꝯdictore non ſtãte, & termi-
no edicti elapſo, an petita inſtõ cõcedatur: an vero requirat diſ-
cuſſio & inquiſitio tam circa pñtantes, quam circa perſonã pñ-
tatam: & ipſam præſentationem & in d. q. vj. art. vlt. ſatis dixim⁹
1 omnino hmõi diſcuſſionem negotij ex officio eſſe faciendam,
etiam nullo ꝯdictore cõparente. & retulimus dicta doct. in d. c.
fi. de elect. lib. vj. & præſertim Gaye. ibidem in ſua repe. in fi. pri-
2 mę & in ij. colum. vbi diximus termino edicti elapſo † & nullo
comparente habentem inſtituere debere p̃figere terminum cõ
petentem præſentantibus, & pręſentato, ad producendum eo-
rum iura, & dare coadiutorem curiæ in loco ꝯdictoris, qui hẽat
opponere ꝯ prædictos, & ipſe inquirere ex officio: vt voluit
Gaye. ibidem in fi. ſecundæ & in prin. tertiæ col. cuius dicta etiã
retulimus. in d. vj. q. prin. in xviij. art. ergo hæc diſcuſſio fieri de-
bet ex officio: vt ibi diximus. & ad ibi dicta adde idem eſſe in ele.
3 † & ſic in habente confirmare: quia habens confirmare, habe-
bit inquirere de perſona electi, antequam illam confirmet etiã
ex officio: & nulla infamia, vel denuntiatione præcedẽte: vt no.
4 in c. poſtquam. de electio. debet † etiam fieri inquiſitio de validi
tate vel inualiditate electionis. c. cum nobis. & ibi gl. de ele. c. de
petro. cum gl. xlvij. diſtinct. c. catinenſis. lxj. diſt. Specu. in titu. de
alleg. & diſpu. §. fi. verſi. & breuiter. xxiiij. diſt. epi. xciij. diſt. Petr⁹.
lxj. diſt. miramur. c. venerabilem. c. ſcriptum. & c. nullus. de elect.
& per Specu. in tit. de inquiſi. §. iiij. ver. in ſumma. Cum ergo hoc
ſit in electione: & hodie circa hanc diſcuſſionem neceſſariam
ſunt æquiparatę electiones & pręſentationes. d. c. fi. de elect. lib.
vj. & diximus. ſ. in vj. q. prin. huius partis. in ij. & vlt. art. ergo hęc
diſcuſſio facienda eſt ex officio, & ideo Aug. in aut. vt cle. qui re
ce. colla. v. expreſſè dixit in confirmatione rectoris epõ pñtati ꝑ
patronos non debere ꝓcedi ad confirmationem, ſi eps primo
non inquirat, & reperiat ipſum eſſe idoneum. quod dictum re-
fert Firma. in tracta. de epõ. in iij. par. ij. prin. tertij lib. in iiij. q. vbi
dicit eandem diſcuſſionem eſſe faciẽdam in poſtulatione, & in
ordinatione clericorum. & doctoratione ſcholaris, vt ibi ꝑ eũ.
5 ¶Verum † ſi præſentatus eſſet notus habenti inſtituere, nõ eſſet
examinandus: & ideo etiam habẽs pñtari poſſet, contra gloſſ. in
verbo, pñtare. in cle. dudum. de ſepul. vt voluit Abb. & docto. in
c. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à pręla. & nos diximus. ſ. in j. part.
huius. ij. lib. in xj. & vlt. q. prin. in iij. art. ¶Sicut etiam dicimus ele
ctum notum habenti cõfirmare, non inquiri, ſed incognitũ ſm.
d. c. de Petro. & glo. in c. nullus. xxiiij. diſt. & xciiij. diſt. in. valde. &
de pręſumptio. cap. mandata. vnde & notus ſine approbatione
recipitur in monaſterio. de regula. c. ad apoſtolicam. & gl. in d.
c. de petro. ¶Et ideo ꝯcluſimus ſupra, in d. prima par. huius ſecũ
di lib. in x. q. princip. in ij. art. quemlibet pręſentatum nõ debere
præſumi idoneum, quamuis aliud non appareat, ex quo eſt ꝯhẽ
dum matrimonium ſpũale de p̃ſenti inter inſtituendum & ec-
cleſiam: quo caſu quis nõ pręſumitur bonus, ſed malus: vt appa
reat bonus, vt fieri debet à patre, cum alicui nuptui tradere vult
filiam: ſm Io. And. & poſtea Domi. in c. ſi forte. de elect. lib. vj. vt
in d. ſecundo artic. latè diximus, dum ibi tractauimus, an quili-
6 bet pñtatus præſumatur bonus, niſi ꝯrium appareat. ¶† Dic ẽt
aliud præſentatum ab epõ exiſtente patrono alicuius eccleſię,
non eſſe examinandum per habentem inſtituere, ſed admitten
dum ſine examine, ſecundum Specu. in titu. de diſpenſationib⁹.
§. nunc de epiſcoporum. verſicu. lxxiij. vbi dicit pro eo præſu-
mitur. ſequitur Firma. in dict. tracta. de epiſcopo, in ij. parte. quar
ti libri. in quæſtio. xlix. in v. colum. verſicu. lxxv. vt pręſentatus.
de quo etiam credimus nos tetigiſſe. in dict. ij. art. & ſic conclu-
de huiuſmodi diſcuſſionem eſſe faciendàm per habentem in-
ſtituere.

¶Duodecimus art.viij.q.prin.ij.partis.ij.Libr.

1 ☞*Negotij diſcuſſio, in quo loco fieri debeat ab inſtituente.*
2 *Inſtituere habens debet eſſe iudex inquiſitionis de præſentato & inſtituendo.*
*Et quo illa ipſa diſcuſſio fieri debeat. & nu. 3. & 4.*

1 Sed Dubium eſt hic, & hic ſit. xij. art. † iſta diſcuſſio & inqui-
ſitio quę fieri habet ante inſtõnem ſuper ipſam pñtatio
nem de iuribus præſentantium, & meritis pręſentati, in quo lo-
co fieri debeat: à quibus perſonis: ꝑ quem iudicem, & qũo dẽat
fieri. ¶Et reſponde breuiter hunc ꝓceſſum ex quo non interue
nit ꝯdictor poſſe fieri ex parte habentis inſtituere ẽt extra terri-
torium ipſius: vt diximus. ſ. in ſecunda q. princ. huius part. in vj.
art. & in vj. qõ. prĩ. ſimiliter huius par. in vij. art. & diximus etiam
remiſſiuè in præce. ix. art. ¶Si vero quęrimus de loco ex parte
præſentati, hic huiuſmodi inquiſitionem eſſe faciendam in lo-
co, in quo pręſentatus inſtõnem petens fuerit conuerſatus. ca.
poſtquam. cum glo. & c. ſcriptum. de elect. 24. diſt. illud. cum gl.
xxiiij. queſt. j. prouidenda. & ſic ex quo pręſentandus debet eſſe
de eadem eccleſia, gremio, capitulo, ciuitate, vel diœceſi: vt di-
ximus. ſ. in j. par. huius ſecundi libr. in vij. q. princ. in 24. art. in ip-
ſis locis faciẽda eſt inquiſitio, vt ab illis poſſit reddi teſtimoniũ
veritatis. nam ab eis perquirenda eſt vita inſtituendi, q eius qua
litates notas habent. xxxvij. diſt. cap. vlt. de reg. iur. ca. pe. gloſ. in
c. ĩnotuit. & in cap. ſcriptum. de elect. & ibi per doct. & l. regula.
2 ff. de iuris & fac. ignoran. ¶† Iudex huius inquiſitionis erit ille
qui ĩſtituere habet, ſiue ſit ordinarius, ſiue inferios prælatus ius
inſtituendi ex præſcriptione vel priuilegio habens: vt vult pul-
chrè tex. iuncta gloſſ. i verbo, pertinet. ĩ d. c. fina. de elect. libr. vj.

3 & diximus.ſ.in vj.q.prin.huius par.in vj.art.¶†Quomodo aũt fieri debeat hæc diſcuſſio, ſi quærimus de iudicio, diximus eſſe faciendam extraiudicialiter,& ſine totali cauſæ cognitione. in d.vj.q.princ.in vij.& vlt.art.& ſi bene interueniret oppoſitor,eſſet adhuc faciẽda ſine ſtrepitu & figura iudicij:iuxta cle. diſpendioſam.de iud.& in ſeq.q.latius dicemus. ¶Si verò quærimus,
4 quomodo†ſit facienda reſpectu ſubtilitatis & profunde indagationis,vel ſuperficialis:& dic eſſe faciendam non rigide: ſed cum temperamento quodam.ſ.vt non requiratur nimia perfectio:ſed ſufficiat ętas legitima,literatura ſufficiẽs,& morum honeſtas.gl.notabi. loquens de examine ordinandorum.in c.quãdo.xxiij.diſt.per no.in c.cum in cunctis.de elect. Reliqua, quæ veniunt in examinatione,ponuntur per docto.in c.conſtitutus. de purga.cano.& latè per Fima.in j.q.ſecundi lib. & per totum nos vero in prima par.huius ſecũdi lib.in x.q. princ.in j.art.latè tractauimus,qui dicantur idonei, vt præſentari poſſint ad bñficium patronatum:& de qualitatib.in illis requiſitis,remittendo nos ad ea,quę diximus in diuerſis locis huius tract.¶De illis igitur erit indagandum per huiuſmodi diſcuſſionem,& inquiſitionem facientem.

¶Decimustertius art.viij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *De præſentati idoneitate, & præſentantium iurium, eſt inquirendum.*
2 *Inquirens obijcere poteſt contra præſentatum & præſentantes.*
3 *Coadiutor ſiue oppoſitor comparentes quæ poſſint obijcere.*

Et ex Iſtis apparet deciſio.xiij.art.quid habebit indagare & diſcutere habens inſtituere,inquirens,& an ipſe poſſit obijcere vel obijci facere ↄ præſentantes præſentatum,& ipſam pręſentationem:& quæ obijci poterunt.†Et dic debere in-
1 dagare idoneitatem præſentati:vt in proxi.præced.art.diximus: recurrendo ad primum articulum.x.q.prin.j. par. huius ſecundi libri, vbi accumulauimus idoneitates prædictas:debet etiã indagare iura pñtantium,vt ſi dixerint ſe patronos,an fecerint ea ex quibus ius pa.acquiritur.de quis latè loquuti fuimus.ſ.ſ.de fundatione,conſtructione,& dotatione.in j.parte.j.lib.in j.iij.iiij.& v.quæſt.¶An vero ſint patroni ſaltim ex refundatione,& recõſtructione,& redotatione,de quib.diximus.in d. prima par. pri. lib.in vj.quæſt.princ. ¶Et demum ſi forſan fuerint patroni ex priuilegio, vel eo modo,quo fieri põt ex pręſcriptione, de quibus diximus.in d.j.par.j.lib.in x.qõ.princ.& prædicta procedant ex iure principaliter acquiſito. ¶Ex iure vero tranſlato,ſi habeant ius pa.ex ſucceſſiõe,donatiõe,& alijs titulis legitimis. de quibus latè diximus per totam ſecundam partem primi libr. ¶Si vero præſentantes allegauerint eorum quaſi poſſ. debebit indagare habens inſtituere,de eorum quaſi poſſ.canonicè acqſita,bona fide,vel mala fide,& quę ſit vltra quaſi poſſ.& de omnibus, de quibus diximus ſ.in j.par.huius ſecundi lib.in iij.q.pri. per totum,vbi tractauimus materiam quaſi poſſ.& predicta om-
2 nia ex officio habens inſtituere,indagare tenetur. ¶†Quo vero ad aliud membrum huius art.an ipſe inquirens poſſit obijcere aliqua ↄ præſentatum,& pręſentantes,vel obijcere facere:& dicendum eſt ꝙ ſic:per ea,quæ notantur.in c.ſi.de elect.lib.vj.& illa poterit obijci facere ꝑ coadiutorẽ curię ab eo datum, nemine comparente & opponente:vt diximus.ſ.in vj.q.princ. huius partis.in vlt.articu.& in proxi.præced.xj.artic.præſentis qõnis.
3 ¶†Quæ autem obijci poterunt,ſiue per coadiutorem,ſiue per oppoſitorem comparentem contra præſentatum. dic poſſe obijci omnia de inidonietate vel indignitate,ac defectu,vel de impedientibus inſtõnem ex aliquibus non ſonantib.in vitium.de quib.diximus ſ.in prima par.huius lib.in ſeptima, octa.& ix. q. prin.reductis aliqualiter.in x.qõ.prin.ibi.in j.art. ¶Contra vero perſonas præſentantium poterunt obijci ea,quæ colligi poterunt ex his,quæ latè diximus.in d.j.par.huius ſecũdi lib.in ij.qõ. prin.quę tangunt pſonas pſentantium.¶Et etiam ꝙ à ſe ius pa. abdicauerint in totum vel in partem,in partem,quia pro illa vice ſunt priuati iure præſentandi,ex quo præſentarunt indignũ ſcienter.de quo diximus ſ. in d.j.part.huius ſecundi libr.in x. qõ. prin.in iiij.art. ¶In totum,quia ius pa.in alios tranſtulerunt aliquo legitimo titulo,de quib.diximus,in ſecunda par.j.lib.¶Vel quia ius pa.amiſerunt & illo priuati fuerũt aliqua cauſa vel delicto:puta quia illud vendiderunt:vt diximus, ſ.in d.ij.par.j. libr. in v.qõ.prin.& de priuatione dicemus.ĩ.deo duce.in tertio libr. in ſuo loco.¶Vel obijcitur ↄ eos eccleſiam eſſe liberam: & ſic ſpectare ad collationem ordinarij:& in hoc poſſunt ſuccedere multę lites.de quibus latè tractauimus.ſ.in j.q.prin.huius par.in ix.art.in quarto caſu. vbi poſuimus omnes lites quæ oriri poſſunt inter ordinarium & dicentem ſe patronum. ¶Vel poterit obijci ꝯtra eos ipſos non eſſe in quaſi poſſe.præſentandi ſed ordinarium conferendi,vel eos eſſe malefidei poſſeſſores inuaſores:violentos poſſeſſores,ſiue intruſos.de quibus diximus.in d. j.par.huius.ij. lib.in iij.qõ.prin.per totum. ¶De forma autem præſentationis poterit indagare,an ſit facta per ꝓcuratorem inhabilem:de quibus diximus.ſ.in d.j.par.huius.ij.lib. in iiij. q.prĩ. per principalem vel ꝓcuratorem excõicatum,ſeu aĩs cenſuratum.de quibus diximus.ĩ d.j.par.huius.ij.lib.ĩ ij.q.prĩ. ¶Vel fuit facta de incognito abſente.vt diximus.ĩ d.j.par.in xj.q.prin. per totum.¶Vel fuit facta & non acceptata infra tempus datum ad pręſentandum: vt ibidẽ diximus ĩ vlt.art. ¶Vel fuit facta extra tempus datum ad præſentandum à iure,vel ab edicto. de quib' diximus.ĩ j.q.prin.huius par.per totum.¶Vel fuit facta nõ ſeruatis condõnibus appoſitis per fundatorem ĩ limine fundationis, vel illæ fuerunt obſeruatæ,ſed non tenebunt. de qbus diximus. ĩ j.par.j.lib.ĩ ix.q.prin.& in j.par.huius.ij.lib.in vij.q.prin.in xxvij. art.cum tribus ſeq.¶Vel fuit facta eccleſia adhuc non vacante. de quibus diximus ſupra.ĩ j.par.huius.ij.lib.ĩ vj.q.prin.¶Vel fuit facta ĩ beneficijs,in quibus non cadit præſentatio.de quibus diximus ibidem.ĩ v.q.prĩ.¶Vel fuit facta,non qñ,nõ vbi:nec qualiter fieri debebat.de qbus diximus.ſ.ĩ ij.q.prĩ.huius part. ¶Vel fuit facta non eo modo,quo fieri debebat:vt diximus ſ.ĩ iij. qõ. prĩ.huius par.¶Vel fuit facta non coram qbus fieri debebat. de qbus diximus.ſ.ĩ iiij.q.prin.huius par.¶Vel fuit facta,ſed per p̃ſentatum non exequuta,quæ exeq debebant:& maximè,ſi adminiſtrauerit vel ſe ĩtruſerit.de qbus diximus.ſ.in v.q.prĩ. huius part.¶Vel nõ fuit appoſitum edictum ꝓ incertis oppoſitorib' ſecum compræſentatis, nec citationes ſpãles ꝓ certis.de qbus diximus.ſ.ĩ vj.q.prin.huius par.¶Vel obiicĩ de variatione p̃roni nõ valẽtis variare:qa clericus vel ſi laicus nõ vltra duos pñtãdo:vel oppoſitionem ſpectare ad habentem inſtituere. de qbus diximus.ſ.in vii.q.prin.huius partis.

¶Decimusquartus art.viij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *Præſentans & præſentatus quæ debeant præſentare, vt teneat inſtitutio. & nu.3.4.*
2 *Quaſi poſſeſſio allegãda,eo ꝙ facilius probatur. Et multoties quaſi poſſidẽs præfertur proprietario.*

Ex quo Vidimus de quibus ſe habet informare inſtituens,& quę poſſunt obiici contra pñtantes p̃ſentatũ,& formã pręſentationis.xiiij.loco merito.eſt videndum,
1 †quid habebũt ꝓbare pręſentatus,& pſentans,ſi ambo petunt inſtitutionẽ,vel alter ipſorũ, ſi vnus illã petit in iſta diſcuſſione & inqſitione, & hoc vt obtinere poſſit inſtitutionẽ.& breuiter dic qđ aut fit ſimpliciter diſcuſſio, & non ſunt oppoſita aliqua eius demerita: & ſolum erit probãdũ pſentantẽ habere ius pat. ſi ſolũ proprietatẽ deduxit. Sed ſi ſolum deduxit quaſi poſſeſ.ſo-
2 lam quaſi poſſ.probare habebit:† & hoc eſt cautius, vt ſemper quaſi poſſ.allegeẽ:qa illa facilius probatur.& multotiens quaſi poſſidens proprietario præfertur:vt pulchrè hanc cautelam poſuimus ſupra in j.par.huius ſcdi libr.in iij. q.princ.in j.articul.in verſi.prædictã etiã conclu.& an & quãdo proprietario præferatur,& qđ in bonæ fidei:& quid in malę fidei poſſeſſore,latè diximus in tota illa.iij.q.princ.¶Et ſi aliqua qualitas in beneficiãdo requiritur,vix ex diſpoſitione iuris:vel ex diſpoſitione fundato-
3 ris etiã† inæqualitas eſt probãda.de quibus diximus ſupra in d. j.par.huius ſcdi libri.in vij.q.princ.per totũ & præſertim. in xxv. arti.cum quinque ſeq.& ſic clericatum talem ordinẽ &c.¶Habebit etiã probare ſe fuiſſe præſentatũ infra tẽpus datum à iure de quo tamen dic, vt diximus ſupra in j.q.princ.huius partis in. xxv.arti.¶ Debet etiam probare ſe fuiſſe pręſentẽ in præſentatione:& ſi abſens,caſu,quo poteſt infra tẽpus datum ad præſentandũ acceptaſſe: per ea, quæ diximus. ſ.in d.j.par.huius ſecundi libr.in xj.q.princi.in vlt.articu.& in v.q.princ.huius partis.in j.& ij.arti.¶Fuiſſeque factam pręſentationẽ corã habẽte ius inſtituẽdi:& ſi per inſtrumẽtũ, vt per literas fuerit facta infra tempus fuiſſe pręſentatũ:& præſentans vna cum præſentãdo habẽti inſtituere, vt diximus in iiii.q.prin. huius partis in j.artic.cum duobus ſequen.¶Et ſi facta fuit præſentatio per procuratorem cõſanguineũ vel ſimiles cũ ꝓmiſſione de rato ꝓbari dẽt fuiſſe ratificatã pſentationẽ infra tps datum ad præſentandum: vt diximus in d.j.par. huius ſecũdi lib.in xj.& vlti.q.princ.in j.articu.
4 ¶Debet etiã conſtare†de edicto generali circa incertos: & de citatione ſpãli circa certos.c.ſi.de elec.libr.vj.& in ipſis citationibus fuiſſe appoſitũ peremptoriũ,vt ibi, & de relatione nuntij affigentis & leuantis. de quibus omnibus latè diximus ſupra in vj.q.princ.huius partis. & ſic de ſimilibus,quæ neceſſario requirunt pro ꝯſequẽda inſtitutione. de quibus latè diximus in toto opere.¶Si vero habens inſtituere inquirit de aliqbus defectibus vel nõ idoneitate pſentati, ſeu de non iure, vel aliqua inhabilitate

bilitate pręſentantis:de quibus diximus ſ̃.in d.j.par.huius ij.lib.
in vij.viij.& ix.qōnib.principalib. ipſi pn̄tantes: & pręſentatus
debere exceptionare,& defendere ſe,iuxta naturã inhabilitatis
vel edicti appoſiti. ¶Qualiter aũt hę probationes fient, dicet.
j̃.in,x.q.huius partis.

¶Decimusquintus art. viij.q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 *Epiſcopus ſeu inſtituere habens,an teneatur admittere præſentatum, & inſtituere,niſi aliud ipſe vel alter obijciat,& probet in perſonã eius vel præſentantis,ſeu contra formam præſentationis.*
2 *Variatione ſtante, nullum ex præſentatis poſſe petere inſtitutionem, falſum eſt.*
3 *Præſentatus debet ab habente inſtituere admitti & inſtitui,niſi aliud obijciatur,& probetur,contra præſentantem & præſentatum.*

1 Dubitatur Modo.xv.an†eps̄ ſeu alius inſtituere habẽs
teneatur admittere pn̄tatum, & inſtituere,
niſi aliud ipſe vel alter obijciat,& ꝓbet in|perſonam eius,vel pn̄
tantis ſeu ꝯ formam præſentationis:& breuiter dic teneri inſti-
tuere:vt eſt text.in cap.monaſterium.xvj. qō. vij. cum gloſſ.ibi.
fi.Et pro hoc facit,quia ſi beneficium conferret ſpreta pn̄tatio-
ne patroni,non teneret collatio:imo eſſet ipſo iure nulla. c. de-
cernimus.eadem cauſa & quęſtione.¶Pau.de cit.quęrit de hoc
in hoc tract.in vj.par.in vj.q.quæ tamen re vera eſt quinta.& al-
leg.dict.glo.fin.cap.monaſterium.quę vult ipſum inſtituentem
teneri:vt ſupra diximus niſi aliquid obijciatur in perſonam eius
c.de præſenti.lxv.diſt.quod loquitur in epiſcopo cõfirmando,
qui debet cum ſuperioris autoritate cõfirmari.c.poſtquam. 50.
diſt.¶Adducit etiam.cap.paſtoralis.hoc titu.vbi clarè dr̃ epiſco
pum debere admittere pręſentatum idoneum,quamuis patro-
nus vellet variare:& ſic dicit ꝙ licet patronus poſſit alium præ-
ſentare:tamen tale ius acquiritur pn̄tato,quod cogitur eps̄ eum
inſtituere,niſi habeat iuſtam contradicendi cauſam.alleg. Petr.
de Anch.in c.j.de inſtitu.lib.vj.¶Verum intelligit prędicta, qn̄
vnus tantum eſt pn̄tatus,quem epiſcopus ſine cauſa recuſat in-
ſtituere:& patronus perſeuerat in eadẽ volũtate. Si autem duo
ſimul vel ſucceſſiuè ſunt pręſentati, tunc neutro competit ius
præſentandi:ſed poteſt eps̄ eligere quem velit,niſi primum ma
litioſè recuſaret admittere:quia tunc tenebitur ſibi ꝓuidere de
alimentis,donec de beneficio ꝓuideatur.dict.cap. paſtoralis. &
ibi docto.Si autem vnus tantum eſt pręſentatus,quem eps̄ ſine
cauſa recuſat inſtituere:& patronus perſeuerat in eadem volun
tate,pręſentatus poterit agere contra ep̄m,vt eum inſtituat.per
d.c.paſtoralis.& c.cum dilectus.hoc titu.& c.dilectus.de offi.de-
lega.& ibi glo.ij.ita reſidet ibi Pau.diuertendo ad plura: & nihil
firmiter concludendo.¶Tu aduerte ad id,quod dicit, ꝙ ſtante
2 †variatione nullus ex præſentatis poteſt petere inſtõnem : qđ
eſt falſum.nam omnes petere poſſunt:vt diximus.ſ̃.in tertia pręceden.art.quamuis inſtituens habeat optionem: vt diximus. in
3 pręceden. ſeptima qō. prin.in xxj.art.¶† Et quo ad hunc arti-
culum conclude habentem inſtituere,teneri admittere:& inſti
tuere pręſentatum,niſi aliquid obijciatur,& ꝓbetur contra pn̄-
tatum ſeu inſtõnem:circa vero reliqua dicta ipſius Paul. dic,vt
dicetur in ſeq.art.& tenet Firma.in tract.de ep̄o.in ij.par. quarti
lib.in xxvij.q.

¶Decimusſextus art.viij.q.prin.ij.par.ij.Lib.

1 *Præſentatus malitioſè,non admiſſus nec inſtitutus ab habente inſtituere, an habeat aliquod ius contra eum.& quæ remedia poſſit intentare & numero 4.*
2 *Remedium quod datur præſentato contra inſtituere habentem,vt appel..& nume.3.5.7.8.9.& 10.*
6 *Pręſentati vbi duo ſunt ſucceſſiuè & accumulatiuè per patronum,epiſcopus optionem non habet,ſed tenetur inſtituere idoneiorem.*
11 *Pręſentati ſi plures ſint ſucceſſiuè,puta duo,& ambo,non admiſſi,ambo poſſunt etiam cum patrono inſtare pro annullatione inſtitutionis factę.*

1 Et ideo Dubitatur.xvj.an † præſentatus ſine cauſa, & ſic
malitioſè,non admiſſus nec inſtitutus ab haben-
te inſtituere,habeat aliquod ius contra ipſum, & que remedia
intentare poſſit.& gloſſ.j.in ca.paſtoralis.hoc titu. dicit præſen-
tatum poſſe appellare.Et cum nullus alius eſt pręſentatus, de-
beat ordinarius illi deferre, quis ex ſola præſentatione facta à
vero patrono acquiritur ius præſentato,ita ꝙ ſi alium non præ-
ſentauerit,obtinere debet aduerſus alterum inſtitutum.de re iu
dica.cum Bertoldus.xvj.q.vij.decernimus.Si vero alium patro
nus pn̄taret,appellatio tenuiſſet à principio:ſed ſi patronus alte
rum pn̄tauerit,& eps̄ inſtituerit ipſum,iam nõ obſtabit appella
tio,cũ ſit ei ꝑmiſſum à iure variare.c.ꝙ autem.hoc ti.eps̄ tñ,qui
illũ primũ pn̄tatum non admiſit,punitur,nõ ex vi appellationis:
ſed quia malitioſè ipſum repulit:vt in d.c.paſtoralis. ¶Goffr.in
hoc titu.idem dicit clarius,loquẽdo. in vj.cõl.dicit enim, ſi quis
pręſentatur ab eo,qui ius habet præſentandi:& cum ſit idoneus
non admittitur à prælato,& patronus nõ variat,ius habet in re:
& agere poteſt contra inſtitutum à nemine,vel à falſo patrono
præſentatũ.& ſic loquitur.c.cũ Bertoldus.& c.decernimus. vbi
autem verus patronus aliquem pręſentat,& variat alium pn̄tan
do,locum habet.c.cum autem.& c.quod autẽ.vt epiſcopus ha-
beat optionem:ſed primo præſentatus nõ poterit agere ꝯ inſti-
tutum:ſed ꝯ pręlatum,qui eum pn̄tatum,& idoneum malitioſè
nõ admiſit fortè differẽdo inſtituere:& difficultates aliquas in-
gerendo,vt variaret patronus,& alterum pn̄taret,& eget vt ꝓui
deat ei de beneficio competenti:per d.c.paſtoralis.¶Hoc idem
ſequitur Hoſ.in ſumma huius titu.in §.in quibus.in iij.col. ver.
2 illud autem.Hoc etiam voluit Inn.in c.cum autem.¶†Et in effe
ctu hoc idem voluerunt Hoſt.& Io.An.in d.c.paſtoralis.& Car.
ibidem.in j.& in v.oppo.& in j.q.& Ab.ibidem ſuper glo. j. qui
in effectu dicit hoc vnum eſſe remedium,vt pręſentatus qui nõ
admittitur,nec inſtituit malitioſè per ordinarium , appellet:qa
tenebit appellatio,& debebit illi deferri,ſi patronus nõ variat.
¶Dat & aliud remedium Ab.vt per viam querele iſte præſenta
tus adeat ſuperiorem debentis inſtituere,& petat,vt compellat
illum ad inſtituendum eum. allegat quod legitur & nota. in c.
ex parte Aſtenſis.de conceſ.præbẽ.& in c.cum Bertoldus. de re
iud.de quo remedio.j̃.erimus dicturi,loco ſuo.& ita reſidet ibi.
do.Abb.ſed plenius hanc materiam tractat ipſe Abb.in ca.cum
Bertoldus.in ij.oppo.in ij.colum.cum ſeq.de re iud.vbi quando
agere poſſit contra inſtitutum.hoc idem voluit ſumma dir. iur.
hoc titu.§.xxiij.¶Et Gaye.in repe.c.fi.de elect.lib.vj. dicit etiam
poſſe agere cõtra inſtitutum,& contra non admittentẽ.¶Paul.
de cita.in hoc tract.vero in vj.par.in vij.q.quærit,quot,vel quæ
3 remedia † dentur ꝯ ordinarium non admittentem præſentatũ
idoneum,nec inſtituentem ſibi pręſentatum:& refert glo.in d.
cap.paſtoralis.& dicit poſſe etiam agere aduerſus alium inſtitu
tum,ſine legitima pręſentatione:per c.cum Bertoldus. de re iu-
dic.vbi eſt tex.clarus,ꝙ licet pn̄tatus per hæredem illius,cui cu-
ria fuerat pignorata,fuerit inſtitutus:tamen præſentatus à vero
patrono,licet ꝯ eum fuerit lata ſententia,quia nõ comparuerat
tamen ꝓbata iuſta abſentia obtinuit à papa dictam ſuam pręſen
tationem ſortiri effectum.c.decernimus.xvj.quæſt.vij.vbi in cõ
temptum epiſcopi remouetur inſtitutus nõ legitimè pręſenta-
tus,& legitimè per patronum p̄ſentatus admittitur.& ibi gloſſ.
notat ep̄m cogi ſua retractare facta non legitimè. ¶Et ampliat
prędicta ipſe Pau. ꝓcedere,etiam ſi patronus alium accumulaſ-
ſet p̄ſentando:quia idonior poterit appellare.allegat Ab.in d.c.
cum autem.in verſi.item dubitatur. ¶Dat aliud remedium qđ
ſupra retulimus poſt Ab.qđ dicit ponere idem Ab.in d.c.ex par
te Aſtenſis.in pe.col. ver.ſed dubium eſt. de conceſſ. præbend.
4 ¶†Tu pro clara intelligentia huius articuli aduerte:nam aut pa
tronus nullum præſentauit,& adhuc durat de tempore dato ad
præſentandum,& à iure,& antequam ipſe præſentaret, eps̄ inſti
tueret alterum:& nõ eſt dubiũ p̄ronũ poſſe p̄ſentare:& ad ipſiꝰ
p̄ſentati inſtãtiam vel alterius ipſorum eſſe remouendum ꝓui-
ſum ab ep̄o,per remedium.c.decernimus.xvj.q.vij.& de hoc ca
ſu dicemus latè infra,in iij.par.in ij.q.prin.in ij.art. ¶Secundus
erit caſus,qn̄ patronus præſentauit vnum,& eps̄ recuſauit illum
admittere,& inſtituere ſine aliqua cã,& vt diximus.ſ̃.in ij.p̄ced.
art.ſi epiſcopus non admittit p̄ſentatum,non tenebitur patronꝰ
alium p̄ſentare:ſed omnino ipſe erit inſtituendus. Si ergo eps̄ il
lum refutaret,inſtitueret alterum nulliter p̄ſentatum,etiam per
ſententiam,à qua non fuit appellatum,ꝓpter abſentiam primi,
p̄ſentati,cum venerit primus audietur,& ad eius inſtantiam re-
mouebitur inſtitutus ſiue fuerit inſtitutus ea collatione ep̄i, ſi-
ue ad præſentationem alterius ius non habentis.& hic eſt caſus
aureus.in d.c.cum Bertoldus.& ita volunt Hoſt.& Goffr.in ſuis
ſummis.Hoſt.& Io.An.in d.c.paſtoralis.& Car.ibidem. in j.op-
po.& ſimiliter Ab.ibi & omnes.& hoc etiam voluit Gaye. in d.
repe.c.fi.in xlv.colum.& Pau.de cita.in hoc tract.in vij.par.in vj.
q.& aduerte,quia tex.in d.ca.cum Bertoldus.ponderauit abſen-
tiam ipſius primi p̄ſentati ꝓpter duo.Primo,quia non fuit cita-
tus citatione ſpeciali,iuxta diſpõnem.c.fi.de elect.lib.vj. de qua
diximus.ſ̃.in vij.q.prin.huius partis. Secundo,quia non obſtat
tranſitus in rem iudicatam: nam appellare non poterat ſtante
abſentia.& hũc caſum voluit etiam gl. j. in d.ca.paſtoralis. cum
allegauit.dict.c.cum Bertoldus.vt abſentia ibi operetur appel-
5 lationem.¶Tertius eſt†caſus,qn̄ patronus pn̄tauit vnum: &
eps̄ noluit illum admittere ſine cauſa:& pn̄tatus appellauit, &
tunc appellationi deferendum eſt: & ſi eps̄ inſtitueret aliquem
alium,eſſet reuocandum tanquam attentatum,quoć eſt intelli-
gẽdum patrono alterum non p̄ſentante:& ſic variante,de quo

in ſequen.v.caſu.& tunc ꝓſequuta appellatione,obtinebit præ
ſentatus,ſi aliquid ſibi non obſt.& hic eſt caſus.in d.c.paſtoralis,
iuncta gloſſ.prima.& hoc volunt omnes ſ.alleg. doct. ¶Habet
hic talis pręſentatus adeundi ſuperiorem habentis inſtituere ꝑ
remedium querel.de quo dicemus in ſequen.arti. ¶Et ſimilis
6 †huic eſt quartus caſus.ſ.quando bene eſſent duo ſucceſſiuè,&
accumulatiuè ꝑ p̃ronũ p̃ntati:quo caſu ep̃s nõ habet optionẽ,
ſed tenetur inſtituere idoniorem:vt concluſimus.ſ.in vij.pręce.
q̃o.princ.Ideo ſi epiſcopus voluerit vti optione, & optare ido-
neum p̃termiſſo idoniore,idonior poterit appellare : & iſti ap-
pellationi deferendum erit,ſicut & præcedenti : & attentatũ re
uocandum ſicut in pręcedenti:q̃a non ſumus in caſu optionis,
ſicut erimus ſequenti caſu.& licet Rofre.relatus hic à Io. And.
& etiam à Card.in v.oppo.in ſuis libellis voluerit ep̃m puniri.in
c.paſtoralis.quia non inſtituiſſet idoniorem , torquendo illum
tex.vt verbũ idoneum,ibi appoſitum intelligeretur de idonio.
re ſecundum quem intellectum eſſet dicendum inſt̃onem factã
de idoneo prætermiſſo idoniore tenere:& ſic epiſcopum puni
ri in prouidendo illum. Tamen eius intellectus communiter re
ꝓbatur.& ideo Io.And. & Card. ibi non ponderant maiorem
idoneitatem,ſed malitiam inſtituentis;: & ſic ſentiũt ſtante vn̄o
idoniore,nõ ꝓcedere diſp̃onem.d.c.paſtoralis.& ſic appellatio
nem nõ habere effectum,ſed debere habere effectum.& ita ex-
preſſe vult Abb.in ca.cum autem.hoc titu.ꝓpter quem hoc te-
net expreſſè ampliando caſum pręcedentem Pau. de cita. in d.
vj.par.in vij.q.quem.ſ.retulimus.& faciunt quæ dicemus.ĩ.in ſe
quen.xviij.art.in verſi.tu aduerte.cum ſequen.verſi.qui incipit,
& ex hoc ſequitur.& quæ dicemus.ĩ.in xix.articulo.in verſicu.
tu in hoc aduerte.& ita etiam tenuit Paul.de cita.in vj.par.in vl-
7 timis verbis.in lv.q.¶Quintus †erit caſus,quando patronus p̃-
ſentauit vnũ,& ep̃s illum admitteret & inſtitueret: tergiuerſan-
do & protelando,ita & taliter,ꝙ motus eſt patronus ad præſen-
tandum alium:& hoc fecit ep̃s ſine aliqua cauſa:& tũc licet fue
rit appellatum per primum pręſentatum,nihil operata fuit ap-
pellatio:nec quin patronus variaſſet:vt diximus.ſ.in vij.q.prin.
huius par.in ij.art.Nec etiam operabitur,quin epiſcopus poſſit
inſtituere,quomodo velit,ex quo optionem habet poſt varia-
tionem:vt diximus.in d.vij.quæſtio princip.in xxv.art. & ſic ap-
pellatio tenuit à principio,poſt variationem vero nõ : vt voluit
gloſſ.j.in dict.c.paſtoralis.per illum tex. & hoc caſu ep̃s tenebit
dare de ſuo ipſi primo pręſentato malitioſè non admiſſo:ex cu
ius malitia facta fuit variatio.& hic eſt verus intellectus.d. c.pa-
ſtoralis.ſecundum Io.And.& Card.in v.oppo.qui fuit Io.Andr.
& placuit Io.Cald.vt ibi refert Card.nam tunc ſine cauſa diſtu-
lit primum pręſentatum admittere,tanto tempore, ꝙ inductus
fuit patronus ad variandum , clarè apparet de malitia ſua, quę
non ſic apparet in ſequenti caſu.& hanc diſcuſſionem huius ca
ſus tenent ſummiſte ſupra allegati Inno.Ioã.And.Hoſt.Card.&
Abb.in d.c.paſtoralis.& Gaye.in d.repe.c.fina.in xlv.col.& Paul.
in d.vj.par.in vij.q.quem volunt etiam omnes doct.in d. c. cum
8 Bertoldus.¶Sextus †erit caſus, quãdo patronus p̃ſentauit vnũ
& p̃ſentatus appellauit,ne patronus alium p̃ſentaret,nec ep̃s in
ſtitueret,& nõ culpa ep̃i : ſed ex voluntate ſua patron⁹ variauit:
ſed malitioſè ep̃s non ex veritate inſtituit potius ſecundum quã
primum.& Io.And. in d.c.paſtoralis.dicit idem eſſe.& ſimiliter
Card.ibi.in v.oppo.& omnes.ſ.alleg.doct.hoc volunt. ſ. primo
p̃ſentatum,quamuis appellauerit, non poſſe remoueri facere
inſtitutum:ſed ſolum agere ꝯ epiſcopum malitioſè eum non in-
ſtituentem pro alimentis,donec ꝓuideatur ei de alio beneficio
ſed dicit Card.in d.v.oppo.hanc malitiam eſſe difficillimæ ꝓba-
tionis,& facilioris ꝓbationis eſſe malitiam præcedentis caſus.
Quod ego firmo : tamen poterit ꝓbari aliqua inimicitia inter
primum p̃ſentatum,& ep̃m,aliquæ minæ præcedentes , ꝙ cum
9 non inſtituet & ſimilia.¶Septimus †erit caſus, quando abſque
culpa ep̃i patronus variauit:& abſque aliqua malitia ep̃s habens
optionem,gratificauit potius vni illum inſtituendo,quam alte-
ri.& in hoc caſu nullum datur remedium:quia iurę permittẽte
ambo hoc fecerunt,quamuis millies non inſtitutus appellaue-
rit:& ſic tenebit inſt̃o:& epiſcopus non habebit alteri ꝓuidere
& hic eſt tex.in d.c.quod autem.& cum autem.& etiã ꝓbat tex.
c.paſtoralis.malitia ceſſante.& hoc volunt omnes doct.ſ.alleg.
tam in ſummis, quam in lecturis in dictis iuribus. & pręſertim
10 in d.c.cum autem.& c.paſtoralis.¶†Octauus eſt caſus,quando
ep̃s nullum admitteret ex pręſentatis per patronum. & tũc ſ̃m
Inno.in d.c.paſtoralis.caſſabitur inſtitutio.alle. c. cum dilectus.
c.conſultationib.& c.illud.hoc tit.hoc idem voluit ibi Io. And.
& Card.in iij.q.certè hic eſt idem caſus cum primo , qñ non ad-
miſit vnum p̃ſentatum:quia caſſabitur inſtitutio:per c.decerni-
mus.vel caſſa declarabitur,vt ibi.xvj.q.vj.¶Sed in hoc caſu pul-
11 chra reſultat dubitatio,ſi ſunt plures ſucceſſiuè †p̃ſentati : puta
duo,& ambo non admiſſi,non eſt dubium ambos poſſe, etiam
cum patrono inſtare pro annullatione inſt̃onis factę,per no. in
d.c.decernimus. & etiam in d.c.cum Bertoldus.ſed quis habebit
optionem,ipſemet ep̃s,qui eos refutauit,vel eius ſuperior:& di
cerem ꝙ ſicut notatur per gloſſ.in d. cap.decernimus. reuocata
inſtitutione facta,ſpreto patrono per ipſummet epiſcopum ip-
ſe inſtituit:vt aperte vult ibi gloſſ.ita & in hoc caſu ipſe optabit
vnum de ipſis duobus per patronum p̃ntatis, & optatum in-
ſtituet.ſi vero hoc agere noluerit,ñ eſt dubiũ optationẽ & inſti
tutionẽ deuolui ad ſuperiorẽ:iuxta nota.in c.ij. de conceſ.præ-
ben.vt nos etiam dicemus.ĩ.in iij.par. in ij.quæſt.prin.in vj.arti-
cu.cum duobus ſequẽ.elapſo tẽpore dato ad pręſentandũ p̃ſen
tatione facta vel nõ facta : & ep̃o nõ inſtituẽte infra ſex menſes
deuoli inſtitutionẽ ad ſuperiorẽ.& ſic.d.c.ſc̄d̃m de conceſ.præ-
bẽ.habere locum etiam in inſtituente:& per iſta omnia ſunt cla
ra,quæ re vera intricata videbantur.

¶Decimusſeptimus art.viij.q.prin.ij.partis.ij.Libr.

1 ☞*Præſentatus poteſt adire per viam querelæ , ſuperiorem habentẽ ius inſti tuendi,vt compellat ipſum ad inſtituendum.*
2 *Hominis terminus quando ſuccedat loco iuris.*
3 *Archiepiſcopus poteſt compellere habentem inſtituere ad inſtituendum , & præfigere ſibi terminum , infra quem ſi non inſtituerit , poterit ipſe inſti- tuere.*

Et ideo Videndum eſt.xvij.an ſit aliud remedium vt præ-
ſentatus non admiſſus poſſit conſequi inſtitutio
tionẽ contra habẽtem inſtituere?& vt vidiſtis in pręced.ar.abb.
1 in d.c.paſtoralis.ſuper glo.j.†ponit aliud remediũ vt præſenta-
tus ꝑ viam querelę adeat ſuperiorẽ habentis inſtituere,& petat
vt cõpellat illum ad inſtituendũ:per not.in c.ex parte Aſtenſis.
de ꝯceſ.prębẽ.& in c.cum Bertoldus.de re iudi. & idem Abb.in
c.ex parte Aſtenſis.in pe.colũ.in verſi.ſed dubium eſt,quęrit de
hoc & dicit ꝙ ſi tenem⁹ opinionẽ,ꝙ archiep̃s ſuppleat negligẽ-
tiam ep̃i.Iſte caſus eſt clarus.ſed tenendo ꝯtrariã opinio. quã di-
cit ſe examinaſſe in c.paſtoralis.de offic.ordi.& in repe.c.ſi quis
contra clericũ de foro cõpe.eſt magna dubitatio.ſed nihilomi-
nus dicit archiep̃m poſſe.ſ.non ſolũ cõpellere ep̃m,ſed etiã ipſe
inſtituere:q̃a terminus hominis ſuccedit loco termini iuris, vt
ibidẽ ipſe dixit:ſed ſi eſſet terminus iuris, & deuolutio fieret ad
ep̃m.c.ij.de ꝯceſ.p̃bẽ.ergo in caſu iſto,cum terminus fuit p̃fixus
ep̃o ab archiep̃o,poterit ſupplere archiep̃s:& ſic ex dictis Abb.
3 ibi põt colligi †archiep̃m poſſe cõpellere ep̃m ad inſtituẽdũ:&
pręfigere ſibi terminũ,infra quẽ ſi nõ inſtituerit,poterit ipſe in-
ſtituere.hoc idem ſeq̃tur Pau.de cita.in d.vj.par.in viij.q.in fin.
& hoc idẽ dixit Abb.in d.c.cum Bertoldus.de re iud. poſt princ.
iiij.col.& Pau.ibi & etiã Roc. in hoc trac.in præludijs.in fin.iij.
q.in v.colũ.operis.volũt archiepiſcopũ poſſe compellere epi-
ſcopũ ad inſtituẽdũ.per c.nullus.hoc tit.¶Tu ĩtellige de iſta cõ
pulſiõe,quę fit per ſuperiorẽ:& an ipſe ſuperior poſſit ſupplere
actũ:& quid de archiep̃o in ep̃m:diximus latè.ſ.in ij.par.j.libr.
in j.q.princip.in xx.articul. ad ibi dicta me remitto.ſed in hoc
caſu tenerem cum Abb.quia concludit eius ratio.An autẽ.c.ij.
de conceſ.præben.habeat locum in inſtituente,diximus.ſ.in iij.
par.in ij. q.princi.in vj.articulo.

¶Decimusoctauus articu.viij. q.prin.ij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Inſtituere habens ſi nolit præſentatum admittere,quis teneatur eius mali tiam probare.*
2 *Bonus quilibet præſumitur,niſi probetur malus.*
3 *Actione iniuriarum tenetur,qui fideiuſſorem euidenter locupletem recuſauit.*
4 *In cauſa ſuccumbens,& non appellans,poterit poſtmodum habere regreſſum contra iudicem,qui malè iudicauit.*

Sed Pro clara intelligentia præcedentis articuli. xviij. loco
1 †dubitat̃,quis probabit,& quomodo ꝓbabitur:& an p̃-
ſumat̃ , ꝙ malitioſè habens inſtituere, non admiſerit p̃ntatum:
hunc articulum tractat glo.in d.c. paſtoralis.in verbo malitio-
ſè.quæ dicit primo præſumendum eſſe pro facto ipſius ep̃i. cap.
bonę.el j.de electio.c.poſt ceſſionem.de ꝓbat.ita nullo aliquid
obijcienti ipſe poteſt eum repellere.de elect.venerabilem. in c.
nam nobis olim.in xxviij.diſt.priuſquã.xxxix.di.petrus. ¶Poſt-
2 ea glo.dicit ꝯtrium eſſe verum,quia †qui malitiam obijcit, eam
ꝓbare debet.ff.de proba.l.quotiens.§.qui dolo.& vj.q.ij.ca.pla-
cuit.& c.ſi tantum.demum voluit mantellum,& dicit fore dicẽ
dum,ep̃m debere oſtendere illum non eſſe idoneum:quia quili
bet præſumitur bonus,niſi probetur malus.de ſcrutin.in or.fac.
c.vno.de p̃ſump.c.dudum.alias præſumitur malitia epiſcopi: ar-
gu.ff.de rei vẽd.l.is,q dolo. & ſubdit hoc fuiſſe nouũ & exq̃ſitũ
ius,vt ep̃s ꝓpter dolũ ſuũ teneat̃ illi ꝓuidere: arg.d.l.is q dolo.
Ad iu

Adducit etiam ſimile de eo, qui recuſat idoneum fideiuſ. nam tenebitur actione iniuriarum illi. ff. qui ſatiſ. cogā. l. ſi vero. in fi. & concludit, ꝙ eo ipſo ꝓbatur malitia, cum eum repellit in illa examinatione facta de ipſo. ¶Hoſt. ſuperuenit. in d. c. paſtoralis. in §. veruntamen. quærit de hoc, quis ꝓbabit malitiam: & primo dicit clericum debere illam ꝓbare, ꝑ motiua glo. poſtea dicit teneri epm̄ ꝓbare pn̄tatum criminoſum, propter quod illum non inſtituit, & ſic epm̄ teneri, niſi aliud probet. demum trāſit ad diſtinctionem: ſi enim quo ad exteriora p̄ſentatus euidenter apparet bonus, puta quia bonus clericus eſt, bene legit, bene cantat, bonæ & ſanctæ ac honeſtæ famę eſt, quo ad omnes, indiſtin
uitatis Paduæ ædificato à Reuereñ.domino Pileo Cardi. Reue
reñ.ex cuius Pau.dictis apparet illum fundatorẽ ordinaſſe cer-
tos laicos,qui haberent admittere collegiandos, & collegium
gubernare:& ideo nõ tranſiuiſſe ad alios laicos illis primis mor
tuis:quia diſpoſitio teſtatoris non extendebat ad alios: & ideo
concluſit ſpectare ad epiſcopum,tãquam rem piam:ergo ſi fun
dator diſpoſuiſſet tali modo,vt ſemper illud ius tranſiret ad lai-
cos,bene locum haberet. ¶Et ſic ex dicto conſilio duo ſunt col
ligenda. Primum,hoc ius poſſe conſiſtere in laicos, ſi hoc à fun
datore fuerit ſtatutum:alias non poſſem videre,quomodo hoc
aliter procedere poſſet. ¶Niſi dicerem laicum habere hoc ius
in iſtis locis ex præſcriptione tanti tẽporis & c.quæ haberet vim
titu.capit.j.de præſcript.libr.vj. & titulus poſſet eſſe iſte, quia à
fundatore ſic fuiſſet ſtatutũ,& ſufficeret talis titulꝰ allegari;licet
non probaretur ſtãte dicta pſcriptione antiquiſſima:per ea quę
latè diximus.ſ.in j.part.j.libr.in x.qõ.princi.in v.articul.dum ibi
tractauimus materiam præſcri. & ẽt diximus. ſ. in ij. par. huius
ij. lib. in x. q. prin. in iiij. artic. dum ibi tractauimus qualiter ar-
ticuletur & probetur ius pa.antiquum. Nec obſtant ea, quę dixi
mus.ſ.in xij. proximè præceden.artic.ius inſtituendi non poſſe

præſcribi per laicum ēt p̃ſcriptione tanti tp̃is, cuius initij &c. &
q̃a ibi loquuti fuimus de iure inſtituendi mere ſpũali faciendo
in locis eccleſiaſticis, cuius laici ſunt incapaces: hic vero loqui
mur de iure inſtituẽdi in locis ſecularibus: ꝙ potius dici poteſt
dimiſſio, cuius iuris laici, ſunt capaces: & ſic non ob. incapacitas
3 quæ ibi obſtabat. ¶† Et ex his poterit dici vnum pulchrum, ꝙ
ſicut habemus ius patro. ſtrictè & largè: & ſic ius p̃ntandi. vt di-
xit Abb. in ſua diſputa. Augerio. vt nos diximus & retulimus. ſ.
in d. j. par. j. lib. in vlti. q. prin. in xiiij. artic. loquendo de iure patr.
collegij ſcholarium, eodem modo poſſumus dicere habere du
plex ius inſtituendi ſtrictè, cum præſtatur in eccleſiaſticis. largè,
cum præſtatur in ſecularibus. ¶ Secundum, quod colligitur ex
dictis Pau. in ſ. allegato conſilio eſt, ꝙ ſi hoc ius ſpectaret ex di-
ſpoſitione fundatoris in huiuſmodi locis rectis per ſeculares lai
cos: & illi laici deficerent, puta quia ſpectaret ad tales talis fami
liæ: & illa familia deficeret: vel vnus eligeret alterum: & habens
hoc ius moreretur, non facta electione de ſucceſſore, epiſcopus
ſupplebit in hoc vltimo caſu pro illa vice: & poſtea electus per
eum eliger ſibi ſucceſſorem: vt ſit in beneficijs procedentibus
de ſacerdote in ſacerdotem. de quibus latè diximus. ſ. in j. par. j.
lib. in ix. q. princ. in iij. arti. & ceſſante familia prædicta totũ hoc
ius deuoluetur ad epiſcopum: quia negare non poteſt huiuſmo
di loca eſſe pia, in quibus epiſcopus habet aduertere, vt diximus
in locis. ſ. allegatis: cum loquuti fuimus de hoſpitali etiam non
fundato autoritate epiſcopi per iura allegata per Paul. in d. ſuo
conſilio.

¶ Decimusſextus artic. j. q. princ. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Inſtituendi ius an tranſeat ad religioſos, exemptos, tranſlato in eos iure patron. aliquo legitimo titulo.*
2 *Occupatio alicui, prohibita, vtroque iure.*

1 Dubitatur Decimoſexto † ſi ius pat. venit aliquo legi-
timo titulo ad religioſos exemptos: an in
eos tranſiuit etiam ius inſtituendi? & dicendum eſt ꝙ non: nã de
eo eſt tex. expreſſus in c. cum ſeculum. hoc tit. vbi expreſsè ha-
betur: ꝙ ſi ius patro. eccleſiæ deuenit ad religioſos exemptos, p̃
hoc in nullo debet lædi ius epiſcopale. Et ibi gloſſ. & docto. oẽs
declarant ſub iſto iure epiſcopali includi ius inſtituendi, vt nec
illud lædatur: ergo epiſcopus inſtituet, vt prius: & ita expreſsè te
nuit ibi Cardi. in iij. not. vbi dicit illum tex. emanaſſe, ſecundum
glo. quo ad hoc, vt epiſcopus habeat ius inſtituendi, vt prius: &
ſic poſſe inſtituere clericum ſibi præſentatum. xvj. q. vj. capi. j. &
cap. ſtatuendum. de priuileg. cum & plantare. §. in eccleſijs. ¶ Et
ibidem dicit Hoſti. propter exordium illius text. cum ſeculum
relinquentis: & ſic quilibet debeat cauere, ne alienum occupet,
2 vel iuri † præiudicet alieno: multo fortius religioſi, qui ꝓ Chri-
ſto ſeculum reliquerunt, ad quos pertinet, quæ not. in c. j. §. fi. de
ſepul. & c. plerique. de pact. & c. ij. §. j. de no. ope. nun. & ideo an-
te fi. ibidem dicit Hoſt. in verbo, minuere: quia nec plus iuris ha
bent in hoc caſu religioſi, quam haberent hi, à quibus cauſam
habent, quæ dicta Hoſti. ſequuntur ibi Card. Io. And. & omnes.
¶ Ex quibus ego infero, ꝙ ſi bene ius inſtitu. ſpectaret ad infe-
riorem prælatum ex aliquo iure priuato: vt diximus. ſ. in x. præ-
ceden. artic. nec illi præiudicabitur: quia ſi papa iuri tertij præiu-
dicare non intelligitur: licet verba illud ſonent, cum præſuma-
tur de contraria mente; vt in c. ſuper eo. de offic. delega. & dixi-
mus latè. ſ. in ix. proxi. præceden. artic. & eadem ratio militat in
vtroq;: ergo & idẽ ius vulgatis iuribus. & ẽt ꝓbat id quod dixit
do. Card. in c. de monachis. in vij. q. ꝙ ſi ius pa. deuenit ad ex-
emptos, nil plus iuris habebũt q̃ habebat principalis p̃ronus
donator, niſi tñ: q̃a habebũt ſex menſes ad p̃ntandũ, per c. vni-
cum. hoc tit. lib. vj. Et ideo, dicit ipſe, habebunt tñ p̃ntare, & nõ
aliud, ex quibus dictis Hoſti. Ioan. an. Abb. in ij. nota. Imol. &
aliorũ in d. c. de monachis. apparet nõ immutari ius inſtituẽtis.
qđ etiam expreſſius dixit Abb. ibidem in ij. col. in verſi. primo
caſu. vbi ponit aliud, ꝙ plus iuris habẽt iſti exẽpti, ad quos de-
uenit ius pa. q̃a habebunt cuſtodiã eccleſię vacãtis: vt in c. bonę
de appel. quã non habebat p̃ronus laicus donator. de quo vlti
mo diximus latè. ſ. in ij. par. huius ij. lib. in j. q. princ. in xxix. artic.
& hęc ẽt adde ad ea, quæ diximus. ſ. in d. ij. par. ij. lib. in vj. q. prin.
in v. articul. dum ibi poſuimus oĩa, quæ diſponuntur in ep̃o
habente inſtituere, habere ẽt locum in inferioribus p̃latis iſtud
ius inſtituendi ex aliquo iure ſpãli habentibus. & qđ. ſ. diximus
tenet Roch. in hoc tracta. in verbo competẽs alicui. in vlti. q. &
Fely. in c. cũ venerabilis. in xj. col. in iij. fallen. de excep.

¶ Decimusſeptimus articu. j. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Inſtitutio competit abbati in eccleſiis pleno iure ſibi ſubiectis.*
2 *Eccleſiæ quando dicantur ſubiecta alicui pleno iure.*
3 *Inſtituere qui poſſint.*

1 Quid Autem & hic ſit. xvij. articu. † ſi abbas hẽt aliquas
eccleſias ſibi ſubiectas pleno iure an ei cõpetat ius
inſtituendi in illis: & concludendum eſt ꝙ ſic: vt probatur in c.
in Lateranẽ. & ibi oẽs de prębẽ. vbi eſt caſus expreſſus ẽt de eo
qđ diximus. ſ. in proxi. præcedẽ. artic. ex quo à ꝯtrio ſenſu ſumit,
prout ibi colligunt oẽs: & ſignãter Abb. in iiij. no. ꝙ in eccleſijs
pertinẽtib⁹ ad religioſos pleno iure, nõ ſit p̃ntatio rectoris ep̃o
ſed ipſi inſtituũt, & deſtituunt. ¶ Quod intelligit ibi Abb. qñ
popul⁹ ẽt eſt exẽptus al's rõne curę, dẽt recurri ad ep̃m. de qua
2 in c. vnico. de capel. mona. lib. vj. † & qñ dicantur eccleſię ſubie
ctę alicui pleno iure, dicit eſſe recurrendum ad. c. qñ. de priuile.
nã pleno iure dicuntur, qñ ep̃s nullũ ius epiſcopale ibi exercet:
ſed tota iuriſdictio pertinet ad abbatẽ ſeu ad alium prælatũ. &
ꝓ hoc faciunt quæ dicit Fely. in d. cũ venerabilis. in xj. col. in iij.
fallen. & in xij. col. in verſi. ꝯſidera ſcđo. de excep. & p̃dictis adde
quæ diximus. ſ. in ij. par. huius ij. lib. in iiij. q. prin. in x. artic. vbi
tractauimus corã quo debeat fieri p̃ntatio in eccl'ia ſpectãte ad
religoſos pleno iure: reliqua ſupple. in d. c. in latera. & in iurib⁹
ibi allega. vbi tractãt doc. de examinatione facienda per ep̃m de
3 p̃ntato per dictos religioſos ad curã aĩarum. ¶ † Et per hæc ſu
mus expediti de illa parte huius q. quæ eſt, qui p̃nt inſtituere. de
q̃bus poteris ẽt videre Gof. & Hoſti. in ſumma in titu. de inſti.
in verſi. q̃s poſſit inſtituere. & in tit. de offi. ordi. § q̃d p̃tinet. ver-
ſi. ſunt aũt quędã. & plenè p̃ Dy. Io. an. ĩ merc. & Pet. de anch. in
reg. j. de reg. iur. lib. vj. loquẽtes de oĩ inſtit. & ſic de inſtit. g̃nali.

¶ Decimusoctauus articu. j. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Inſtitutio cadit in locis, in quibus præſentatio.*
2 *Epiſcopus habet fundatam intentionem de iure communi in hoſpitalibus & xenodochiis quo ad ius inſtituendi.*

Quia Vidimus quid ſit inſtitutio, & qui poſſint inſtituere
reſtat videre de tertia parte huius noſtrę. j. q. princ. ſ.
in quibus eccleſiis & beneficijs iſta inſtõ fiat: & hic ſit. xviij.
& vlti. articu. ¶ Et dic breuiter, ex quo nos loquimur de ſpãli
inſtitutione, quæ fit in p̃ntatis per patronos: vt diximus. ſ. in j.
1 artic. præceden. † hanc ĩſtitutionẽ cadere & fieri debere in om
ni eccleſia capella altari beneficio, ẽt in abſtractu, prębenda, ho
ſpitali, & alijs pijs locis, in quibus cadit præſentatio patroni, ſi-
ue laici, ſiue eccleſiaſtici. de quibus diximus. ſ. in j. par. j. lib. in xj.
& vlti. q. prin. vbi tractauimus in quibus locis cadit ius pat. ſtri-
ctè & largè, in collegijs ſecularibus, pijs tamẽ: vt ibidem. in xiiij.
artic. Sed magis in ſpecie de prædictis diximus. ſ. in j. par. huius
ij. libri. in v. q. princ. per totum: dum ibi tractauimus, in quibus
eccleſijs & beneficijs præſentatio patroni cadat. ¶ Imo in iſtis
2 etiam hoſpitalibus † & xenodochijs quo ad ius inſtituendi, epi-
ſcopus habet fundatam intentionem de iure communi: vt dixi-
mus poſt Roch. ſ. in iij. præceden. articu. in verſicul. & dicit fore
notandum.

Ex dictis Supra in præſenti. j. q. princ. & eius. xviij. art. col
lige concluſionem, inſtitutionem eſſe tranſla-
tionem iuris non liberam à ſuperiore factam: & de iure cõmu-
ni ipſam ſpectare epiſcopo: & debere fieri in omnibus eccleſijs
beneficijs, & locis, in quibus præſentatio patronorum cadit. Ita
concluſimus. ſ. in j. iij. & vlti. articul. ¶ Declara hanc concluſio.
vt illa ꝓcedat, & intelligatur loqui de inſtitutione ſpeciali, quæ
fit ad præſentationem patronorum, non autem de inſtitutione
canonica generali comprehendente omnem canonicum mo-
dum prouiſionis: vt diximus. ſ. in j. artic. ¶ Ampli primo. d. con-
clu. ſic declaratam, ꝙ propriè præſentatus à patrono, dicitur in-
ſtitui, non autem confirmari, non eligi, nec beneficium ſibi cõ-
ferri, cum iſta propriè differant: vt diximus. ſ. in ij. articul. ¶ Am-
plia ſecundo. d. concluſio. ſic declaratam, intantum eſſe veram,
ꝙ maius ius transfert inſtitutio, quam confirmatio, imo tranſ-
fert totum ius vt collatio, excepto eo, quia nõ eſt libera, vt col-
latio: vt diximus. ſ. in d. ij. artic. ¶ Amplia tertio. d. concluſio. ius
inſtituendi de iure communi intantum ſpectare epiſcopo, ꝙ de
generali conſuetudine hodie non requiritur conſenſus capitu-
li: vt diximus. ſ. in iiij. articul. ¶ Amplia quarto. d. concluſio. ius
inſtituendi intantum ſpectare ad epiſcopum, ꝙ etiam tranſit in
eius vicarium generalem ſine ſpeciali mandato: vt diximus. ſ.
in v. articu. ¶ Amplia quinto. d. concluſio. ius inſtituendi, intan-
tum ſpectare epiſcopo, ꝙ poterit illud demandare alicui ſpecia
liter etiam eccleſia non vacante: vt diximus. ſ. in vj. articu. ¶ De-
clara has duas ampliatio. eas ſpecialiter procedere in inſtitutio-
ne: quia in libera collatione ſecus, nam illa non tranſit ſine ſpe-
ciali mandato in vicarium generalem, nec poteſt alicui ſpecia-
liter committi, niſi ſit etiam vicarius generalis, eccleſia adhuc

non vacante:vt diximus in dictis.v.& vj.articu.vbi poſuimus rationes diuerſitatis. ¶Amplia ſexto.d.concluſio. inſtitutionem ſpectare ad epiſcopum,intantum procedere, ꝙ ſi eccleſia eſt ſita in confinibus duarum diœc.adhuc ad epiſcopos ſpectabit inſtitutio: vt diximus remiſſiuè.ſ.in viij.articulo. ¶Amplia ſeptimo.d.concluſio.ius inſtituendi ſpectare ad epiſcopum, intantũ procedere,ꝙ ſi papa committit alicui,vt ad inſtitutionem eius, quem nouerit eſſe patronum,ordinet eccleſiam,non tamẽ per hoc ille talis poterit inſtituere,ſed epiſcopus inſtituet,quia iuri tertij non præiudicat papa:vt diximus.ſ.in ix.articu.¶Reſtringe hanc ampliatio.procedere,niſi habens inſtituere,de iure cõſentiret expreſsè vel tacite: quia valeret inſtiurtio talis delegati : vt diximus in d.ix.articu.in verſi.verum dicunt ibi doc.& in verſi. aduertè etiam:nam ex fine.& in verſicu.aduerte etiam,q̃a datur tertius effectus. ¶Declara etiam quid operabuntur illa verba, ordines eccleſiam,pluribus modis:vt in d.ix.art.diximus.¶Amplia octauo.d.concluſio.intantum procedere, ꝙ quãuis ius pat. veniat ad religioſos exemptos aliquo legitimo tit.non per hoc tranſibit ad eos ius inſtituendi:ſed tantum ius præſentandi, cuſtodia eccleſiæ,& ſemeſtre tempus ad præſentandum:inſtitutio autem adhuc ſpectabit ad epiſcopum, vt diximus.ſ.in xvj artic. ¶Limita modo primo.d. concluſio.ius inſtituendi ſpectare ad epiſcopum,procedere ſede epiſcopali plena:ſed illa vacante ius inſtituendi tranſibit ad epiſcopum:licet non tranſeat ad illũ ius conferendi:nec ius præſentandi quod epiſcopus habebat:vt diximus.ſ.in vij.articu.vbi poſuimus rationes diuerſitatis.¶Limita ſecundo.d.concluſio.procedere, & ius inſtituendi ad epiſcopum ſpectare,de iure communi:nam de iure ſpeciali,puta priuilegio,præſcriptione,ſtatuto,vel conditione appoſita per fundatorem in limine fundationis, poterit inſtitutio ſpectare etiam inferiori prælato ſeu ſimplici clerico:vt diximus ſ.in x.art.¶Extende hanc limita.procedere,etiam ſi ſumus in inſtitutione autorizabili per quam transfertur cura animarum : quia etiam illa poteſt præſcribi per inferiorem prælatum ſeu clericum: vt diximus in d.x.articu.¶Extende ſecundo.d.limita,etiam ſi eſſemus in caſu in quo papa committeret alicui, vt ad præſentationem eius quem nouerit patronum,ordinet eccleſiam:quia ex tali delegatione non poterit illa inſtituere:ſed is qui haber ius inſtituẽdi,quãuis eſſet inferior epiſcopo :vt diximus.ſ.in ix.artic. ¶Extende tertio.d.limita.procedere, etiam ſi in eo caſu eſſemus, ꝙ ius pat.deueniret ad religioſos exemptos,qui ipſi non inſtituẽt, ſed ſolum præſentabunt,ſed inſtitutio erit epiſcopi,& etiam alterius inferioris hoc ius habentis:vt diximus.ſ.in xvj.arti. ¶Extende quarto.d.limita.intantum procedere, ꝙ nõ ſolum ius inſtituendi poterit competere prælato ſeu ſimplici clerico : ſed ẽt laico,ex priuilegio tamen Papæ:vt diximus.ſ.in xj.art.¶Reſtringe præceden.extenſio.vt laico poſſit competere ius inſtituendi ex priuilegio Papæ,vt dictum eſt : non autem poterit ſibi competere,etiam ex antiquiſſima conſuetudine, ſeu præſcriptione tanti temporis,cuius initij &c.niſi per papam fuerit approbata: vt diximus.ſ.in xxij.artic.¶Reſtringe modo iſtam ſecundam limi. ꝙ quãuis inferior prælatus ſeu clericus poſſit ex iure particulari habere ius inſtituendi : non tamen per hoc conſequetur ius deſtituendi:vt diximus.in d.x.articu.in verſicu.nota & aliud. ¶Reſtringe ſecundo.d.limita.cum ſua vltima extenſio. ꝙ quãuis laicus poſſit ex priuilegio habere ius inſtituendi : non tamẽ per hoc dicetur conſequi ius deſtituendi : vt diximus in xiiij.ar. ¶Reſtringe hanc reſtric. ꝙ quãuis laicus ex priuilegio papæ ius inſtituendi non conſequatur ius deſtituendi tamen poterit fundator in limine fundationis de conſenſu epiſcopi ſibi reſeruare,vt poſſit mutare capellanum inſtitutum: vt remiſſiuè dixim⁹ in d.xiij.artic.¶Limita tertio.d.concluſio.ad epiſcopum de iure communi ſpectare ius inſtituendi , niſi eſſemus in eccleſijs ſubiectis abbati pleno iure: quia in illis abbas inſtituet , & non epiſcopus:vt diximus.ſ.in xvij.articu.¶Reſtringe hanc limi. procedere,ſi etiam populus eſt exemptus:quia tunc inſtituet,alias ſaltem preſbyter erit præſentandus epiſcopo,vt eccleſiæ pleno iure ſpectantis ad religioſos exemptos pro inſtitutione autorizabili curæ animarum,qui ab epiſcopo examinabuntur:vt dixim⁹ in d.xvij.arti.¶Limita quarto.d.concluſio.ꝓcedere, niſi eſſem⁹ in hoſpitali,collegio ſcholarium,oratorio priuato , & ſimilibus locis non eccleſiaſticis : quia in illis poterit laicus ex diſpoſitione fundatoris,vel ex præſcriptione habere ius inſtituendi:& dicetur largo modo inſtitutio:vt diximus.ſ.in xv.artic. ¶Reſtringe hanc limi.vt laicus poſſit habere inſtitutionem,largè tamen in defectu habentis hoc ius laici ſuccedet epiſcopus,& nõ alius: vt diximus.in d.xv.articu.¶Limita quinto.d.concluſio.inſtitutionem ſpectare ad epiſcopum : niſi ſit patronus eccleſiaſticus, qui ſibi retinuit dominium,& cuſtodiam rerum donatarum eccleſiæ de conſenſu epiſcopi:quia tunc poterit in illa eccleſia ad tempus ponere & deponere preſbyterum abſque epiſcopo,& eius inſtitutione: vt diximus.ſ.in xiij.articu. ¶Reliquas limitationes ad illam concluſionem ius inſtituendi in genere cũ ſuis duabus ampliatio.quas.ſ.tetigimus.in iij.artic. cum ſuis notandis,& alijs pro ornatu.c.omnes baſilicę.xvj.q.vij.vide per Fely. in c.cum venerabilis.in fi.x.col.cum tribus ſeq.de excep.Et per iſta ſit expedita hæc.j.q.princ.huius iij.par.præſentis.ij.arti.cum ſuis oportunis articu.

### ¶Secunda quæſtio princ.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Inſtitutio an poſſit fieri ante præſentationem.*
2 *Inſtitutio ſine edicto,nulla eſt ipſo iure.*
3 *Actus nullus reconualidatur per ſuperuenientem validitatem.*

Expediti De diffinitione inſtitutionis, & de illis,qui eam tribuere debent, ac de eccleſijs & beneficijs,in quib. ipſa inſtitutio cadit.Merito modo principaliter quærendum eſt,quãdo, vbi, & qualiter hæc inſtitutio fiat.Et ex iſta.ij.q.princ.oriuntur infra
1 ſcripti artic.¶Et primus articu.ſe offert,†an inſtitutio fieri poſſit antequam pręſentatio fiat?& dicendum eſt fortè ſic,ſecundũ Bal.in l.ex placito.C.de rerum permu.& in l.ſiue in initio.C.de codicil.vbi dicit confirmationem poſſe præcedere confirmabile:ſed aptius ſequitur, quam præcedat ex quo Bal.infert ibi epiſcopum poſſe confirmare electionem ſeu præſentationem faciendam per patronos eccleſiæ:ſequitur Firma.prędicta in trac. de epiſcopo.in j.parte.j.partis.ij.princ.in v.q. ¶Et licet hoc Bal. dicit per illum tex.l.ſiue in initio.qui eſt magnus doctor : tamẽ neſcio videre quomodo poſſit procedere:nos.n.habemus inſti
2 tutionem ſine edicto eſſe † nullam ipſo iure. vt diximus.ſ.in ij. par.huius ij.lib.in vj.q.princ.in xij.arti.& etiam eſſe nullam ſine diſcuſſione negotij præſentationis,vt ibidem diximus & pręſentatio debet pręcedere iſta duo.ſ.appoſitionem edicti: & diſcuſſionem negotij præſentationis : vt habetur in ca.fin.de electio. libr.vj.Et iſta duo debent præcedere inſtitutionem : quomodo ergo inſtitutio poterit pręcedere pſentationem?niſi diceremus inſtõnem accipere vires,pſtatione poſtea ſequuta,illa diſcuſſa, & edicto appoſito: vt diximus in d.ij.par. huius ij.libr.in d.vj.q.
3 princ.in xij.artic.& ſeq.& in ij.artic.& in xxv. †vbi recõualidatᷣ actus nullus per ſuperuenientẽ validitatem.& facit pro hoc,qđ no.in c.cura. cũ ſua materia hoc tit.& nos diximus plene.ſ.in ij. par.j.lib.in j.q. prin. in xvj. artic. vbi tractauimus, an tranſlatio iuris pat.facta ſine ꝯſenſu ẽpi, cõualidetur per ſuperuenientem ꝯſenſum:& pro hoc ẽt facit,qđ no. in c.decernimus.xvj.q. vij.ꝙ licet nõ teneat inſtõ facta ſpreto patrono: tñ patrono ꝯſentiẽte vel infra tps datum ad pſtandum non pſtante, recõualidatᷣ inſtitutio prout ex nunc non prout ex tunc : vt in dictis articu. prædictę:vj.q.prin.diximus:& de hoc vltimo dicemus.ĩ. in ſeq. articu. præſentis. q. prin. Sed certè difficile eſt concludere cum Bal.magna tamen eſt eius autoritas.

### ¶Secundus articu.ij.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Inſtitutio facta ſine præſentatione patroni,illo ſpreto,an teneat,vel ſit irritanda,vel ſit irrita ipſo iure.declaratur,nu.6.*
2 *Inſtitutus ab habente ius inſtituendi,ſpreto patrono eſt remouendus.*
3 *Inſtitutio facta ab ipſo epiſcopo,ſpreto patrono,an valeat.*
4 *Eccleſias habentes ſine inſtitutione,dicuntur occupatores.*
5 *Intellectus ad c.illud.extra de iure patro.& nu.8.*
7 *Inſtitutio non eſt ipſo iure nulla,inſtituto ab epiſcopo præſentato per aliquem non patronum.*
9 *Intellectus ad c.decernimus.xvi.q.vij.*
10 *Beneficij collatio facta ab epiſcopo ipſimet patrono poſtmodum conſentienti, valet.*
11 *Inſtitutio facta ab epiſcopo,alteri quam patrono,& præſente & non contradicente,an valeat.& nu.26.*
12 *Tacens in actu concupiſcibili,pro conſentiente habetur.& nu.16.*
13 *Tacens conſentire videtur, quando talis eſt actus, qui eo prohibente fieri non poteſt.*
14 *Tacens an videatur conſentire ratione reuerentiæ.*
15 *Conſenſus adhibitus per filium exiſtentem in patria poteſtate, in patris præſentia,non valet.*
17 *Tacens habetur pro conſentiente actui facto in ipſius præiudicium quem prohibere potuiſſet.*
18 *Collatio facta de meo beneficio,me præſente & tacente,an valeat.*
19 *Contractu celebrato inter aliquos me præſente ſciente ſuper re certa, ſuper qua intendo ius habere,& patior me pro teſte in inſtrumento inſcribi, non reclamando,videor iuri meo præiudicare.*

20 *Pignus conſtitui non poteſt in re aliena.*
21 *Ius ſi quis prætendat in vna re, & litigatur ſuper illa inter partes, & ipſe fauerit alteri partium, an ſibi præiudicet.*
22 *Serui ordinatio facta domino præſente, & tacente tenet.*
24 *Beneficij collatio facta à prælato, præſente & tacente capitulo, valet.*
25 *Taciturnitas habetur pro conſenſu fauore cultus diuini.*
27 *Epiſcopus ſi non vocauit ipſos patronos ad pręſentandum, tunc ſi præceſſit alterius patroni præſentatio, bene requireretur vocatio generalis vel ſpecialis.*
28 *Epiſcopus an teneatur vocare patronos ad præſentandum. Et vt collatio valeat, quid requiratur. nu. 29.*
30 *Proteſtatio, eſt mentis expreſſio.*
31 *Beneficij collatio facta ab ipſo epiſcopo iure deuoluto patrono abſente, non valet.*
32 *Collatio facta ab epiſcopo ſimpliciter, patrono abſente, non valet.*
33 *Beneficij collatio facta irrequiſito conſilio, non valebat ipſo iure, ſi debebat conſilium requiri.*
34 *Factum à non habente autoritatem, eſt ipſo iure nullum.*
35 *Beneficij collatio facta ab epiſcopo, patrono poſtmodum intra tempus indultum à iure, conſentiente, an valeat.*
36 *Conſenſus requiſitus, poteſt interuenire, & etiam poſt.*
37 *Beneficij collatio facta ab epiſcopo, patrono non conſentiente, nec contradicēte intra tempus datum ad præſentandum, valet. Et quid, quando per negligentiam patroni, ius ſuum tranſlatum eſt ad alium inferiorem epiſcopum. Et nu. 39.*
38 *Intellectus ad regulam, Non firmare. de regul. iur. lib. vi.*
40 *Beneficij iuris patronatus permutatio facta à beneficiatis epiſcopo eis autorizante, patrono non vocato, nec conſentiente, eſt ipſo iure nulla, ſed reconualeſcit ſuperueniente tacito vel expreſſo conſenſu patroni.*
41 *Inſtitutio facta per epiſcopum ſpreto patrono, tenet, quando patronus non poſſet præſentare quem vellet, etiam ſi vocaretur.*
42 *Collatio facta de beneficio patroni clerici, à legato de latere, patrono ſpreto, tenet: Et etiam facta à Papa etiam beneficij patroni laici.*
43 *Intellectus ad c. cum Bertoldus. extra de re iudic. & nu. 44.*
45 *Limitationes ad c. decernimus. xvi. q. vij. & nu. 46.*

Sequitur Scđs artic. qui eſt, ex quo inſtitutio debet fieri
1 † poſt pñtationem, vt proxime dictum eſt an
inſtitutio facta ſine pñtatione patroni, illo ſpreto, teneat vel
ſit irritanda: an vero ſit irrita ipſo iure. ¶ Et in hac materia habemus principalem text. qui eſt. c. decernimus xvj. q. vij. qui ad
literam dicit, decernimus, vt quamdiu fundatores eccleſiarum
in hac vita ſuperſtites fuerint, pro eiſdem locis curam habeant
ſolicitam: itaque rectores idoneos in eiſdem baſilicis: idem ipſi
epiſcopo offerant ordinādos: & ſi ſpretis eiſdem fundatoribus,
rectores ibidem præſumpſerit ordinare epiſcopus: & ordinationem ſuam irritam nouerit, & ad verecundiam ſui alios in eorū
loco, quos ipſi fundatores cōdignos elegerint ordinari. ¶ Do.
Goffre. vero in ſumma huius titu. in ij. col. in verſi. ſine præſentatione. dicit, ſine pręſentatione quis inſtitui non debet in eccleſia, quę patronum habet: & ſi ſpretis patronis hoc factū fuerit,
ſcđm rigorem iuris eſt inſtitutio irritanda. c. illud. in fi. hoc tit.
vel irrita nuntianda: & ad inſtituentis verecundiam inſtitutus
eſt amouendus: & alius quē patronus cōdignum elegerit ordinandus. vt. xj. q. vij. c. decernimus. & ita reſidet ibi Gof. ¶ Hoſtien. vero in ſumma huius titu. §. quid competat. verſi. item ad
eccleſiam dicit nullum inſtituendum eſſe, niſi pñtetur à patronis alſ remouendus eſt. alleg. c. illud. & c. ex inſinuatione. hoc
tit. & d. c. decernimus. ¶ Et mouentur iſti ſummiſtę per. d. c. illud. in fi. hoc tit. dum dicit, ſi vero ius pa. vacāte eccleſia religioſo loco contulerit: & aliquis ſine pñtatione fratrum eiuſdē loci
fuerit in ipſa eccleſia inſtitutus, eius ſm rigorem iuris eſt inſtitu
2 tio irritanda. ¶ † Et ex prædictis habemus inſtitutum per epm
vel habentē ius inſtituēdi ſpreto pñono & ſic ſine eius pñtatione eſſe amouendū: & ſic inſtōnem non tenere. & volunt hoc p
illa iura iſti ſummiſtę Arch. & alij in dicto. c. decernimus. Hoſti.
& alij: & præſertim Abb. in iij. no. in d. c. illud. Hoſti. & alij & pręſertim Abb. in c. ex inſinuatione. in ij. no. hoc tit. & omnes alij
3 doc. j. allegandi. ¶ † Sed difficultas remanet, an inſtitutio ſit
ipſo iure irrita vel irritāda: & pro opinione, ꝙ ſit irrita ipſo iure, tenentes illam opinionem adducūt tex. in. d. c. decernimus.
ibi, & ordinationē ſuam irritam nouerit: & ſic de pñti, quod importat ipſo iure. ¶ Alia eſt opinio, ꝙ ſit irritanda, & tenentes illam, mouentur per tex. in d. c. illud. ibi ſm rigorem iuris eſt inſtitutio irritanda. ¶ Et vt ſ. retulimus do. Goffr. de trano conciuis meus, videtur tenere primā opinionē: licet vtrāq; referat,
cum illam ponat in fi. & ad. c. illud. videtur reſpondere, vt exponatur irritanda ideſt, irrita declaranda: & ꝙ talis inſtitutio ſeu
collatio facta ſpreto pñono, ſit ipſo iure nulla, tenuit Rot. cccvij.
pmutatio facta. in verſ. reſpōdet ad oīa: in tit. de rerum permu.
in nouis per text. in d. c. decernimus. quem dicit eſſe clauem in
hac materia: & expreſſius & latiſſimè Rota. ccccxxviij. infra tē.
pꝰ. hoc tit. in antiquis, quæ pulchrè loquitur: hanc etiā partē tenuit Io. an. in c. ij. de offi. ordi. lib. vj. quem ſequitur Abb. in d.
ca. illud. in iij. not. & dicit iſtā inſtitutionē eſſe nullam ipſo iure;
ſiue pñoni ſint eccleſiaſtici ſiue pñoni laici: & eſſe hoc de rigore
iuris: qa de æquitate non eſſet retractanda cum ius pat. pendeat
ex grā. c. iij. hoc tit. Et hic rigor præfertur ęquitati pñono inſtāte
quæ grā eſt effecta ius ſm Cardi. ibi in viij. opp. per. d. c. decernimus. per quem tex. dr̄, irrita ipſo iure: & verbum, irritanda poſitum in fi. d. c. illud. dicit eſſe exponēdum: ideſt, irrita nūtianda,
vel eſt irritāda, quo ad factū, ſicut de facto proceſſit. & hoc etiā
ſenſit Abb. in rub. huius titu. cum allegauit, d. c. decernimus. &
etiam ſenſit Abb. in c. querimoniam. ſuper glo. j. & in c. ex inſi-
4 nuatione. in ij. not. vbi dicit tales habētes † eccleſias ab epiſcopo ſine inſtitutiōe, dici occupatores illius. & clarius hoc tenet
Abb. in c. cum bertoldus. per illum tex. in iij. col. in verſi. qñq;
pñtatio verſ. ſequenti. ex hoc notabiliter colligitur. allegat pro
iſta opinio. Fede. hoc tenētem in trac. permutationis. ¶ Hanc
eādem ſententiam tenuit Abb. in ſua diſputatione incip. Augerio. in xj. col. in ſcđo dubio. vbi diſputat hunc articu. ad partes
arguendo pro parte affirmatiua & negatiua: & demum dat concluſiones: & cōcludit inſtitutionē ſpreto patrono per epiſcopū
factā, eſſe nullam de cuius concluſione. j. dicemus: & hāc opi.
tenuit etiam Io. and. in c. licet. de offi. vica. lib. vj. & Fede. in d.
trac. de permuta. benefi. q. cxxx. & Egidius, de bella mera, deciſi.
Rotę. clxiij. collatio facta. & Imo. in d c. cū bertoldus. & Roma.
conſi. ccclxj. in caſu præpoſito. in j. col. & Cardi. in clement. j. in j.
reſpon. in medio. ix. col. de ſupplen. negli. præla. & idem Cardi.
in c. ex frequentibus. de inſtit. & in c. cum dilectus. de nota. de
conſue. idem voluit Bal. in conſi. ſuo. xvij. factum ſic proponit.
in ij. dubio, in v. vol. & ita ēt tenuit Roch. in hoc. trac. in verbo,
honorificum. in j. q. & alij q̄ plures opinionē tenent infra allegandi. ¶ Contrariam vero partem. ſ. inſtitutionem factam per
eūdem habentem ptātem inſtituendi, nō eſſe irritam: & ſic nullam ipſo iure, ſed irritandā, per text. in d. c. illud. in fi. & ita tenet
Hoſti. in ſumma huius tit. in §. quid competat. in verſi. ad eccleſias. & ſumma directorij iuris hoc tit. §. xxvij. & Card. in c. ex frequentibus. de inſti. & in c. illud. in prin. hoc titu. quem ſequitur
Gaye. in repe. c. fi. de elec. lib. vj. in xx. col. verſic. an pōt aliquis.
vbi dicit hanc inſtōnem eſſe irritandam per ſñiam inſtante ipſo
pñono, non aūt ipſo iure. alleg. Cardi. in d. c. illud. in prin. & Rotā
in nouis. cccxxxj. ſuppoſito in facto. & hoc idē voluit ipſe Gaye.
ibidē in lv. col, dum dicit, ꝙ ſi eps requirat oēs pñtatos à pñono
laico, & per ſe inſtituat, caſſatur inſtō. alleg. Imo. & doc. in c. paſtoralis. & ibi Cardi. in ij. q. hoc tit. ¶ Reperi poſtmodum do.
Philip. de ſarrace. in d. c. illud. in vltim. nota. tractantem hūc
articu. magis latè, q̄ alius quem viderim. Et primo videatur tenere opini. ſcđo loco. ſ. relatam. ſ. inſtōnem factā ſpreto pñono
non eſſe iure nullā ſed annullandam, per. d. c. illud in fi. poſtea
refert omnia dicta do. Abo. in d. diſpu. Augerio. in ij. dubio ad
literā: & ſucceſſiuè refert oīa dicta Rotæ. cccccxxviij. infra tps
hoc tit. in antiquis: & demum ꝓcedit per ꝯcluſiones pro dilucidanda materia: vt ego ꝓximè procedā: nā dicta Abb. & Rot. poteris videre penes eos. ¶ Sed anteq̄ ad ipſas ꝯcluſiones deueniam, videamus quæ dictarū duarū opinionū ſit verior: & vt vidiſtis duo principaliores tex. ſunt. d. c. decernimus. qđ vult inſtitutionem eſſe nullā ipſo iure: & d. c. illud. qđ vult inſtōnem eſſe
irritandā: & tenentes hanc ſcđam opi. non bene rñdent ad. d. c.
decernimus: & tenentes primā opinio. non bene rñdent ad. d. c.
illud. ſed impropriāt eius verba: vt fecit ibi Abb. & alij. quos. ſ.
5 retulimus. ¶ Ego vero teneo primā opi. † & formiter rñdeo ad
d. c. illud. nullo modo impropriādo eius verba: ſed dando ſibi
intellectū, qui quadrat eius verbis. ille enim text. hēt hunc caſū.
nam qdam laicus patronus epo inconſulto eccleſiam nō vacātē ꝯceſſit religioſę domui: & poſtea cū ea vacauit, non obſtante
prima ꝯceſſione pñtauit ad illā clericū, qui fuit per diœceſanū
inſtitutus illi religoſi virtute primę ꝯceſſionis querebāt annullare inſtōnem: & iuriſlator ibi decidit illos religioſos hoc agere
non poſſe, ex quo prædicta ꝯceſſio non tenuit ex defectu ꝯſenſꝰ
epi: qa laicꝰ intēdebat donare eccleſiā quę ēt loco religioſo donari nō poterat ſine cōſenſu epi: iuxta. c. quod aūt. §. de cætero
hoc tit. ius pa. remanſit penes laicum, qđ poterat loco religioſo
dari ſine ꝯſenſu epi: ſed nō fuit datū: & ideo tenuit pñtatio facta
per ipſum laicum: & hęc erat ꝯſultatio & deciſio illius text. caſꝰ
qđ acciderat in facto: tñ proſequitur iuriſlator aliud dubium: &
6 eſt tale, quid ſi ius pa. eccleſia † vacāte donatur loco religioſo p
laicū, quo caſu nō requiritur epi. ꝯſenſus vt proximè diximus,
ſi ipſe donans pñtauit, & inſtō fuit ſequuta ſine pñtatiōe fratrū
ipſius loci religioſi, an tenebit vt in pcedē. caſu: & ille tex. dicit
ꝙ nō. Et ratio diuerſitatis eſt: qa in primo caſu laicus donās reman

manſerat p̃ronus,ex quo donatio eccleſiæ facta per eũ incõſul
to epõ fuit nulla:ius pa.vero nõ donauerat:in ſcdo caſu aũt do.
natio iur. pa.tenuit:& ideo eius p̃ntatio nõ tenuit:qa deſiit eſſe
p̃ronus:ſed qa inſtitutio fuerat facta per epm̃ de p̃ntato per illũ
quem ſciebat p̃ronũ: nam de donatione facta iuris pa. loco reli
gioſo, eps poterat eſſe ignorans:qa eius ↄſenſus non fuerat ne-
ceſſarius: ergo inſtituẽs non dr̃ ſpreuiſſe p̃ronũ: & ſic nõ ſumus
in terminis c. decernimus. & ſic putabat ſe canonicè inſtituiſſe,
ad ,inſtantiã ergo fratrũ loci religoſi donatarij ſine quorũ p̃n-
tatione fuit facta inſtitutio , nõ dicet̃ illa nulla ipſo iure ſed irri-
tanda : qa hic nõ fuerat ſpretus contẽptus p̃ronus:& cognoſcẽ
dum eſt an prætẽſa donatio ſit vera: & illa reperta vera irritabit̃
inſtõ:& iſta irritatio fit de rigore iuris: quia de æquitate irritan.
da non eſſet,ex quo præſentatio erat facta per illum,qui erat in
quaſi poſ.ſ.primum patronum:& ideo merito ſucceſſerat inſti.
tutio:iuxta.c.conſultationibus.hoc tit.tamen conſtito poſtmo
dum de ipſius præſentantis malafide,ex quo donauerat ius pat.
reuocabitur inſtitutio facta ad ipſius inſtantiam:vt etiam no.in
d.capi.conſultationibus. ¶Et ſi diceres, quomodo probatur in
fi.illius tex.illam inſtitutionem factam ſine præſentatione fra-
trum loci donatarij , fuiſſe factam præſentante donatore , dico
apertè hoc apparere ex illo tex.quia ſecundus caſus venit aduer
ſatiuè ad primum,vt patet ibi ſi vero: & in primo caſu donator
eccleſiæ præſentauit & tenuit præſentatio & inſtitutio:quia do
natio eccleſię non tenuerat,& ius pat.non donauerat,venit ad-
uerſatiuè ſecundus caſus.ſi vero donaſſet ius patrona. eccleſia
vacante,& ipſe donator præſentaſſet, & ſequuta fuiſſet inſtitũ-
tio ſine præſentatione donatarij,eſſet irritanda &c.ſi enim alter
eſſet qui præſentaſſet, quam donatarius,ſecundus non veniſſet
aduerſatiuè ad primum , nec ibi ad propoſitum eſſet poſitus:&
nota hunc intellectũ ad fi.d.c. illud. qa eſt veriſſimus & ſingula
7 ris:& à nemine quẽ viderim ↄſideratꝰ.ex quo percipit̃, †ꝙ quo
tienſcunq; ordinarius inſtitueret p̃ntatum per aliquẽ non pa-
tronum, nõ dicetur inſtitutio ipſo iure nulla:qa nõ dicetur ſpre
uiſſe p̃ronum. ¶ Sed ↄtra hunc intellectũ fortiter opponitur
de tex.iuncta doctrina Abb.ibi in iij. col. in verſ.qñq; p̃ntatio.
in c.cum Bertoldus.de re iud. vbi habetur, ꝙ ſi p̃ntatio eſt facta
de vno per eum , qui non eſt p̃ronus, nec in poſſeſſione p̃rona
tus & p̃ntatus inſtituitur ab epõ putantę illum eſſe p̃ronum,po
terit alter p̃ntari per p̃ronum exiſtentẽ in quaſi poſ.p̃ntandi,va
lebit vltima p̃ntatio, ẽt prima facta nõ caſſata:nec al's irrita nũ-
tiata : & præſentato acquiritur ius , ac ſi nulla alia præſentatio
præceſſiſſet,& poſſet agere contra inſtitutum ſine præſentatio.
ne veri patroni,vt amoueatur,& vt ſua præſentatio admittatur,
vt inſtituatur:hic eſt tex.no.in d.c.cum Bertoldus. ¶Ex quo di.
cto notabiliter colligit ibi Abb.ante fi.iij.colum.ꝙ inſtitutio fa-
cta per epiſcopum ſine præſentatione veri patroni, eſt ipſo iure
nulla patrono ſaltem illam inſtitutionem impugnante:& dicit
hoc procedere , etiam ſi epiſcopus non agebat in inſtitutione
contemnere verum patronum, cum in d.capit.cum Bertoldus.
credebat alium eſſe patronum ſucceſſorem fortius ergo debet
eſſe nulla,cum ſine aliqua præſentatione aliquis inſtituitur , vt
in d.c.decernimus.& ideo vult ibi Abb. verbum irritanda poſi.
tum.in d.c.illud.ſtare propriè : ſed eſt corrupta eius lectura : qa
debet dicere non ſtare ꝓpriè:quia alias contradiceret ꝓximè,ꝑ
eum dictis. ¶Certè hoc eſt fortè ↄ̃rium ad ſolutionem per me
ꝓximè datam:& ad intellectum proximè per me datum ad fi.d.
c.illud.ſed re vera adhuc ſolutio & intellectus per me datus mi-
litant. ¶Et primo eſt aduertendum,id quod colligit Abb.ex illo
membro,quod probatur in d.c.cum Bertoldus.non poſſe colli-
gi primo:nam in caſu.c.cum Bertoldus.ſecundo loco præſenta
tus impugnat primam inſtitutionem , & non ipſe patronus : vt
Abb.colligit. ¶Secũdo Abb.p̃ſupponit epm̃ credidiſſe primum
præſentantem fuiſſe patronum:& in quaſi poſſ.præſentandi. &
in c.cũ Bertoldus.eps putabat ſolum illũ eſſe patronum,& non
quaſi poſſidere:& hæc ſunt diuerſa,per ea,quę proximè dicam.
¶Tertio Abb.colligit inſtitutionem primã eſſe nullam:& hoc
nõ præſupponitur in d.cũ Bertoldus. ſed tñ præſumitur valida
ſecunda præſentatio:& vt iſte ſecundo loco pręſentatus poſſit
agere cõtra inſtitutum ſine præſentatione veri patroni,vt amo
ueatur,& ſua p̃ntatio admittatur,vt inſtituatur. vnde non pote
rit eius p̃ntatio admitti,nec inſtitutio ſibi concedi, niſi remoto
prius inſtituto,cõtra quem ipſe agit: & ſic venit irritanda inſtõ:
& non eſt irrita ipſo iure, poſſet admitti præſentatio ; & cõcedi
inſtitutio:ẽt antequam primo inſtitutus amoueretur ; quia po-
ſtea nõ reperiretur niſi amotio facti . Cum ergo ſecundo p̃nta-
tus,agat cõtra inſtitutum,vt amoueatur, & ſua præſentatio ad.
mittat̃,vt inſtituat̃,ſequit̃ inſtõnem tenuiſſe: & non fuiſſe nullã
ipſo iure , ex quo impediebat admiſſionem ſecundi præſentati:
& eius inſtitutionem. ¶Nec conſiderabitur nulla inſtitutio, ex
quo non impeditur ſecunda præſentatio:quia ſatis illam impe.
dit:cum impedit eius admiſſionem & inſtitutionem:quia p̄ſen.
tatio nõ admiſſa non dicitur perfecta:vt latè diximus.s̃.in ij.par.
huius ij.lib.in vj.q.prin.in j.artic.& in vij.q.prin.in iij.v.vj.& vij.
artic. Et ſic certè theorica, quæ probatur ex.d.cap.cum Bertol-
dus.quam ponit Abb.ib iij.colum.in verſicul.quandoque præ-
ſentatio non probat,id quod ex ea colligit Abb.ſed potius pro-
bat intellectum per me datum ad.cap.illud in fi. ¶Et tanto ma-
gis quia in d.cap.illud.in fi.donator, qui præſentatur putabatur
ab epiſcopo patronus & poſſeſſor. Et ideo merito ſequuta fue.
rat inſtitutio, quæ tamen veniebat reuocanda , vt s̃.dictum eſt:
& iſta credulitas epiſcopi erat fundata maxima ratione:non au
tem ſic in illa theorica:quia ibi epiſcopus credebat aliquem pa
tronum qui nunquam fuerat patronus : nec erat in quaſi poſſ.
præſentandi,vt ex theorica apparet,vbi ſolum dicitur , putabat
illum patronum:licet Abb.in no.ꝙ ex inde colligit dicat epiſco
pum putaſſe illum patronum & poſſeſſorem vt proximè retuli
8 mus. ¶†Dic ergo intellectum datum ad.c.illud.eſſe iſtũ, quòd
quando aliquis qui fuerat patronus & exiſtebat in quaſi poſſ.
præſentandi quem ita adhuc eſſe epiſcopus putabat, præſenta.
uit aliquem:& ſequuta fuit inſtitutio,erit irritanda , & non irri-
ta ipſo iure ipſa inſtitutio,inſtante nouo patrono , qui non p̃n-
9 tauerat. ¶†C.vero decernimus.loquitur,quando epiſcopus in.
ſtituit aliquẽ in beneficio patronato ſpreto patrono : & ad nul.
lius alterius præſentationem quem putaſſet ex rationabili cau.
ſa, hoc credens eſſe patronum & in quaſi poſſ.præſentandi: nã
tunc ipſo iure erit nulla inſtitutio:& verus patronus poterit pręſentare,præſentatio debet admitti,& inſtitutio ſequi per ipſum
met epiſcopum in ſui verecundiam:& primo inſtitutus amoue
tur de facto tanquam occupator indebitus: vt in ca.ex inſinua.
tione.hoc tit.poſitus ab illo,qui non erat patronus,nec in quaſi
poſſ.præſentandi:vt ibi eſt tex.& iſto caſu procedat.d.c.decerni
mus.& concluſio.s̃.formata. ¶Theorica vero,quæ probatur in
d.cap.cum Bertoldus. poſita per Abb.ibi in iij.colum.in verſic.
quandoque præſentatio.cũ nota.quod ex illa colligit ibi Abb.
ſ.quando epiſcopus ibi inſtituit aliquem ad præſentationem il
lius,quem putabat patronum , conſideretur nulla inſtitutio ad
effectum : vt fieri poſſit per verum patronum noua præſenta.
tio,& agi poſſit per præſentatum,vt amoueatur:& ſua præſenta
tio admittatur,vt inſtituatur , non autem conſiderabitur nulla,
vt ipſo facto fieri poſſit ſecunda inſtitutio. ¶Et per hunc meũ
intellectum verbum,irritanda,appoſitum.in d.cap.illud. ſtat ꝓ-
priè & non impropriatur,nec contrariatur.d.ca.decernimus.&
ſic non procedit quod dixit domin.Felyn.in d.cap.cum Bertol-
dus.in ij.columna in verſiculo , & hanc regulam.nam cum di-
xiſſet inſtitutionem factam ſpreto patrono , eſſe ipſo iure nul.
lam,dicit ſe fateri,ꝙ qui pertinaciter inhæreret dictis verbis, eſt
inſtitutio irritanda,non cogeretur cedere autoritatibus docto-
rum,à quibus tamen non eſt in practica diſcedendum , vt ibi ꝑ
eum:nam dico talem pertinaciam eſſe vitioſam, cum ille tex.c.
illud.non loquatur in terminis ca.decernimus.& ſic non ob.vt
proximè diximus:& ſic modo habetis hanc contrarietatem ſo.
lutam:& prædicta ſufficiant pro diſputatione huius articu.bene
diſputati per Abb.& Rotam.vbi alij autem doct.dom.Philip.de
Sarra.prædictus in d.c.illud.& do.Felyn.in d.ca.cum Bertoldus.
in iij.col.in verſic.inſtitutio facta.& do.Roch.in d.verbo,hono
rificum,in j.q.procedunt per concluſiones , regulas , & fallen-
tias.Ego autem procedam per conclu. factas ſecũdum caſuum
10 diuerſitates. ¶†Prima igitur ſit concluſio ſeu caſus,quando e-
piſcopus contulit beneficium ipſimet patrono ex poſtfacto cõ
ſentienti,& tunc ſecundum Abb.in d.diſput.Augerio.in ij. du-
bio.dum concordat opinio.doct.cõmuniter tenentiũ in ca.per
veſtras.hoc titul.valere , quia non poteſt dici ſine conſenſu pa.
troni facta ex quo conſenſit , licet ex poſt facto alleger.capitul.
ſi vero.hoc titu.& no.Ioan.And.in d.capi.per veſtras.& Bart.in
l.ſi quis mihi bona.ff.de acquirend.hæred.Innocen.in capitu.j.
de reb.eccle.non alie.de quo caſu diximus latè.s̃.in j.par.huius
ij.libr.in viij.quæſtio.princip.in ij.& pluribus ſequen.articul. Et
hanc conclu.tenuit pulchrè in d.capit.cum Bertoldus.in iiij.co
11 lum.in ij.limitatione vbi plura alia allegat quæ ibi vide. ¶†Se.
cunda eſt concluſio ſeu caſus,quando inſtitutio fuit facta alteri
quam patrono,& patronus erat præſens,& tunc licet poſſit ꝓ-
babiliter dubitari:an taciturnitas in hoc caſu habeatur pro con
ſenſu,qui in actu præiudiciali habetur regulariter pro contradi
ctione.l.filiusfamilias.§.inuitus.ff. de procura. & per Innocen.
in capitu.in geneſi.de elect.& glo.in reg.qui tacet.de regu.iur.
in vj.& pro hoc etiam videtur facere text.in capitul.illud.in fi.
dum dicit , irritandam fore collationem factam ſine præſenta.
tione patronorum:tamen ipſe Abb.concludit hoc caſu in d.ſua
diſputa.pro conſentiente habere;quia nullum præiudicium fit

patrono,eum ſuum ius patronat.remaneat illęſum per inſtitu-
12 tionem factam de eccleſia vacante:†& ſic tractatur de actu cõ
cupiſcibili, in quo tacens habetur pro conſentiente.l.qui pati-
tur.ff.manda.& per Inn.in d.cap.in geneſi.& per glo.in d.reg.is,
qui tacet.nam ſi inſtitutio ſibi diſplicebat, non habebat niſi cõ-
13 tradicere: quia † quando eſt tale factum quod fieri non poteſt
me prohibente tacendo videor conſentire: vt dicit gl.in d.reg.
is,qui tacet.quod indubitanter eſſet verum,ſi ex facto partis pa-
troni tunc vel poſtea interueniſſet aliquis actus poſitiuus ap-
probationis inſtitutionis.argum.capi.ex ore. de his quæ fiunt à
maior.par.capitu.& ad hoc facit.d.capit.decernimus.vbi decer-
nitur collatio nulla ,quando contulit eccleſiam ſpreto patro-
no. Sed in caſu noſtro data patronorum præſentia, non poſſu-
mus dicere,illos fuiſſe ſpretos:quinimo propter vinculum cha-
ritatis & filiationis ſpiritualis quæ eſt inter epiſcopum & ſuos
diœceſanos,videntur patroni ex quo non contradixerunt, epi-
ſcopo, conſentire, per text.nota.in l.ſi ſeruus communis.ff.de
donat.inter virum & vxo.contra hoc vltimum videtur tenere
do. Alexand.de neuo de vincentia in capitu.ij.de beato in j.glo.
14 dicens †quòd ratione reuerentiæ quam habent inferiores ad
epiſcopum ratione ſuperioritatis:licet taceant,nõ videntur cõ-
ſentire,per l.j.§.quæ onerandæ. ff.quarum rerum actio.non de-
tur.& in l.penult.ff.de furtis.ſequitur Abb.domi.Philip. de Sar-
ra.in d.cap.illud.in cvj.char. operis qui dicit optimè tacere pro
prædictis notata per quendam eximium doct. Patauinum do-
min.Franciſcum de porcillinis in conſi.ſuo quod incipit, conſi-
15 liortantæ Adrenſi quæſtione &c.vbi notabiliter dicit † quòd ſi
conſenſus adhibitus in præſentia patris per filium exiſtentem
in patria poteſtate, non valet tanquam adhibitus ob reueren-
tiam paternam: argu.l.ſi quando.§.& generaliter.C. de inoffic.
teſtamen.facit quod not.in aut.vt cum de appella.cogno.§.cen
tum.per Bart.& alios in d.l.j.§.quæ onerandæ.vbi talis reueren
tia habet vim metus:& ſic facit reſcindi actum,ac ſi per metum
fuiſſet factum.alleg.not.in capitu.ſi vero.de iureiurand.& in ca
pitul.de pactis.libr.vj.facit quod not.in l.ſi ſeruius.ff.de condit.
ob turpem cauſam.l.ſi ob turpem.& d.§.qui onerandæ.faciunt
not.per gloſſ.in d.l.filiusfamilias.§.inuitus.ff.de procura. faciũt
etiam not.per Ioan.And.in capitul.ij.de locato.dicentem quòd
ſi epiſcopus facit ſtatutum & inferiores ſunt præſentes,licet nõ
contradicunt: tamen non habebuntur pro conſentientibus ſi
aliter non apparet de eorum conſenſu.alleg. not.per Innocen.
16 in d.capitul.in geneſi.qui ibi tradit regulam †vt totiens habea-
tur pro conſentiente, quando tractat̃ de actu appetibili, & ſibi
fauorabili:vt dict.l.qui patitur. ff. manda. ſecus ſi actus ſit præ-
iudicialis vel non appetibilis:quia tũc non habetur pro conſen
tiente. dict.§.inuitus.ad idem gloſſ.in dict.regul.is, qui tacet.&
tenet Butri.in dict.capitul.ij.de loca.niſi ſubeſſet iuſta cauſa ſta-
tuendi,& hanc opin.Ioann.Andr.dicit ibi Cardinal.communi-
ter teneri per doct.licet ipſe conetur ſaluare opin.Innocen.te-
nentis contrarium ibi, quam opinio.Ioann.Andr.ibi approbat
dom. Alex.de neuo de Vincentia, qui fuit doctor patris mei. fa-
ciunt etiam no.per Card.in ca.ij.de ꝯceſ.præb.in gl.in verbo,cõ
demnare.in ij.par.& per Io.And.in mercu.in d.reg.is,q tacet.&
in d.c.ex ore. vbi p Hoſt.Ioan.An.& Cardin.de his, quæ fiunt à
maior.par.ca.dicẽtes inquantũ archiep̃s poſt Tancre.in capit.ſi
ſeruus.liiij.diſt.ſi ordinarius ꝯfert beneficiũ,nec p̃ſentet, tacens
videor renũtiare iuri mihi cõpetẽti in illo bñficio, nõ bene dice
re:quia in abdicando ius alicuius non ſufficit eius taciturnitas
per not.in capitul.nonne.de præſumpt.ſecus quando expreſsè
conſentiret:quia tunc videtur tacitè renuntiaſſe,dummodo ſe-
cundum eos talis conſenſus præſtetur collatori in cuius mani-
bus poſſet fieri renuntiatio, alias non valeret tacitè quod non
valeret expreſsè.capitul.admonet.& capitul.quod in dubijs.de
renuntia.clementi.j. eodem titul. Ita dicunt intelligere.capitul.
beneficium.de regul.iur.libr.vj.ex quibus inferunt ſecus eſſe, ſi
conſentit,vt fiat electio vel præſentatio de beneficio ſuo: quia
cum talis expreſſa renuntiatio deberet fieri in manu ſuperio-
ris.dict.capitul.quod in dubijs. ergo & tanta: & ſic non videtur
renuntiaſſe in manibus eligentium vel præſentantium: vt ple-
nius per eos in dictis iuribus. ¶Subdit tamen domin. Philip.ſe
putare veriorem eſſe opinio. Abb.in dict. diſputatione Auge-
17 rio. †vt ex quo patronus eſt præſens inſtitutioni,epiſcopi, &
tacet,præiudicet ſibi per hanc taciturnitatem: nam vbicunque
actus fit in præiudicium alicuius, quem ipſe prohibere poſſet,
tunc tacens haberetur pro conſentiente.vt in l.rem alienam.ff.
de contrahend.emptio.ſed ſi poſſet prohibere ex quo non pro-
hibet,intelligitur conſentire: vt in l.fideiuſſor.§.j.ff.de pignor.
Ita diſtinguit gloſſ.in l.Gaius.ff.de pigno.actio.& in capitul.nõ-
ne.in verbo, tacendæ,de præſumpt.& gloſſ.in dict.regu.is qui
tacet,vnde in caſu noſtro ſi p̃ronus contradiceret,poſſet impedi
re actum & ſic collationem ep̃i.d.c.decernimus.xvj. q.vij.ergo
tacendo ſibi præiudicat.Ad hoc adducit dictum Inno.& Hoſti.
in c.ij. de loca. dicentium valere ſtatutum ep̃i factum in pręiu-
dicium inferiorum p̃ñtium,& non ꝯdicentium:q̃a videntur cõ
ſentire, licet vt ſ̃.dictum eſt Io.and.& alij teneant ꝯ̃rium in hoc
vltimo: tñ Io. de Imo. & alij poſt multa dicunt opi. Inno. poſſe
ſuſtentari: quem ẽt ibi nititur defendere do. Cardi. vt ibi ple-
nius per eos. ¶ Adducit ẽt no. per Io. de Imo. in d. c. ex ore.de
his quæ fi.à maio. par.cap. dicentẽ opi. Archi. de quo.ſ̃. inquã.
18 tũ vult†collationẽ factã de beneficio meo me p̃ñte & tacente
valere,eſſe verã:licet Io.an.& Card.teneant ꝯ̃rium,vt proximè
eſt dictũ:q̃a quotiẽs agitur de præiudicio tacẽtis, qui ꝯdicendo
põt actum impedire, ſi non ꝯdicit, habetur pro ꝯſentiente:alle.
d.gl.videlicet in l. gaiũ.& in d.c.nõne.de p̃ſum.& in d.reg.is qui
tacet.& per Bar.in l.quę dotis.ff. ſolu. matri. & per doc. in c. ex
lr̃is.de tranſac.Imo cũ non potuiſſet collatio fieri taliter:vt per
eam ius acquiratur, ſi prætẽdat,ius ꝯdixiſſet,ex quo non ꝯdixit
præiudicat̃ ſibi:rñdet ad.d.reg.is,qui tacet.alleg.per Io.an.illam
intelligi ſm eum qñ agitur de p̃iudicio delegationis perſonalis:
q̃a tũc tacens nõ habetur pro ꝯſentiẽte: alleg.d l.filiusfamilias.
§.inuitus.ff.de procur. Idem dicit, qñ agitur de pręiudicio iuris
realis,ex quo ꝯdicens non põt actum impedire ꝯdicendo: vt in
caſu.d.l.rem alienã.ff. de ꝯ̃hen. empt. q̃a tunc nõ pręiudicat ta
citurnitas. ¶ Adducit ẽt pro p̃dictis glo. no. in verbo, abñtiũ.
19 in c.quãto.de his,quæ fi.à præla.quæ ſolet allegari,†ꝙ ſiue p̃ñ-
te ſciente celebret̃ ꝯ̃ctus inter aliquos ſuper certa re, ſuper qua
intendo habere ius, & patior me pro teſte in inſtr̃o inſcribi, nõ
reclamãdo,videor p̃iudicare iuri meo, ad hoc tex.cũ gl.ĩ verbo
teſtis.in c.ex lr̃is.de tranſac.& licet in hoc vltimo ſint varie opi.
de q̃bus in d.c.ex literis. tñ dicit Phili.ſm do. ſuum Iaco.zochis
& Butri. in d. c.quãto.melior opinio eſt quæ ponit̃ per aliquos
in d.l.gaius. ff. de pign.actio. vt ſit dr̃ia, an ſim teſtis ꝯ̃ctui qui
me inuito,& ꝯdicẽte fieri põt:vt in caſu.d.l.rem alienam.& tũc
non nocet:ſed ſi ſum p̃ñs cõtractui qui me inuito fieri non põt
& tunc talis p̃ñria & patiẽtia mihi præiudicat.exẽplũ,ſi ſum p̃ñs
qñ rẽ meã alteri obligas pro pignore, & non ꝯdico,pręiudicat
20 mihi:†q̃a non põt conſtitui ius pignoris in re aliena,niſi conſẽ
tiente dño.vt eſt text.cum glo.in l.aliena res.& in l.quæ pręˀdo-
mini. & in l.ſi.C. ſi res alie. pig. da. ſit.de qua materia per ipſum.
& Bal.in l.ij.C.de reb.alie.non alie.per glo. & doc.in d. l. gaius.
per Barto.in l.quæ dotis.ff. ſolu. matrimo. per gloſſ. & Butri.
in c.nonne de præſumptio.& in d.c.ex literis.vbi etiam habetur
21 an ſi † aliquis prætendat habere ius in vna re , & litigatur
ſuper illa inter partes ;& ipſe fuit adiutatus alterius parti, pręiu
dicet ſibi per quẽ ibi.¶Ex quibus ipſe do.Phil.ꝯcludit p̃ronum
p̃ñtẽ collationi factę per ep̃m de beneficio p̃ronato,& non ꝯdi
centẽ haberi pro ꝯſentiente. ¶Tu pro iſta ꝯcluſione adde pul-
22 chrum tex. in §. ſi ſeruus.liiij. diſtin. † vbi valet ordinatio ſerui
dño præſente & non ꝯdicente.per quem tex.do.Fely.ante ſi.c.
ſuper eo.de offi.deleg. ponit pulchrũ dictum:ꝙ ſi papa delegat
alicui vt ad p̃ñtationem eius quem nouerit p̃ronum ordinet ec
cleſiam,talis delegatus nõ poterit inſtituere: tñ ſi inſtituit & ip-
ſe ad quẽ ſpectat ius inſtituẽdi ſciat,& nõ ꝯdicat,tenebit inſtitu
tio:vt oẽs doc.ibi volunt per rõnes alias, quæ ſunt relatę, ſ̃. do.
Fely. ibi vero dicit, ſi taciturnitas noceat in iſtis p̃iudicialibus
habenti inſtitutionem:q̃a iſtud toleratur rõne diuini cultus per
d.§.ſi ſeruus.quia prouidere eccleſiæ, eſt fauor diuini cultus:vt
tim tribuat perfectionem iuris inſtituẽdi: ſed tantum datur ius
ad rem:& ſic ad petendam inſtõnem. ¶Non procedit etiam il-
lud motiuum de adminiſtratione extraiudiciali permiſſa excõ-
municato:quia hoc non procedit ĩ præſentatione:nã concluſi-
mus.s̃.in j.par.huius.ſecũdi lib.in ſecunda.q.prin. in ſecũdo art.
nullo modo patronum ſiue clericum ſiue laicum excommuni-
catum,poſſe præſentare,donec abſoluatur.¶Minime etiam ꝓ-
cedit illud,quod ante ſi.dicit Rota,excommunicato non curre
re tempus ad præſentandum: quia ſi currit ignorantibus & im-
peditis:vt diximus.s̃.in ſecunda par.huius.ſecũdi libr.in j.q.prin
cip.in octauo art.multo magis debere currere excommunica-
4 to,cum ſonat in vitium.¶†Iſtis ſic diſcuſſis,pro illa parte ꝙ in-
ſtitutio non teneat, ſi præſentatio fuerit facta à patrono excõi-
cato eccleſiaſtico,ſiue à laico deducitur, nam principale funda
mentum, quod ſit pro illa parte, ꝙ teneat eſt:quia ſi inſtitutio
ſpreto patrono ab epõ facta patrono conſentiente validatur,
vt latè diximus.s̃.in proxima præceden.q.prin. in ſecũdo art.in
ſeũda,& v.conclu.eodem modo debet valere hic: vt præſenta-
tio facta ab excommunicato, non ſit p̃ntatio cum ſit nulla, ſed
ſit p̃ſtatio aſſenſus,vt teneat inſtõ facta ſine p̃ntatione p̃roni.
¶Certè hoc motiuum eſt pulchrum:ſed contra eum facit, q̃d
optimè dicit Rota.ccccccxxviij.infra tp̃s.in antiquis, quæ eſt ſe-
5 quens,ꝙ ſi epſ ante lapſum quadrimeſtre cõtulit † beneficium
iure deuoluto,non validabitur ſua collatio,etiam per ſuperue-
nientem conſenſum patroni:quia non contulerat ſperando ha
bere conſenſum patroni: ſed contulerat iure deuoluto: quod
tamen ius deuolutũ non erat.de quo diximus in d.ij.præceden.
q.prin.in ij.art.in iij.conclu. ſic & in caſu noſtro epiſcopus non
contulit expectãdo conſenſum patroni, vel vt illum ſperneret:

ſed illum inſtituit ad præſentationē patroni: maximè, quia de-
buit poſuiſſe edictum, & diſcuſſiſſe negotium p̄ſentationis: iux-
ta tex. & quæ ibi no. in c. fi. de elec. lib. vj. vnde clarè apparet illū
voluiſſe inſtituere ad p̄ſentationem ipſius patroni excōicati: &
ſic eius inſtō non tenebit, ſicut nec p̄ſentatio. ¶Et ſi tu diceres,
nōne tu dixiſti. s. in j. par. huius. ij. lib. in ſecūda. q. princ. verſus fi.
ſecūdo art. p̄ronum excōicatum eſſe expectandum vſq; ad finē
t̄pis dati ad p̄ſentādum: quia forſan faciet ſe abſoluere, & pote-
rit p̄ſentare: & nos habemus, ꝙ ſi ep̄s ſciat patronum non poſſe
p̄ſentare pro illa vicè, poterit cōferre etiā eo nō vocato: vt dixi-
mus in proxi. præced. ſecūda. q. prin. in ſecūdo art. in ix. cōcluſi.
Sic erit & in caſu noſtro, vt actus p̄ſentationis nil aliud operet̄,
niſi ꝙ declaret mentem p̄roni nolle expectari vſq; ad finē t̄pis
dati à iure, ſi nō vult expectari: & nūc p̄ſentare nō p̄ot, quia eſt
excōicat⁹, merito tenebit inſtō, velut libera collatio. ¶Ad hęc
etiam reſpondetur adhuc militare motiuum. s. formatum: nam
hoc procederet, ſi inſtō ſeu collatio eſſet facta libera, & non ad
p̄ſentationem patroni excōicati, vt proximè diximus: vnde ego
cōcluderem cum maiori parte dominorum Rotę: ꝙ ſi inſtō eſt
facta per ep̄m ad p̄ſentationem patroni clerici, ſiue laici, ſicut
non tenet p̄ſentatio, ita nec tenebit inſtō: quia omnino p̄ſenta-
tio eſt inchoamētum ad inſtōnem. d. c. q̄d autem. in fi. prin. hoc
ti. Et ſic iſto reſpectu inſtō diffinitur, trāſlatio iuris nō libera: q̄a
depēdet à p̄ſentatione, ſecūdum Abb. in c. autoritate. de inſti. &
6 nos diximus in j. q. prin. huius par. in j. art. ¶†Dicerem bene, ꝙ
ſi ep̄s vellet ſuam inſtōnem nō liberam nūc habere locum, tan-
quàm liberam, nō prout extūc, ſed prout exnūc, quod teneret,
ſicut diximus. s. in ij. proxi. præced. q. prin. in ij. art. in v. cōclu. ꝙ li
cet collatio facta per ep̄m ſpreto patrono, ſit nulla ipſo iure: ta-
mē per ſuperuenientem conſenſum patroni validatur, prout ex-
nūc, nō prout extūc: & tāto magis, cum hic ſolum præiudicium
ipſius ep̄i verrebatur: quia potuiſſet conferre, cui voluiſſet, po-
tuit ſibi præiudicare, & habere ratum, quod fecerat. ¶Aduerte
tamē: quia hoc nō procederet, nec facere poſſet ep̄s in præiudi-
ciū expectātis apoſtolici: & ita re vera loquit̄ dicta Rota ccccc-
xxvij. patronus excommunicatus in antiquis. ¶Roch. vero in
hoc tracta. in verbo, competens. in octaua. q. in verſic. ſuboritur
nunc quæſtio, refert Rota & ſupraſcriptas: & ita reſidet.

¶Quintus artic. i. j. q. princ. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞*Præſentationis ſeu inſtitutionis tempus, conſiderandum eſt circa habilitatem vel inhabilitatem præſentandi & inſtituendi & nu. 5.*
2 *Excommunicatio non ſolum excludit a beneficijs eccleſiaſticis, ſed etiam ab omni officio publico.*
3 *Procurationis officium infamis etiam de iure exercere poteſt.*
4 *Tempus datæ, vel executionis literarum an attendendum in qualitatibus impetrantis, & in reſcripto expreſſis.*

Dubitatur Quinto, quid ſi p̄ſentatus tempore p̄ſenta-
tionis factæ per p̄ronum habebat aliquod
vitium, propter q̄d non potuiſſet inſtitui, puta erat excōicatus,
vel alias vitioſus, ſed t̄pe, quo venit ad ordinarium, vt exequere
5 tur p̄ſentationem, ceſſauit illud vitium, † an attendatur temp⁹
præſentationis vel tempus datæ inſtōnis? Hāc quæſtionem for-
mauit Paul de cita. in hoc tracta. in vj. parte in xxxvj. q̄o. & dicit
hanc quæſtionem poſſe reſolui: vt in ſimili dicit Spec. in titu. de
reſcrip. præſen. §. ratione autem impetrantis. verſi. quid ſi impe-
trans. vbi tenet impetrātem reſcriptum ad beneficium, ſi nō ex-
primit dignitatem, quam habebat, quę erat tēpore datæ, ſi poſt-
ea caſſauit, quādo p̄ſentauit literas, tenebit, ſed vitiat̄ reſcriptū:
& ſic attēditur tempus date. c. eam te. de reſcrip. c. poſt ceſſionē.
de proba. vbi ponitur exemplum de excommunicato tempore
impetrationis, vt nō admittat̄, ſi probet̄ eo tempore eum fuiſ-
ſe excommunicatum. Et dicit hoc idem tenuiſſe Specul. eod. §.
ver. item excipit̄, ꝙ impetrans fuit excommunicatus. vbi etiam
tenet excommunicatum tempore p̄ſentationis vel cōſtitutio-
nis, nō poſſe valide p̄ſentare: & idem dicit tenere Spec. eod. ti. §.
fi. ver. in ſumma. ¶Et ſubdit Paul. ſe putare hāc opi. Spec. de iure
2 procedere, vbi eſſet † tale vitium, q̄d redderet clericum inhabi-
lem ad talem collationem, vel p̄ſentationem: vt vitium excom-
municationis, quod inducit inhabilitationem etiam ex parte
cōferentis: & eius cui cōfertur: quia tale vitium non ſolum ex-
cludit à beneficijs eccleſiaſticis: vt habet̄ in c. poſtulaſti. de cleri-
co excommuni. mini. ſed etiam ab honorabili & publico offi-
cio. c. decernimus. de ſentē. excom. lib. vj. vbi ab agendo, teſtifi-
cando, & aduocādo repellit̄, imo etiam ab officio vili, & onero-
3 ſo: puta procurationis, ad quod etiam infamis † de iure ciuili p̄-
mouet̄. inſtitut. de except. in fi. Abb. in ca. imperatorum. de iura-
mē. calum. Secus, ſi eſſet aliud vitium, quod non redderet eū in-
capacem: & in illo caſu ſi non interueniat ſubreptio, attendetur
tempus exequutionis literarum, nō date. c. ei cui. vbi tex. no. ad
hoc de præbēd. lib. vj. habet̄ enim ibi, ꝙ ſi mandat̄ alicui proui-
deri de præbenda vacatura in vna eccleſia, & ille ſint curate &
nō curate: licet impetrans t̄pe date nō habeat ætatem ad habē-
dum præbēdam ſacerdotalem: ſi tamē eſt ætatis t̄pe, quādo va-
cat, & ſic quando ſit exequuta, ſatis erit. ¶Si verò interueniret
ſubreptio, vel dolus impetrātis, & tacētis ætatem, quam nō ha-
bet ad præbēdam, vel ad aliud beneficium, q̄d habet t̄pe impe-
trationis, tūc in ſui doli & ſubreptionis odium attēdetur tem-
pus date, & ita loquitur. d. c. eam te. de reſcrip. & ca. ſi eo tempo-
re. eo. ti. lib. vj. vbi occulta fuit ætas tempore impetratiōis: & ſic
attenditur tempus date: & ideo licet illo tempore non ſit habi-
lis, quāuis poſtea efficitur habilis tempore exequutionis: tamē
annihilatur reſcriptum. Ita Pau. vbi. s. ¶Tu aduerte, nā latè Ab.
4 & Imo. in c. dilectus. el. j. de præben. tractant, quod † tempus at-
tendatur in qualitatibus impetrātis, & in reſcripto expreſſis da-
te vel exequutionis literarum: & quid in reſcriptis gratioſis: &
quid in reſcriptis iuſtitiæ: & cum maiori fertilitate ponit domi.
Fely. in d. c. eam te. in antepe. col. in verſ. tēpus date. vide ibi no-
5 lo hic trāſcribere eorū dicta: quia nō eſt materia noſtra. ¶†Sed
tangēdo neceſſaria art. n̄ri, in quo nō cadit ſubreptio, nec obre-
ptio, nec cadit t̄ps date, nec t̄ps exequuutionis literarum, ſed be
ne cadūt tria tempora. ſ. p̄ſentatiōis, quæ fit per p̄ronum, diſcuſ-
ſionis negotij p̄ſentationis, & tempus inſtōnis, quæ duo fiunt p̄
ipſum habentem inſtituere. ¶Si ergo nos cōſideramus t̄ps præ
ſentationis, & ſi dicto tempore p̄ſentatus erat indignus, & ſciē-
ter per patronum fuit p̄ſentatus: & ſic in diſcuſſione negotij re-
pertus, quāuis poſtea efficeretur dignus: quia ceſſaret illa indi-
gnitas, releuabitur p̄ronus, qui ſit priuatus illa vice iure præſen
tandi: iuxta no. in ca. cum vos. de of. ordi. de quo latè diximus in
j. par. huius. ij. lib. in x. q. prin. in quarto art. q̄d eſt intelligendum
in vera indignitate: nō autem in nō idoneitate. diſtinguēdo ta-
men inter patronum & laicum, vt ibi diximus. ¶Nihilominus
nō negamus, ſi tempore inſtōnis ille eſſet effectus dignus, q̄a
iure deuoluto habēs inſtituere nō poſſet ſibi dictum beneficiū
conferre. à ſimili eorum, quæ diximus in fi. proximi præced. art.
¶Si verò conſideramus t̄ps diſcuſſionis negotij, & ſi tūc p̄ſenta
tus reperitur indignus, punitur p̄ſentans, vt proximè diximus:
quāuis eo effecto digno tempore inſtōnis, poſſit per habentē
inſtituere inſtitui. ¶Verum ꝙ ſi fuiſſet dignus tempore p̄ſenta-
tionis, vel indignus, & indignitas ignota p̄ſentanti: licet in diſ-
cuſſione negotij reperiretur indignus indignitate occulta, vel
ſuperueniente, nō puniretur p̄ſentans, cum non fuerit in culpa:
vt no. in d. c. cum vos, & colligitur ex his, quæ diximus in d. quar
to art. ¶Attamen ſi in iſta diſcuſſione negotij inſtituens fuiſſet
vſus negligentia, & non reperiret indignitatem, vel illa reperta
adhuc illum inſtitueret: adhuc puniretur mitius de negligētia,
& grauius de ſciētia: vt eſt tex. & ibi oēs in c. nihil. de elec. & dixi
mus in iij. præced. art. ¶Si aūt cōſideramus tempus inſtōnis, &
tunc ſi t̄pe p̄ntationis fuerat dignus, licet t̄pe inſtōis fuiſſet indi
gnus, nō puniret̄ p̄ntans. d. c. cū vos. ſed puniret̄ inſtituēs, ſi illū
inſtitueret. d. ca. nihil. ¶Si aūt reperiret̄ dignus t̄pe inſtōnis, qui
fuerat indignus tempore præſentationis, non puniretur inſti-
tuens, ſed præſentans: vt proximè in primo membro diximus.
¶Cōcluſiones & alia collige de p̄ te: q̄a eſſet repetere illud idē.

¶Quarta quæſtio princ. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞*Præſentati ſi plures fuerint à patronis, an inſtituendus ſit ille, qui a maiori parte ipſorum eſt præſentatus, vel requirantur duæ partes, vel omnes. & numero 2.*

EX quo Diximus. s. ī proxima præcedē. quæſtio.
princ. ī primo art. illum eſſe inſtituendū,
q̄ à maiore parte patronorū fuit præſentatus, remit-
tēdo me ad hāc quartā. q. prin. merito quarta. q. prin.
ſit iſta: Quid ſi præſentatio ſit ī diſcordia: quia patroni inæqua-
liter diuiſerūt vota ſua ī diuerſos: & ſic diuerſos præſentarunt,
quis eorum ſit inſtituendus? Et ex iſta quæſtione oriuntur in-
1 fraſcripti articuli. ¶Et primus † eſt, an ſi plures ſint præſentati à
patronis, ſit inſtituendus ille, qui à maiori parte ipſorum eſt p̄-
ſentatus: vel requirantur duæ partes vel omnes. Et breuiter re-
ſpondendum eſt illum eſſe inſtituendum, qui plurimorum eli-
gitur & approbatur aſſenſu. Ita vult tex. ī c. tertio. hoc ti. & licet
ille tex. culpatiue videatur duo requirere. ſ. cum vota patrono-
rum ſunt diuerſa, illum eſſe inſtituendum, qui maioribus iuuat̄
meritis, & plurimorum eligitur & approbatur aſſenſu: tamē gl.
ibi ī verbo, q̄ maioribus. dicit ſufficere aliquem eſſe idoneum,
dummodo à pluribus ſit p̄ntatus, quāuis aduerſarius à minori-
bus p̄ntatus, ſit idoneior: vt etiam hoc cōcluſimus latè. s. ī j. par.
huius. ſecūdi libr. in x. q. prin. in tertio arti. dum ibi tractauimus,
ſi patro

ſi patroni poterant præſentare idoneiorem, an ſalua conſcien-
tia præſentarunt idoneum, vbi latè diſcutitur hic punctus. Cō-
cludamus ergo requiri in inſtitutione obtinenda aliquem ex
pluribus præſentatis eſſe idoneum, & à maiori parte patrono-
2 rum præſentatum: & ideo colligit ibi Abb in ij.no. † in præſen-
tationis actu non requiri neceſſario conſenſum omnium pa-
tronorum, ſed valere pręſentationem factam per maiorem par
tem. Et idem voluit ibi domi. Cardi. in vj.no. & omnes: & præ-
ſertim Io. An. & hoc etiam volunt omnes doct. allegati in ſeq.
articul. & aliis ſequentibus. & voluit Pau. de cita. in hoc tract. in
vj.par. in xxvij.q. & voluit etiam Firma. in tra. de epiſcopo. in ij.
par. ij.q. prin. iij. li. in xxj.q. & hoc eſt clarum maiorem ſufficere,
& non requiri aſſenſum omnium, nec etiam duarum partium,
ſed maioris partis, & ſufficit eſſe idoneum, licet præſentatus ſit
idoneior: vt proximè diximus & concluſionem huius artic. vo
lunt omnes doct. in ij. & vj. proximis art. all.

¶ Secundus art. iiij. q. prin. iij. partis. Libri.

1 ☞ *Collegij pars maior requiritur in præſentatione facta à patronis, vt à col legio. Secus, ſi vt à ſingulis, quia tum requiritur maior pars reſpectu aliarū partium, & an ſit ratio differentiæ. & nu. 4. 10.*
2 *Actus vnus vbi eſt à pluribus explicandus, quid attendendum & animaduertendum.*
3 *Electio rectoris facta per ſcholares, non valet, niſi interueniat maior pars totius vniuerſitatis, Et idem iudicium, ſi aliqua electio facta eſt in aliqua vniuerſitate.*
5 *Eligere alium an vnus poſſit, quando ius eligendi eſt penes duos, & quid in præſentatione. nu. 6.*
7 *Rem communem habentes vt ſinguli, non poſſunt de illa diſponere, niſi interueniat omnium conſenſus. Limi. nu. 8.*
9 *Parti maiori non ſtatur in eo quod eſt communem pluribus vt ſingulis.*

Sed Difficultas eſt, & hic ſit ſecundus articu. an ad hoc vt va
leat præſentatio facta à pluribus patronis, requiratur,
quòd ſint plures reſpectu omnium, an vero reſpectu minorum
partium, puta ſunt decem patroni, quatuor pręſentarunt. A.
tres. B. & alij tres. C. an. A. præferatur in inſtitutione: nam iſte. A.
non habet maiorem partem omnium: ſed habet maiorem par
tem habito reſpectu ad alios duos præſentatos. Ioan. And. in d.
1 c. iij dicit, † aut præſentatio fit ab illis, vt à collegio: & tunc re
qrit̃ maior pars reſpectu totius collegij. ¶ Et pro hoc videtur
tex. in c. eccleſia. de ele. aut iſti præſentant tanquam ſingulares,
vt communiter faciunt laici, qui de patrimonio habent ius pa.
& tunc ſufficit maior pars reſpectu aliarum partium. ¶ Hoc idē
ſequitur do. Car. in d. c. iij. in vij q. & Abb. ibidem in vlti. col. qui
dicit dictum Ioan. And. eſſe ſingulariter notandum, quia facit
2 ad multa: vbi enim habent † plures explicare aliquem actum,
debent ſemper animaduertere vtrum habeant hanc poteſta-
tem, vt collegium, an vt ſinguli: & primo caſu requiratur ma-
ior pars totius collegij, ſecundo caſu, ſufficiat maior pars reſpe-
3 ctu aliarum partium, & propter hoc dicit Abb. ſe dixiſſe † ceſ-
ſante iure ſpeciali non valere electionem rectoris factam per
ſcholares, niſi interueniat maior pars totius vniuerſitatis: nec
ſufficere maiorem partem, comparatione minorum partium.
¶ Et ideo ſi in vniuerſitate ſunt centum, & quinquaginta eli-
gunt vnum, & triginta eligunt alterum, & alij alium, nulla ele-
ctio valet: quia non reperitur facta à maiori parte totius vniuer
ſitatis, ſcholares enim eligunt vt collegium, & non vt ſinguli,
arg. c. cum pro cauſa. de procura. ¶ Et per Inn. in c. cum ab eccle
ſiarum. de offic. ordina. & per Bartol. in l. fi. ff. de colle. illici. ¶ Et
ex hoc tranſeunt ibi Cardi. in vij. q. & Abb. in fi. in verſicul. & ex
hoc deciditur, nunquid patroni habeant ſimul conuenire, & va
care in præſentationis actu: vel quilibet poſſit per ſe præſenta-
re: de quo latè diximus ſupra in ij. parte huius ij. lib. in ij. q. princ.
in viij. artic. Et ſic eadem diſtinct. Io. And. quando iure collegij,
& quando iure ſingulari patroni præſentant, dic vt ibi. hoc idē
voluit Cardin. in prin. cle. plures. in fi. iij. colum. hoc tit. & ibi An
cha. & ibidem Imo. in fi. iiij. col. & hoc etiam ſenſit Fede. conſil.
lvx. infraſcriptę quæſtiones. in iiij. dubio. & in v. & facit quod di
cit Pau. de eleaza. in ſua. ix. qō. diſputata incip. à patronis. & hoc
etiam voluit Gay. in repe. c. fi. de elect. lib. vj. ante fi. 50. colum.
vbi pro hoc etiam alleg. Fede. conſil. xlvij. quidam de ciuitate.
& Pet. de anch. in c. j. in fi. de arbi. lib. vj. Domi. in c. quorundam.
§. circa. in iij. colum. de electio. lib. vj. & Abb. in cap. venerabili. v.
colum. & in c. in geneſi. v. colum. de electio. & hoc dicit habere
locum in patronis originalibus, ſiue ex eadem cauſa, ſiue ex di-
uerſis: ſed in hæredibus patronorum accipietur maior pars ſim
pliciter, non autem partium comparatione minorum, ſecundū
Card. in d. c. cle. ij. in v. & in vj. colum. hoc tit. de quo dicemus j̃.
4 in ſequen. artic. ¶ † Hoc idem voluit do. Anto. ibi qui ponit ra-
tionem diuerſitatis huius diſtinct. Ioan. And. vt in primo mem-
bro ſit ratio, quia poteſtas capitulans vel vniuerſitatis reſidet
in tota vniuerſitate, vel in maiori parte totius, ideo qui habet
maiorem reſpectu minorum, & non totius collegij, non habēt
maiorem partem pro ſe, quod eſt ſecus, quando poteſtas partiū
eſt ad plures, vt ſingulos. quia ſufficit habere maiorem partem:
& ex hoc decidit Ioan. And. Cardin. & Butri. in d. cap. iij. quòd ſi
ſunt duo patroni: tamen vnus habebit poteſtatem alterum prę
ſentandi, & valebit præſentatio, ex quo ille alter neminem præ-
ſentauit, & ſic tacitè remanſit ius præſentandi in præſentante
ſolum: & ex quo conſenſit præſentationi, cum ille non habeat
conſentire, vt collegium dicitur habere maiorem partem: ſe-
cus vbi de collegio. Hoc idem firmat Millius in repertorio ſuo,
in litera prima, in verbo, patronus. in verſicul. patroni ſi ſunt
duo. ¶ Sequitur prædicta Philip. de ſarra. in d. capitul. iij. ſuper
5 gloſſ. iij. qui addit. † an vnus poſſit eligere alium, quando ius eli
gendi eſt penes duos. remittit ſe ad Ioan. And in regul in toto.
de regul. iur. libro ſexto. in mercu. & ad doctor. in capitu. cum
in iure. & ad Cardin. in capitul. j. eodem titul. ¶ Et ex hoc dicit
6 poſſe etiam decidi: quòd ſi ſunt duo fratres habentes ius † præ-
ſentandi, poteſt vnus alterum præſentare: & valebit præſenta-
tio: quod approbat Specul. eodem titul. circa fin. verſicul. ſed
nunquid fratres patroni. allegans ſimilem de decurionibus, qui
dant vnum exequutorem ex ſe. ff. de tutoribus & curatoribus
datis ab his. l. magiſtratus. vnde quaſi decuriones dicuntur, non
quaſi fratres. allega. ff. quòd cuiuſque vniuerſi. nomine. & poſt-
ea ipſe Phili. recitat dicta Abbatis & ita reſidet. ¶ Hanc eandem
partem ſequitur Paul. de cita. in hoc tracta. in vj. par. in xxviij. q.
qui primo membro diſtinguit Ioan. And. Cardin. in cle. vnica.
in verſicul. quarto quæro. de rerum permuta. ¶ Reperi poſtmo
dum domi. Roch. de iſto articul. quęrentem in hoc tracta. in
verbo, honorificum. in lviij. q. qui vltra prædicta alleg. Lap. in
ſua alleg. lxxxviij. incip. in Dei nomine. in iiij. colum. & Paul. in
d. cle. ij. hoc titul. allegantem Vincent. & Compo. in d. capitul.
eccleſia veſtra. de electio. & Ioan. And. in capitul. ſi plures. xvj.
quæſtion. vij. & Archidiacon. xxxj. diſtinct. capitul. Nicena. ad-
ducit etiam fratrem Ange. de Calua. in ſua ſumma angelica, in
verbo, ius patronat. §. xx. ¶ Poſtea idem Roch. dicit contra di
7 ctam conclu. vrgere regulam, quæ habet † quòd habentes rem
communem: vt ſinguli, non poſſunt ſuper illa diſponere, niſi
omnes conſentiant. tex. eſt in l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. præ
dio. gloſſ. ad doctor. dicta magiſtra in capitul. cum omnes. de
conſti. cum concordantibus ibidem copioſè allega. per domi.
Felyn. in viij. colum. ſtante igitur iſta regul. videtur non ſuffice
re clericum eſſe præſentatum à maiori parte patronorum. ne
8 dum comparatione aliorum: ſed nec etiam habito reſpectu ad
omnes, quando patroni habent ius patronat. vt ſinguli. ¶ Pro
ſolutione reſpondet Roch. quòd dicta regul. fallit in caſu no-
ſtro, ratione fauoris eccleſiarum. Et ita dixiſſe dom. Cardina. &
Imo. in d. capitul. cum omnes. quod ibi refert, & ſequitur dom.
Fely. in ix. colum. quia alias ſex fallentias accumulat ad d. regu.
Tu vide circa ſolutionem huius contrarij, quæ latè diximus ſu-
pra in ij. par. huius ij. libr. in ij. quæſtion. principal. in viij. articul.
in verſicul. vides, quot & quanta. ¶ Adde & aliud, quia iſta do-
ctrina Ioan. And. videtur contra Bartol. in l. ij. in §. ex his. ante fi.
ij. colum. ff. de verbo. obliga. quare dicendum eſt hunc eſſe ca-
ſum ſpecialem: nam extra hunc caſum vera eſt ſententia Barto.
9 † quòd in eo, quod eſt commune pluribus, vt ſingulis, non ſta-
tur maiori parti. gloſſ. in capitul. cum omnes. de conſti. & ne di-
cat aliquis eſſe refugium miſerorum, dicere, quòd ſit ſpeciale
in iſto caſu, aſſigno promptam rationem ſpecialitatis, quæ eſt
ne propter patronorum diſtinctionem in varios vota deferen-
tiū, impediatur prouiſio eccleſię facienda. vt apertè eſt tex. in d.
capitul. iij. hoc titul. colligitur, & vide in materia Cardina. in ca-
pitul. ca noſcitur. de his quæ fiunt à præla. & in capitul. quære-
10 lam. in iij. colum. de electio. ¶ Subdit ibidem Roch. † quòd re-
tenta diſtinctione Ioan. And. intelligendum eſt ſanè, quod di-
ctum eſt in primo membro, quando ius patrona. competit col-
legio, requiri maiorem partem omnium, vt procedat loquen-
do de maiori parte omnium exiſtentium in collegio: quia ad
collegium vel vniuerſitatem conſtituendam ſufficit interueni-
re duas partes vniuerſitatis, vel collegij, l. nulli. ff. quòd cuiuſq;
vniuerſit. nomine. l. nominationum. C. de decurio. libr. x. & illę
duæ partes repræſentant, totam vniuerſitatem vel collegium:
vt probatur in dictis iuribus. Ergo ſufficiat maior pars iſtarum
duarum partium: quia dicitur maior pars totius. Ita declarat Ab
bas in d. capitul. eccleſia veſtra. circa fi. de electio. & in d. capitu.
cum omnes. in vlt. colum. de conſtitu. vbi dicit hanc eſſe com-
munem opinio. Canoniſtarum & Legiſtarum. & alleg. Bartol.
in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure, vt ibi per eum. ¶ Et hoc
etiam

etiam vult Cald.conſil.x.ſi vniuerſitas.hoc titul.licet dicat eſſe æquiorem opini.ſufficere maiorem partem congregare. ¶Tu de hac materia vide,quæ latè diximus ſ. in ij.par.ij.libr. in ij.qõ. princip.in xix.articul.vbi per plures conclu.pulchrè hanc materiam declarauimus:quo ad princip.vero articul. tene diſt. Ioan. declaratam,vt ſ.quam etiam tenuit Phili.decius in cõſi.cxxvij. plura dubia.ante fi.

¶Tertius art.iiij. q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Collatio & comparatio numeri ad numerum,debet fieri in præſentatione,vt præſentatus poſſit inſtitui.non tamen facienda eſt comparatio meriti ad meritum,zeli ad zelum.*

1 Eſſet Nunc videndum tertio loco, † an in præſentationibus ſit facienda collatio,& comparatio vltra numerum ad numerum,etiam zeli ad zelum,& meriti ad meritum,ſicut in electione,& dicendum eſt quòd non,ſed comparationẽ numeri ad numerum, vt præſentatus à maiori parte patronorum etiam comparatione minorum partium , dummodo ſit idoneus,poſſit inſtitui:vt in proximis præcedenti. duobus articul.diximus,& ſufficere præſentatum eſſe idoneum:licet com‑præſentatus ſit idoneior,vt in proxim.præcedent.j.articul.diximus.& ideo non cadit comparatio meriti ad meritum,cum requiratur ſola idoneitas. Iſta conſideratio poſſet fieri , quando voces eſſent æquales,vt in ſequent.duabus quæſtionibus princip.dicetur:zeli ad zelum ceſſat comparatio , cum etiam pater poſſit pñtare filium,vt latè diximus ſupra in j.par.huius ij.lib.in viij.quæſtion.princip. in xij. articul. & faciunt quæ ibi diximus in ix. x. xj. & xiij.articul.¶Et quòd prædicta ſint vera , apparet clarè ex his,quæ latè diximus ſ.in ij.par.huius ij.lib.in ij.q.princ. in xviij.art.vbi concluſimus in pręſentatione patronorum non eſſe ſeruandam formam.c.quia propter.de elec.ſecundum quã fiunt iſtę comparationes,vbi omnes ibi allegati, probant concluſionem noſtram:& ideo vlterius non inſiſto.

¶Quartus art.iiij.q.prin.iij.partis.ij. Libri.

1 ☞ *Inſtituendus eſt bonus præſentatus a maiori parte,reiecto meliori præſentato à minori parte.*

1 Et ex Proximè dictis ſequitur deciſio.iiij.articul.† quis ſit præferendus in inſtitutione,quando bonus à maiore , & melior à minori parte patronorum præſentatur: & hoc non eſt dubium,quia vt diximus ſupra.in j. præcedent. articul. & in proxim.præceden. etiam ſufficere bonum eſſe præſentatum à maiori parte patronorum,quamuis melior ſit præſentatus à minori parte.Ita doctor. omnes volunt in dicto capitulo iij & in capitul.eccleſia.de elect.quia attenditur numerus & ſola idoneitas.& volunt etiam doctor.in capitul.fi.lxiij.diſtinct.& nos diximus latè ſupra in j.parte huius ij. libri.in x. quæſtion. principal.in iij.articul.vide ibi:licet Pau.in hoc tract.in vj.parte poſt medium.xij.quæſtion.dicat ſe credere in foro conſcientiæ dubitare debere inſtitui præſentatum à minori parte, vide ibi p eum,quod non placet.¶Et conclu. huius articul. tenet Roch. in verbo,honorificum.in xv.quæſtion. in ij.colum. in verſicul. crederem tamen.alleg.gloſſ.in verbo,maioribus.in c.iij.hoc ti. & in c.licet.viij.qõ.j.& dicit eſſe rationẽ:quia hoc caſu idoneus habet fortius ius.

¶Quintus art.iiij.q.prin.iij. part.ij. Libri.

1 ☞ *Electio facta à minori parte de digno,confirmanda eſt , reiecta electione de indigno ſcienter,à maiori parte facta & nu. 3.*

2 *Patroni laici eligentes indignum,non priuantur poteſtate eligendi.*

4 *Inſtitui an & quando poſſit inſtitutus a minori parte.*

1 Sed Dubium eſt,& hic † ſit quintus articul.quid ſi bonus & dignus à minori numero,non bonus ſeu indignus à maiori numero præſententur,quis inſtitui debeat.Feder. de ſenis in conſi.xlvij.quidam de ciuitate.ante fi.ij.colum.in verſi. item caſus talis eſt ſex ſunt,vbi format hunc articul. hoc modo ſex ſunt patroni in vna eccleſia illa vacante duo præſentant dignũ: quatuor præſentant indignum:an ſit inſtituendus præſentatus à duobus:& dicit videri quòd ſic:per id,quod legi.& not.de poſtu.præla.c. gratum.de electio.bonæ.¶In contrarium dicit. vi‑
2 deri nam patroni † laici eligentes indignum , non ſunt priuati poteſtate eligendi,vt not.de offi.ordin.cum vos.de pręben.cap. j.lib.vj.per Archid.ergo illi duo non faciunt maiorem partem. ¶Poſtea dicit eſſe dicendum præſentationem dictorum duorũ poſſe imo debere per epiſcopum admitti,quia in pręſentationibus patronorum laicorum non eſt neceſſe maiorem partem omnium concordari,ſed ſufficit aliquem habere maiorem partem comparatione aliarum partium.c.iij.hoc titul. per doctor. & per Compoſt.in c.eccleſia veſtra.de elect.& nos diximus in j.præceden.artic.vnde ſi duo elegerunt vnum:& quilibet de illis quatuor elegiſſet alium,certum eſt electionem duorum valere,multo fortius debet valere illorum præſentatio,ſi iſti quatuor nullam præſentationem fecerũt, vel fecerint de indigno. ¶Et ſubdit Fede.iſtam ſolutionem poſſe ſuſtineri in fi. temporis dati ad præſentandum,& maximè,ſi ignoranter præſentauerunt indignum:per no.per Compo.in capitu.cum nobis.de cauſa poſſeſ.& propric.& melius dicit facere quod not. Ioan. And. in nouel.de offic.ordin.cum vos.ſuper gloſſ.ij. quidam dicunt. ad fin.¶Gaye.in repe.capitul.fin.de electio.libr.vj. ante fin. iiij. colum.in verſicul. & adde quòd ſi hæc ſex.tenet cum Feder. & hoc tangit Paul.de cita.in hoc tracta. in ſexta par.in xij.quęſtio. licet nihil concludat.¶Hunc etiam articul.ponit Roch. in hoc tracta.in verbo,honorificum.in xvj.q.vbi dicit ſe experiiſſe tex. in capit.dudum.el j. de electio.decidentem ſimilem quæſtionẽ & ibi doctor.notare maximè dom.Abba.in vltim.nota. dicitur
3 enim ibi † quòd concurrentibus duabus electionibus ſuper eadem dignitate,quarum vna eſt facta à maiori parte de indigno ſcienter,alia à maiori parte de digno , venit confirmanda electio facta à minori parte de digno , & propterea idem credit in caſu propoſito ex identitate rationis,nec mirum, quia præſentatio facta de indigno,non tenet.alleg.doctor.in d.capitul.cum vos.de offi.ordina.¶Hoc idem voluit pulchrè Firma.in tracta. de epiſcopo.in iij.par.j.lib.in xxvij.q.in verſic.adde etiam, quòd ſit maior pars,vbi apertè dicit , quòd ſi maior pars capituli delinquit in eligendo,ius eligendi transfertur ad minorem partẽ, quæ non deliquit.c.bonæ.el j.vbi gloſſ.& c.cum Vintonieñ. de ele.¶Quod dicit eſſe verum,etiam ſi vnus tãtum fuerit,qui nõ deliquit.capi.bonæ.el.ij.eodem titul.ſecundum dictam gl.¶Et hoc,ſi ſcienter elegerunt indignum, non ſi ignoranter. gl.in ca. ſcriptum.de electio.& ibi nota.per.capitul.innotuit. de electio. ¶Et idem Firma.ibidem in iiij.q.dicit ab interdictis vel ſuſpenſis non poſſe fieri electionem, etiam ſi maior pars capituli ſit ſuſpenſa.& non excommunicata : quia minor pars non poteſt eligere:arg.c.quando diuerſis.de conceſ.præben.ſecundum gl. glo.ix.quæſt.j.c.fina.¶Quod tu intellige,quando habent eligere ſeu præſentare ratione collegij , quia tunc minor pars non poteſt repræſentare illud.vt diximus poſt Ioan.And. ſupra in ij. articul. ¶ Facit etiam pro hoc, quod voluit idem Firma. ibidẽ. ſ.in d.iij.par.j.libr.in xvj.q.vbi vult voces canonicorum abſentium accreſcere præſentibus , & idem in vocibus mortuorum ſuſpenſorum,& priuatorum,ſecundum Bal.in l.j.C.quando nõ pet.part.& dicit facere de conceſ.c.ex literis. & fideicommiſſariis libertatibus.l.ſi legauero.§.j.& vide de hoc etiam ibidem Firma.in xxxj.q.vbi tractat de canonico excommunicato eligente & faciunt etiam,quæ ipſe dicit in iij.lib.in j.par.in xix. q.vbi tractat,an valeat ſecunda electio,ſi prima fuit nulla , ea non caſſata.¶Adde prædictis Car.in cle.j.de ſup.neg.præla.in vj.qõ. in ij. eius col.in ver.tenet hæc ratio,ſicut ſi plures.vbi apertè vult patronum habilem ſolum poſſe præſentare,quando compatroni
4 ſunt inhabiles.¶† Vt hic articulus ſit clarus,breuiter conclude nos latè tractaſſe.ſ.in j.par.huius ij.lib.in x.q.prin.in iiij.arti. an præſentans non idoneum vel indignum,priuetur illa vice iure pſentandi , & vide q̃ ibi diximus per pulchram diſtinctionem noſtram.quam poſuimus ibi poſtquam retulimus dicta doctorum.Vnde quando patroni præſentarunt non idoneum vel indignum ignoranter:quia poterunt variare vſque finem quadrimeſtris,præſentatio facta per minores numero non poterit inſtitui,niſi elapſo quadrimeſtre,quia eſt,ac ſi non præſentaſſent: & ſic intuetur pſentatio facta per alios habiles,licet fuiſſet vnus pñtãs: & in hoc caſu pcedat conſilium Fed.volentis debere expectari finẽ tpis dati ad pñtandum. Aut patroni maiores numero pñtarunt indignum ſcienter,& quia ſunt priuati ipſo facto p illa vice iure pñtandi,vt no.in d.c.cũ vos.de of.ord. nõ poterũt aliũ pñtare:& ideo inſtituet pñtatus à paucioribus numero. Et idẽ dicẽdũ in omnibus patronis aliquo iure priuatis.q̃uis maioris numeri,q̃ inſtituat pñtatus à paucioribus habilibus: & hæc pcedãt in pñtationibus patronorũ laicorũ.In pñtationibus vero eccleſiaſticorũ pronorũ,eſt dicẽdũ,vt in electione,vt ſi pñtauerit nõ idoneũ vel indignum,ſit priuatus illa vice pñtandi , & tenebit pñtatio eligentium dignum.& ita loquunt.ſ.dicta omnia indiſtinctè:vt in dicta nr̃a diſtinctiõe diximus in primo mẽbro.Vide ergo ibi.& ſupraſcriptã ↄcluſionẽ tenuit Phili.de ſar. in c.cum autem.in ver.caſus talis eſt ſex ſunt patroni. hoc titul.

¶Sextus art.iiij.q.prin.iij.partis.ij. Libri.

1 ☞ *Præſentationem eſſe factam eo maiori & ſaniori parte patronorũ,an requiratur,vel ſufficiat ipſam fuiſſe factã à maiori numero,licet nõ ſit ſanior.*

*Factum*

2 *Factum à maiori parte,valet,& intelligitur à ſaniori.*
3 *Actus eccleſiaſtici ſanioritatem requirunt,ſecus in actibus pure prophanis. & nu.4.*
5 *Eccleſia ſi fuerit à duobus conſtructa & dotata,alter altero non dicetur.*
6 *Sanioritas non requiritur,ſed numerus tantummodo vocum in actu præſentationis pro inſtitutione habenda,niſi quando preſentatio vel alius actus ſit à collegio , vel vniuerſitate.*
7 *Sanioritas in quo conſiſtat.& nu.9.*
8 *Sanioritas præſumitur,vbi vocum pluralitas.*

1 Sed Dubitaꝛ.vj.an†reqꝛat,pñtationẽ fuiſſe factã à maiori & ſaniori parte p̃ronorũ , an vero ſufficiat ipſam fuiſſe factã à maiori parte numero,licet nõ ſi ſanior.hunc art.format Roc.in hoc trac.in verbo honorificũ.in lix.q.¶Qui dicit ꝓ parte,ẽt ꝙ reqꝛatur ſanioritas,facere multa iura in ſimili : maximè tex.in c.j.de his. fiunt à maio.par.c.ibi,ↄſequaꝛ effectũ, ꝙ à maiori & ſaniori parte capituli fuerit ↄſtitutũ.& in c.ea noſciꝛ.ibi, maioris & ſanioris partis.de his,ꝗ fiũt à pla.ſine ↄſenſu capituli & in c.qa ꝓpter.ibi maior & ſanior pars capituli ↄſentit.de ele. & alibi ſolicitus ꝑquiſitor ſæpius inueniet.& ita ꝑ dicta iura generaliter loquẽtia videtur cõcludere Abb.in c. prudentiã.in ij. col.de of.deleg.& do.Fely.multa alia accumulãdo in ca.cũ oẽs.
2 in xij.col.in ver.xiij.fallit.de cõſti.†dicẽs regulã hñtẽ,factum à maiori parte,valere,eſſe intelligẽdã à maiori,& ſaniori.¶Secũdo adducit pro eadẽ parte facere,qđ dicit Bal.ĩ l.j. ff. de ſenato. ꝙ p̃ronis maſculo & fœmina diſcordãtibus debet præferri vox maſculi tanꝗ dignior.de quo nos dicemus.ĩ. in proxi.ſeq.q.prĩ. in xix.art.¶Tertio dicit hãc partẽ videri tenere Hoſt.quẽ ibi refert & ſeqtur Io.An.paulo ante fi.in c.j.hoc titu.attẽdendã eſſe mẽte ꝑſonarũ pñtantiũ,ſicut in electionibus,ſm eos,ꝑ c.dudũ. el j.de ele.ſicut ẽt in teſtibus.c.in nrã.de teſti.vbi Abb. dicit per illum tex.c.dudũ.vocem nobilis ſeu literati,eſſe maioris autoritatis quã plebei ſeu illiterati.de quo etiã nos dicemus ĩ.in ſeq.
3 q.prin.in xviij.art.¶†Quartò pro hac parte dicit facere:nã cõmunis doctrina eſt in actibus eccleſiaſticis reqri ſanioritatem,licet ſecus ſit in actibus mere ꝓphanis.Ita doc.in c.eccleſia.el j.& vlt.de ele.d.Alex.in l.maiorẽ.ff.de pac.do.Fely.in c.cũ oẽs.in xij. col.de cõſti.vbi multa adducit:ſed pñtatio nõ eſt actus mere ꝓphanus.c.quanto.& ibi no.de iud.imo tractaꝛ,vt ſpũalis, vt ibi. & in c.ꝑterea.de tranſactio.ergo in eo etiã attendeꝛ ſanioritas ¶Pro alia parte vero,ꝙ ſufficiat maior pars nõ conſiderata ſanioritate,dicit facere tex.in c.iij.ibi. plurimorũ eligiꝛ & approbaꝛ aſſenſu.hoc ti.vbi nihil de ſanioritate dicitur,ſed ſolum de pluralitate vocũ,ergo de ſanioritate non eſt curãdũ.& iſto arg. in ſimili vſus eſt do.Fely.in d.c.cum oẽs.in xij.col.in verſ.modo
4 ad intellectũ p̃dictorũ,†cum dicit,in actibus mere ꝓphanis, & in electione papæ,nõ curari de ſanioritate, qa iura in his tantũmodo reqrunt maiorẽ partem.cum ergo tex.in d.c.iij. loquens de pñtatione,reqrat tantũmodo pluralitatem vocũ,igiꝛ nõ reqriꝛ ſanioritas.¶Et iſtã opi.arbitraꝛ ipſe Roc.eſſe veriorẽ, & eã ẽt ſentire Abb.in d.c.iij.in ver.quæro extra gl.vbi p̃ſupponit valere pñtationẽ factã à pluribus,nec aliqd dicit de ſanioritate.& idẽ ſentire do.Car.ibi in vj.not.& in vj.q.& clarius in c.j.in verſ. q̃ro de intellectu literæ.hoc ti.vbi formaliter dicit,ꝙ ſi p̃roni diſcordãt in pñtãdo,ſtaꝛ maiori numero,qb.verbis ẽt vtunꝛ cõiter alij doc.loquẽtes de hac materia:& p̃ſertim in d.c.iij.idẽ ſentit Fed.de ſenis in cõſ.ſuo.cij. nobilis quidã. vbi dicit præſentationẽ factã à maiori parte eorũ,ad quos ꝑtinet ſortiri effectũ:& nihil dicit de ſanioritate.Idẽ Bal.in cõſ.ccxcij.factũ ſic proponitur.in iiij.vol.alias eſt in cõſ.xvij.in v.volu.vbi dicit,in j. dub. p̃ſentationẽ factã à maiori parte parrochianorũ , præualere. per d.c.iij.& tamẽ experientia docet,parrochianorũ aliquos ſaniores,& aliquos minus ſanos.¶Adducit ẽt Roch.pro hoc qa ius pa.& ius pñtandi trãſit ad eos,ad quos trãſit hęreditas.In.in hac rubri.Abb.in c.j.in c.cũ ſeculũ.& in c.nobis.hoc ti. de quo nos latè ſ̃.diximus in ij.par.j.li.in ij.q.prin.per totum.ergo ſi plures ſunt hæredes,dato ꝙ vnus ſit ſanior,altero,abſurdũ eſſet dicere maius ius vnũ hr̃e altero in pñtando:cũ ita vnus ſit hr̃s ſicut alter.¶Quinimo ẽt ſi vnus ex hr̃dibus habet pinguiorem partẽ hr̃ditatis,non tñ habet pinguiorẽ vocẽ:qa ius pa.eſt indiuiſibile.& eſt apud quẽlibet hæredẽ inſolidũ:per gl.in c.j.hoc titu.& ibi Abb.& diximus ſ̃.in d.ij.par.j.li.in j.q.prin.in xxiiij.art. ¶Ad-
5 ducit ẽt,†qa abſurdũ eſſet dicere,ſi duo cõſtruxiſſent & dotaſſent vnã eccleſiã,quorũ alter eſſet ſanior,ꝙ ꝓpter hoc vox eius p̃ualeret,qa priuilegiũ iuris pa.eſt datũ qbuſcũq; ↄſtruentibus fundãtibus vel dotãtibus.d.c.iij.& ibi no.hoc ti. nec diciꝛ iſtud priuilegiũ magis dari ſanioribus ꝗ aliis.¶Poſtea do. Roc.reſpõdet ad ↄ̃ria:& dicit primo non obſtare iura ſupra allegata : quia illa non loquũtur in materia iuris pa.Quãuis ergo illam requirant ſanioritatẽ,nihil facit ad propoſitũ:& tanto minus,cum iura loquẽtia de pñtatione in indiuiduo, illa nõ requirãt, ſed tm̃ numerum:vt proximè dictum eſt.¶Reſpondet & alter ex mẽte Abb.per illum tex.in c.eccleſia veſtra.el ij.in vlt.nota.de ele. quòd prædicta iura loquuntur in actibus faciendis per capitulum vel collegium,quia ſecundum eum , & in electione , & in omnibus aliis diſpoſitionibus faciẽdis per.c.non ſufficit maior pars,niſi illa ſit ſanior.quod etiam concludit Abb. in c. cum in iure.de ele.in ij.col.ſed in actibus faciendis per ſingulares perſonas conſideratur ſolummodo numerus.all.l.ſi duo ex tribus. & l.inter pares.ff.de re iud.quod eſt notandum,quia ex hoc patet non debere conſiderari dignitatem,nobilitatem,nec aliam qualitatem in præſente,quando præſentatio ſpectat ſingularibus perſonis.¶Et dicit hoc ſuadere bonam rationem:quia nõ videtur referre qualis ſit præſentans , dummodo præſentatus ſit idoneus,nec in hoc conſiſtit aliquod præiudicium eccleſiæ, vt de per ſe,& in illis locis ponitur ratio diuerſitatis , cur aliter ſit in actu collegij,& aliter in actu ſingularium.¶Et ſubiicit Abbas in d.c.eccleſia.vnum,ad quod communiter non aduertitur ſecundum eum,quòd in diſponendis per vniuerſitatem ſeu capitulum non debent dari voces per lupinos,quia tunc non poteſt apparere,quæ pars ſit ſanior:ſed ſolum quæ pars ſit maior
6 reſpectu numeri.¶†Et ſic ipſe Roc. dicit concluſionem ſupra factam ſanioritatem non requiri, ſed tantummodo numerum vocum in præſentando,limitari per ſupra dicta. vt non procedat,quando præſentatio vel alius actus eſt faciendus à collegio vel vniuerſitate,quia tunc ſanioritas curatur,declarando,tamẽ & intelligendo,vt eleganter declarat Abb.poſt Io. An.in d. ca. eccleſia veſtra.ſuper glo.fi.vbi etiam declarat,in quo conſiſtat
7 iſta ſanioritas. ¶†Et per hoc etiam tolluntur ſeu reſpondetur ad vltimum & penul.motiuum ſ̃.in contrarium factum.d.c.dudum.& de dictis per Alex.& Fely. ¶Et addit vnum Roc. nota-
8 bile,quòd vbi eſt pluralitas † vocum , ibi etiam præſumitur ſanioritas tex.& ibi ponderat eum Abb.in iij.notabili in d.ca. eccleſia veſtra.& ita etiam concludit.d.Ant.de Bu.in d.c.ea noſcitur.quem refert & ſequitur do.Fely.in c.cum omnes,in xij.col. & eſt gl.iij.in d.c.j.de his quæ fi.à maio.par.cap.quam ibi ponderat Io.de imo.¶Reſpondet demum Roc.ad autoritatẽ Bald. in d.l.ij.ff.de ſenato.de voce maſculi,quæ præfertur voci fœminæ.primo quòd hoc nõ reperiatur iure cautum, maximè cum ius pa.ita detur fœminis,ſicut maſculis. ¶Secundo reſpondet adducendo abſurdum,ꝙ cum ſint æqualiter patroni,vnus præferatur alteri.¶Tertio reſpondet fœminas non eſſe deterioris conditionis,quam maſculos,vt ibi per eum , cuius dicta referã infra in prox.ſeq.q.prin.in xix.art.vbi tractabo hanc materiam. ¶Dic pro nunc,ſi bene dictum Bal.procedat,loquitur,quando patroni ſunt æqualiter diuiſi:quia tantum iuris habet maſculus quantum fœmina,quo caſu habet locum gratificatio,vt in ſeq. q.prin.dicetur,& gratificans habebit hoc conſiderare , vt in d. xix.art.dicemus.& non per hoc ſequitur ſanioritatem conſiderari,vt in electione conſideratur cum eligentes ſunt æquales. ¶Certè circa prædicta bene eſt loquutus do.Roch.& ideo eius
9 omnia iſta verba hic appoſui.¶Et ego †fortifico ſupraſcripta. Nam ſi in præſentatione non fit collatio meriti ad meritum p̃ſentati,in quo vertitur maius præiudicium eccleſiæ:nec zeli ad zelum,in quo ſimiliter vertitur aliquod præiudicium eccleſiæ: vt diximus proximè in iij.præce.art.quãto magis non debet haberi ratio ad ſanioritatem præſentantium.& ideo tãto fortius conclude cum domino Roc.& hoc expreſſè voluit Gay.in repe.c.ſi.ante medium liiij.col.de ele.lib.vj.vbi dicit dignitatem, autoritatem & meritum patronorum præſentantium in diſcordia,non prodeſſe præſentato:cum doc.iſtud non ponderent,vt patet in c.iij.hoc ti.& in aliis iuribus,licet aliud ſit in electione propriè ſumpta.c.eccleſia.el ij.& ibi gl. & Io.An.de ele. & ſufficere ita eſſe ſcriptum,& poteſt eſſe ratio:quia plus iuris habent patroni quam electores,qđ ego intelligo,non quod plus iuris cõferant,ſed ꝙ difficilius eis derogatur.c.cum dilectus. hoc ti.

¶Septimus art.iiij.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Patroni duo ſunt,ex vno naſcitur vnus,ex altero tres,ille vnus præſentat B.duo ex tribus præſentat.C.Tertius ex tribus præſentat D.vel nullum vel concurrit cum præſentante B.quis ex præſentatis præferendus.*
2 *Pars maior deſcendentium ab vno,habet integram vocem,& abſorbet minorem partem.*

Succedit Septima dubitatio ſeu articulus,duo ſunt p̃roni:ex vno naſcitur vnus, puta. A. & ille pñtat.
1 B.ex alio† naſcuntur tres.C.D.E.C.D.præſentant. F. E. vero p̃ſentat aliũ vel concurrit cũ pñtatione. A. ſeu nullũ præſentat, quis ex iſtis pñtatis inſtitui debet:& dic breuiter vt dicit Car. in cle.plures.in iiij.col.principij.in ver.ſi vero iſti decem.hoc tit.ꝙ ſi ex vno p̃rono ſucceſſit vnus vel duo,& ex alio decẽ:& iſti de-

cem di

cem diſcordent inter ſe, maior pars ipſorũ ẽt partiũ cõparatiõe minorũ, faciet vnã vocẽ: & ſi alij duo vel vnus hñs alterius p̃roni ꝯcordabũt, cũ eis, erũt duæ voces, ac ſi oẽs ſimul p̃ntaſſent. & in hoc põderat Lap. Itam in d. cle. plures. quæ dicit de hæredib⁹ vnus ex p̃ronis, & ſic loquit, qñ eccleſia habet plures p̃ronos, ſi enim tñ vnicũ habet, qui dimiſit plures hr̃des, dicit Lap. tũc eos hr̃e tot voces, quot ſunt hr̃des. & locũ habebit, qđ dicit in fi. d. cle. & hoc ti. c. ij. ¶Eo aũt caſu, de quo ꝓximè, qñ ex vno ex p̃ronis remanẽt decẽ, & ex alio duo, dicit Lap. ꝙ ſi vnus ex duobus, & decẽ vel maior pars ipſorũ p̃ntat vnum, & alius ex duobus, & minor pars ex decẽ p̃ntat alterũ, valet p̃ntatio decẽ vel maioris partis cum vno ex duobus, ſm ea quæ no. Vin. & Compo. de reſcri. paſtoralis. ¶Idẽ dicit Lap. ſi decẽ vel maior pars p̃ſentat vnum, vel quilibet illorũ duorũ p̃ntat vnus vnum, & alter alterũ, qa cũ iſti omnes habeãt tñ duas voces, videlicet decem, vel maior pars vnã, & dico alterã, potius eſt recipere maiorẽ partẽ ex parte præſentati per decẽ, vel maiorẽ partẽ, q̃ ex aliqua aliarũ p̃ntationum: cum in p̃ronis attendatur maior pars, cõparatione minorũ: nam p̃ntatus ab vno ex duobus, & à maiori parte decem, habet vnam vocẽ & dimidiã: & qñ eſt p̃ntatus tñ à maiori parte decem, habet ſaltem vnam vocẽ, p̃ſentatus autem ab vno ex duobus ex minori parte decẽ, nõ habet niſi dimidiã vocem. & idem & fortius qñ ſunt alij p̃ntati ab illis duobus, qa quilibet præſentatorũ non habet niſi dimidiã vocẽ. & reſumit Lap. id qđ proximè dictũ eſt. ſed clarius loquẽdo, dicit Car. dic, ꝙ quãdo eſt vnus patron⁹, tamẽ tũc hęredes ſuccedũt ſibi in capita, & non in ſtirpes. & ꝓſequitur materiam. d. cle. & dat exẽpla, quomodo intricationes ſoluũtur. ¶De quibus omnibus vide latè, quæ ponit etiam Roc. in hoc trac. in verbo, ipſe, vel is à quo. in ij. q. in iij. col. in ver. ſuboritur nũc alia q. ſed plenius tractauimus nos in ij. par. j. li. in j. q. pr. in xxvj. art. vbi poſuimus, an in iure pa. ſuccedetur per capita, vel per ſtirpes, Ad ibi dicta omnino recurre pro ſupplemento huius articuli, ſufficit

2 hic concludere maiorem partem † deſcendentium ab vno, habere integram vocem: & ab illa abſorbi minorem partem. & ideo in caſu thematis noſtri. B. præſentatum ab. A. habere vnã vocem: & nullo modo iuuari à p̃ſentatione. C. quia eius vox eſt abſorbita à. C. & D. & ideo. F. præſentatus. à C. & D. dicetur habere aliam integram vocem, quæ oritur ex ſecundo patrono: & ſic ipſos præſentatos. B. & F. habere æqualia ſuffragia: & eſſe locum gratificationi, prout quando ſunt ſuffragia æqualia, iuxta ea, quæ dicentur in ſeq. q. prin.

¶Octauus arti. iiij. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

4 ☞ *Præſentatus etiam à maiori parte, non eſt admittendus, vbi ſcandalum immineret.*

2 *Scandali ratione, inhabilitatur quis ad beneficium obtinendum.*

3 *Inſtitutio fieri poteſt ab epiſcopo, ſine patroni præſentatione, propter ſcandalum vitandum.*

4 *Scandalum imminere, quomodo intelligatur.*

Et quia Supra concluſum eſt præſentatum à maiori parte, eſſe inſtituendum, dubitatur. viij. an præſentatus à maiori parte propter ſcandalũ euitandũ, nõ ſit admittendus,

1 † & dic eſſe tex. clarũ, ꝙ nõ eſt admittẽdus in d. c. iij. hoc tit. vbi cũ prius dixiſſet eſſe inſtituendum, qui plurimorũ eligit & approbat aſſenſu, ſubdit poſtea, ſi aũt hoc, ſine ſcandalo eſſe nequiuerit, ordinet antiſtes eccleſiã, & ibi oẽs colligũt hoc. & præ

2 ſertim Abb. in iij. no. colligit ex illo tex. quòd † ratione ſcandali inhabilitatur quis ad beneficium obtinẽdũ, ex quo in illo tex. præſentatus per maiorem partem non admittitur ratione ſcandali. a ll. quæ habentur in ſimili in c. cum teneamur. de preb. nunquid autem ius quæſitum in re amittatur ratione ſcandali, vt ſic prelatus remoueri poſſit, ſi ſine ſcandalo populi nõ põt prælatu rã tenere, remittit ſe ad Inn. in c. cum pridẽ. de renuntia. & hoc idem voluit Car. in cle. plures. ante fi. iij. col. hoc ti. voluit ẽt do. Roc. in hoc tra. in verbo, honorificũ. in j. q. in ver. limita igit

3 ſeptimo. † vbi dicit, ſic limitari regulã: quæ habet inſtitutionẽ eſſe nullã ipſo iure ſine præſentatione p̃roni, vt nõ ꝓcedat, quãdo p̃ſentatus per p̃ronũ ſine ſcandalo inſtitui non põt: qa tunc eps poterit inſtituere, quẽ velit ſine p̃ntatione. all. tex. & Ab. in d. c. iij. hoc ti. & adducit Fely. in c. nihil cum ſcandalo. in j. & in ij. col. de p̃ſcri. ponẽtẽ, quæ pmittũtur ꝓpter ſcandalũ, q̃ alś non p

4 mitterẽtur. ¶† Et quomodo intelligatur imminere ſcandalũ, remittit ſe ad Hoſ. in ſumma huius ti. in ver. qđ iuris. hoc ẽt voluit Pau. de cita. in hoc trac. in vj. par. in fi. xij. quæſtionis. & in xiij. q. in prin. ij. col. in ver. iij. põt ponere. vbi ẽt dicit, q đ ſi eps non põt ꝓuidere ſine ſcandalo. & in xix. q. vbi tractat, an p̃ntatus inuitis populis ſit inſtituendus, præſertim vbi ſcãdalũ poſſet imminere: de quo ẽt diximus ſ. in ij. par. huius ij. lib. in ix. q. prin. in xj. ar. hoc idem voluit Pau. in d. vj. par. in xxiij. q. & clarius in xxvij. qõ. in fi. ¶Sed tu aduerte, quia nos. ſ. in d. ij. par. ſecundi libri in j. qõ. prin. in vlt. art. vbi plura diximus de ſcãdalo, & etiam tetigimus in d. j. q. prin. in ix. art. in quibus locis etiam poſuimus, quòd erit ſcandalum ad hoc ſufficiens. Vide in prædictis locis.

¶Nonus art. iiij. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Patroni diſcordes an poſſint compelli per epiſcopum ad concordiam, vt alternis vicibus præſentent.*

1 Poſſet Nono loco dubitari; † ſi patroni ſunt diſcordes, an poſſint compelli per epiſcopum ad concordiam ꝙ alternis vicibus præſentent, & de iſta concordia ſatis latè tractauimus ſ. in ſcđa par. primi libri in ſecunda. q. prin. in. xxxvj. artic. dum ibi tractauimus quomodo ius pa. poſſit diuidi inter hæredes. & in ver. capio ſecundum membrum, tractauimus de illa conuentione, vt alternis vicibus præſentent, vbi poſtea in verſ. quærit etiam ibi do. Roc. examinauimus hunc art. & concluſimus per tex. in cle. plures. hoc ti. patronos ad hanc concordiã, vt alternis vicibus præſentent, non poſſe compelli: ſed eam ex libera voluntate facere poſſe ad ibi dicta me remitto: nolo hic repetere.

¶Decimus art. iiij. q. prin. iij. part. ij. Libri.

1 ☞ *Patronus præſentatus cum alijs, an computabitur in numero præſentantium, & augeat illum.*

rum,qui plus cõtulerunt,eſſe pinguiores:& ideo in inſtõne non
habere locum gratificationem:ſed eſſe inſtituendũ præſentatũ
ab illis,qui plus contulerunt.¶Aduerte etiam ad aliud,vt id qđ
modo concluſimus in præſentato ab illis,qui plus contulerunt
habeat etiam locum in alio caſu:videlicet nam ſi patronus inſti
5 tuit duos hæredes inęqualiter:videlicet vnũ † in tertia parte hæ
reditatis,& alterum in duabus tertijs partib.illud ꝓcedit quo ad
omnia bona hæreditatis,pręterquã quo ad ius pa. quia non ob-
ſtante tali inſtõne inęqualiter facta,nihilominus quo ad ius pa.
æqualiter ſuccedunt:vt eſt glo.& ibi omnes.in c.j.hoc tit.& idẽ
in donatione & alijs titulis habilib.ad trasferendum ius pa.licet
inęqualiter ſit factus actus,quo ad ius pa.cenſebit̃ ęqualis:vt la-
6 tè diximus.in ij.par.j.lib.in j.q.princ. in xxiiij.art.† tñ ſi iſti hære-
des inæqualiter inſtituti,duos pñtant,licet eorũ vota ſint ęqua-
lia:tamẽ pinguior erit vox habẽtis duas partes hæreditatis,quã-
uis non habeat duas partes iuris pa. & ideo nõ erit locus gratifi
cationi:ſed inſtituetur pñtatus ab habente pinguiorem vocem
vt voluit Gaye. in d. repe.c.fi.in 51.colũ.verſi.poſſet tamẽ hoc.
& pulchrè diximus.in d.xxiiij.art.ita intelligendo dictum Inno.
in d.c.j.vt in ipſius ſolutione diximus ibi.ſ.in d.xxiiij.art.in verſi.
non ob.etiam dictum. & in ver. & pro his quę diximus ꝓximè:
& ita tene.¶Dicerem bene,ꝙ ſi eſſent pñtati duo ab habẽtibus
æqualia iura,puta.A.B.& A.eſſet de familia fundatorum. B.ve-
ro non:ſed pñtantes eum plus contuliſſent,cum.A. habeat illã
qualitatem:quia eſt de genere illorum,qui totaliter duxerũt ec
cleſiam de non eſſe ad eſſe,& habeat ꝓ ſe medietatem vocum,
maior conditio videtur facta eccleſiæ ex parte ſua:quia concur-
rit retributio primorum fundatorum reſpectu perſonæ ſuę:&
etiam reſpectu præſentantium,cum hæc qualitas præcellat qua
litatem pñtantium.B.qui plus cõtulerunt,cũ in.A.ſint duo vin-
cula:in.B.vero vnum.¶Et, pro hoc facit,quod proximè dixim⁹
7 poſt Phi. de ſarra.† illum de familia idoneũ præferri idoneiori
extraneo:vt ſimiliter diximus.s.in vj.proximo pręced.articu. ſic
& in hoc caſu debet præferri præſentato ab illis,qui plus contu
lerunt:cum hęc qualitas generis fundatoris ſit maioris efficacię
per ſupraſcripta.Nota hęc vltima,quia nunquam dicta nec for-
ſan cogitata.

¶Decimusſeptimus art.v.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *In inſtitutione an præferri debeat præſentatus à parte,in qua eſt patronus clericus patrono à parte, in qua non eſt patronus clericus,ꝯ cęteris paribus.*
2 *Vox illorum,qui tempore & dignitate præcedunt eſt maioris ponderis, quam aliorum.*
3 *Præſentato non proſunt dignitas,autoritas,& merita præſentantium in diſcordia:licet aliud ſit in electione.& nu.4.*
5 *Clericus patronus pinguius ius habet in iure patronatus,quam laicus. Et qũo id accipiendum.*
6 *Collatio zeli ad zelum,numeri ad numerum,meriti ad meritum,ſit in electione,non autem in præſentatione.*
7 *Dignum maius,ad ſe rapit minus dignum.*
8 *Præſentatio magis rationabiliter facta,præferenda eſt in inſtitutione.*
9 *Gratificatio debet fieri cum iudicio rationis.*
10 *Gratificans in inſtitutione quid habet inquirere.*

Proſequendo Qualitates præſentantium, dubitatur
1 xvij.† ſi patroni diuidũt ęqualiter vo
ta ſua,quorum vnus eſt clericus,alter eſt laicus,vel in vna parte
prę ſentantium,vnus eſt clericus in alia nullus,quis ex iſtis duo-
bus erit inſtituendus prę ſentatus à parte,in qua eſt clericus,vel
epiſcopus habebit optionem. ¶Dubitationem facit qualitas
clericatus,quæ eſt ex parte vna maximè,cũ in hac materia ma-
gis dignum trahat ad ſe minus dignum.c.vnico.lib.vj. ¶Et vi-
detur dicendum eſſe præferendum in inſtitutione prę ſentatum
ab illa parte in qua eſt patron⁹ eccleſiaſticus,quod videtur ſen-
tire Gaye.in dict.repe.c.fi.de elect.libro vj.ante fi.xliiij.col.dum
dicit patronum eccleſiaſticum ſeu clericũ habere pinguius ius,
quam laicum.alleg.no.in c.cum autem.hoc titu.& Io.And.in c.
ij.de ſupplen.negligen.præla.& in c.grauis.de cenſi.cum in mul
tis differant,vt per Ho.in ſumma huius.§.final. & per Cardina.
& Abb.in c.cum ꝓpter.& etiam.in c.cũ dilectus.hoc tit.& nos
dicemus Deo duce.ĩ.in iij.lib.in x.quæſt.princ.in j.art. Cum er-
go concluſerimus in proximo præceden.art.ꝙ data paritate vo
cum debeat inſtitui præſentatus ab habentibus pinguiorem vo
cem,& patronus clericus dicatur habere pinguiorem vocem:
ergo inſtitui debet præſentatus ab illa parte, in qua eſt clericus,
qui

qui dicitur habere pinguiorem vocem.¶Tu aduerte pro hoc
facere quod voluit Ab.& doct.in c.dudũ.el j.in iiij.no. de ele.
2 †dum ibi volunt vocem illorum,qui pręcedunt dignitate:æta
te,& tempore:eſſe maioris autoritatis & ponderoſitatis,quam
aliorum vox:vt etiam diximus.ſ.in xiij.præcedẽ.arti. ¶Tamen
Gaye.in d.repe.c.fi.in liiij.col.de elect.lib.vj.in verſic.inſpicias.
cum ſequenti tangit hunc paſſum:dum dicit,inſpicias etiam di
cta do.Fran.i.Card.& aliorum doct.in c.j.hoc titu. quia per ali-
quod iuris remedium cauſam terminabis.vt ꝓderĩt merita prę
ſentantium,per no.in Spec. in titu.de diſpu.§. nunc de ep̃o.ver.
lxxxiij.ſed & per Franc.i.Card in c.cum in iure.de elect.in v.co.
& quod no.in c.eccleſia.el ij.in fi.de elect.& in ca. ſi capitulum
ſi qñ eo.titu.lib.vj.& in duab.electionibu.quæ alteri præfertur
per Fran.i.Card.in c.auditis.de elect.& ibi Ab.in fi.& per Card.
3 in d.c.eccleſia.in fi.¶†Et ſubdit ibi Gaye.ſe verius putare digni
tatem,auctoritatem, & merita patronorum pñtantium in di-
ſcordia non prodeſſe præſentato:cum docto.iſtud non ponde-
rent:vt dicit patere.in d.c.iij.hoc titu.& in alijs ſimi.iurib. ¶Li-
cet aliud ſit in electione ꝓpriè ſumpta:vt no.in d. c. eccleſia. el
ij.in vltim.gloſſ.de elect.& dicit facere ꝓ hæc nota. ibidem per
4 Io.And.& ſufficere ita eſſe ſcriptum.¶Et†poſſe eſſe rõnem,qa
plus iuris habent patroni,quam electores:poſſet tamen eſſe vti
le ſi ep̃s haberet gratificari:& ita reſidet ibi Gay.ex quibus ver-
bis colligitur non eſſe attendendas qualitates pñtantium: ſed
ſolum pñtatorum,quorũ meritis & qualitatib.in omnib.ęqua-
liter exiſtẽtib.ſuccedet gratificatio ep̃i:& ſic nõ attendent qua-
litates pñtantium:ſed ſufficiet eos eſſe patronos.¶Et non obſt.
quod.ſ.diximus dixiſſe Gaye.in eodem loco in fi.xliiij. colum.
5 †patronum eccleſiaſticum habere pinguius ius quam laicum:
quia hoc intelligitur reſpectu pñtati ab ipſo patrono eccleſia-
ſtico,ex quo ius ſuum eſt certius,cum pñtans eum, non poſſit
variare,ex quo p̃onus eccleſiaſticus.& hoc voluit dixiſſe Gay.
ex quo alle.no.in c.cum autem.hoc titu.vbi hoc ꝓbatur. Reſ-
pectu enim pñtantium pinguius ius dicetur hr̃e laicus re vera,
ex quo variare poteſt.d.ca.cum autem. & ca. quod autem.hoc
titu. ¶Non obſt.id,quod dicitur in c.dudum.de elec.& in alijs
iuribus allegatis.ſ.in xiij.præced.art.quia illa iura habent locũ
in electione.vbi obſeruatur forma capituli quia propter. de
6 ele.†& in qua fit collatio nõ ſolũ numeri:ad numerũ:ſed etiam
zeli ad zelum, & meriti ad meritum.quę non obſeruantur in
præſentatione:vt diximus d.ca.quia propter.ſ.in ij.par.huius.ij.
li.in ij.q.prin.in xviij.art.& ꝙ nõ habeat collatio zeli ad zelum
diximus.ſ.in iiij.proxima.q.prin.in iij.artic.nec requirĩ in pñta-
tione & ſanior pars:ſed ſufficit maior pars:vt diximus. in d. iiij.
q.prin. in vj.art.ergo in pñtatione patronorum ſufficit maiori-
tas numeri ex parte pñtantium:& non alia qualitas pñtantium
vt in dict.iiij.qõ.princ.diximus.in j.iij.& vj.arti. ergo quem eſſe
patronum eccleſiaſticum non eſt in cõſideratione,ſtante ęqua
litate iuris pa.cum compatrono laico.Nec etiam obſt.id quod
7 diximus.ſ.maius dignum trahere†ad ſe minus dignũ.quia pro-
pter hoc tolleretur ius laico.quod eſſe non dẽt.vt latè diximus
ſ.in ii.par.huius.ij.li.in vij.qõ.princ.in xiij.art.vbi poſuimus qd
ſi patroni clericus & laicus præſentant,& patronus laicus variat
añ erit locus gratificationi,& concluſimus ꝙ non:qa pñtatus à
clerico habet vocem integram clerici,& habent primam præ-
ſentationem laici:pręſentatus à laico vero habet ſolum pñta-
tionem factã per laicum accumulatiuè variãdo:vt ibi pulchrè
poſuimus poſt Ab.vnde ex dictis ibi colligitur ꝙ ſi quilibet p̃-
ſentaſſet ſuum,eſſent voces æquales,& eſſet locus gratificatio-
ni:vt ex inde clarè apparet.Vnde iſta qualitas,quę eſt in patro-
no eccleſiaſtico,puta quia eſt clericus nihil operabitur, nec p̃
hoc dicetur eius vox pinguior:quia pinguedo vocis ſolum cõ-
ſideratur in p̃rono,qñ plus contulit in dotatione,ſeu ɔſtructio
ne,& fundatione eccleſię, vel plus habet in hęreditate:vt dixi-
mus in ꝓximo pręce.art.non autem qñ pñtans hẽt maiorẽ di-
gnitatem:quia illa maior qualitas nõ impugnat vocem. ¶Et
pro hoc facit rõ:nam ſi ſecus diceretur,deſtruerẽt priuilegium
conceſſum à iure patronis ex fundatione,cõſtructione,& dota
tione.cap.iij.iuncto.cap.nobis.hoc titu.quia iſtę cãę alterarent
quo ad prelationem in inſtõne ex qualitatib. quę ſupuenirent
in ipſis p̃ronis:puta,qa quis efficeret doctor,miles,clericus ep̃s,
& ſimilia:q̃ qualitates nõ ſunt in ɔſideratione,cum actus fiunt
ſeparatim,nec habẽt ſimul cõcurrere,vt pulchrè cõſiderauim⁹.
ſ.in xiij.p̃ce.art.de ep̃o & canonico,& de doctore & canonico,
vide ibi.¶Et ꝓ iſta veritate eſt clarus tex.in c.vnico.hoc ti.li.vj.
vbi apparet iunctis dictis doctorũ ibi,ꝙ cũ ius pa.deuenit ꝓ par
te in eccleſiam,& pro parte remanet in laico,laicus ex comp̃ro-
no eccleſiaſtico priuilegiatur & non damnificatẽ:vñ in omnib⁹
remanet eadẽ qualitas.Bñ dicerẽ vnũ,ꝙ credo ꝓcedere,vt ſtãte
in oĩb⁹ & p̃ oĩa paritate ĩter pñtatos ab ipſis clericis,& à laicis:
8 †ex quo ep̃s habet gratificationẽ debet præferre præſentatio-
nem magis rõnabiliter factam:vt in c.cum olim.poſt princ. de.
dolo & contuma.& voluit Gaye.in d.repe.c.fi.de elect.lib.vj.in
9 lxiiij.col.in verſi.poteſt ergo pręferre.†quia gratificatio facien
da eſt cum iudicio rationis:vt no.in c.cum autem.& ibi omnes
hoc titu.informet ergo habens inſtituere,rõnem iudicij ſui, &
cogitet, videndo æqualitatem in pñtatos meliorem electionẽ
debuiſſe:& potuiſſe facere clericum quam laicum: cum laicus
neſciat ita eligere idoneum,ſicut clericus:& ideo clericus pñtãs
non idoneum punĩ:laicus vero non:vt volunt doct.in cap. cũ
vos.de offic.ord.& nos diximus latè.ſ.in j.par.huius.ij.li.in x. q.
princip.in quar.art. ¶Et ſufficit laico pñtare idoneum,licet re
periret idoniorem:ex quo in pñtatione ſua ſolus numerus attẽ
ditur:vt diximus.ſ.in iiij.qõ.princip. huius part. in j.& quinque
ſeq.art. Et in hoc caſu cum cõſideretur iudicium rationis pñ-
tantis nõ facere vim,an eſſet patronus clericus rõne eccleſię,
vel patrimonij,dummodo ſit clericus:& idem dicerem in laicis
pñtantib.vno exiſtente doctore:altero nobiliore, cum iudicio
tñ rõnis:altero in maſculo,& fœmina:& ſimilib.de quibus ꝓxi
10 mè in ſeq.art. † Et ſic concludo in hoc vltimo qualitates pñ-
tantium non arctare habentem inſtituere circa gratificationẽ
faciendam:ſed informare eius conſcientiam: vt potius gratifi-
cet illi,qui fuit pñtatus ab illis,qui habebant iudicium rõnis,vel
vt potius gratificet illis,quib.gratificando poterit vtilius eſſe ec
cleſię,quam illis,quibus ſi gratificeretur,non poſſet eſſe ita vti-
le eccleſię,& in hoc caſu conſiderarem nobilitatem,& potentiã
prętentantium ſtante omni æqualitate pręſentatorum: vnde ſi
hæc conſiderabit habens inſtituere,rectè procedet, ſecundum
verum iudicium rõnis:ſi ſecus fecerit, tenebit inſtitutio, cum
omnia merita pręſentantium ſint ęqualia:ſed omnia ſua erunt
in manica ſua,vt alias ſoliti ſunt dicere doct.in c.cum autem. &
in c.paſtora.hoc titu.Et hæc vltima dicta ſeruient pro infraſcri-
ptis articul.

## ¶Decimusoctauus art.v.q.prin.iij.par. ij. Lib.

1 ☞*In inſtitutione an debeant præferri præſentati à nobili literato ſene,præ-ſentato ab ignobili illiterato, & iuuene, data paritate in cæteris.*
2 *Gratificationi locus eſt cæteris paribus meritis præſentatorũ:nec debet haberi ratio meritorum & qualitatum pręſentantium.*
3 *In patronis præſentantib.quæ ſanioritates & qualitates ſpectandæ.*

Et ex Concluſione præcedentis art.ſequitur deciſio.xviij.
1 art.†ſi vnus pñtatur à nobili,alter ab ignobili, vter
inſtitui debet:& an ſit locus gratificationi,& quid de præſenta
tis à literato & non literato. Et dicendum,eſſet eſſe præferen-
dum pñtatum à nobili vel literato:& non eſſe locum gratifica-
tioni:quia hoc vr̃ tenere Hoſt.in c.j.hoc titu.quem ibi refert &
ſequitur Io.And.paulo ante fin.dicunt enim præfati doct. attẽ
denda eſſe merita perſonarum pñtantium,ſicut in electionib⁹,
ſm eos,per d.c.dudum el j.de elect.ſicut etiam in teſti.per ca.in
noſtra.de teſti.vbi dicit Ab. per illum tex. vocem nobilis ſeu li-
terati eſſe maioris autoritatis verè plebei vel illiterati. quæ di-
cta etiam retulimus.ſ.in quarta quæſtio.princip.huius. part. in
vj.art.dum tractauimus:an in præſentationib.etiam requiratur
2 ſanior pars,poſt Roch.in verbo honorificum. in 59 q. ¶†Tñ
veritas eſt quam.ſ.concluſimus,cęteris parib.meritis pñtatorũ,
eſſe locum gratificationi:& non fore attendẽda merita,& qua-
litates pñtantium,dummodo poſſint pñtare:& ſic nõ ſint excõi
cati:vel aliter irretiti de quibus diximus.ſ.in j.par.huius.ij.lib.in
ij.qõ per totum.¶Sed tantum attendentur hmõi qualitates re-
ſpectu informationis mentis habenti: inſtituere:vt in proximo
præced.art.diximus. ¶Attendentur etiam huiuſmodi qualita-
3 tes†& ſanioritates in patronis præſentantib.cum pręſentant ra
tione collegij.vt voluit Roch.in dict. 59.qõ.verbi honorificum
in vltim.col.& nos diximus.in dict.char.q.prin. huius par. in vj.
articu.in verſicu.& ſic ipſe Roch.¶Et pro concluſione præſen-
tis articu.vide quæ diximus.in fi.d.vj.artic.Et idem conclude ſi
in præſentantibus concurrant ſenex & iuuenis, pubes & impu
bes:nam æquales ſunt voces.facit conſil.Fede.cij.nobilis quib.
in primo dubio.

## ¶Decimusnonus art.v.q.prin.iij.par.ij.Lib.

1 ☞*Præſentatus an debeat præferri à maſculo præſentato, à fœmina, cæteris paribus.*
2 *Fœmina,quid varium eſt & mutabile.*
2 *Mulierum fides leuis.*
5 *Coniecturis locus eſt in incertis,non in certis.*
6 *Maſculi vox præfertur voci fœminæ in facienda pace ab hæredibus occiſi.*
7 *Maſculus dignior eſt fœmina.*

8 *Fœmina regulariter eſt deterioris condititionis quam vir.*
9 *Intellectus ad dictum baldi in lege prima. ff. de ſenato. ſ. præferendum præſentatum à maſculo præſentato à fœmina in inſtitutione, cæteris paribus. & nume. 10.*

Succedit Etiam ex precedentibus deciſio. xix. articuli.
1 †quòd ſi ſunt duo patroni, puta frater & ſoror,
& maſculus pręſentat vnum, fœmina alterū, & pręſentati ſunt
in omnibus ęque idonei: an pręferatur in inſtitutione præſentatus à maſculo: vel erit locus optioni epiſcopi. Philip. de ſarra.
in capitulo, cum autem. in ccclxix. char. operis, in verſicul. ſunt
duo patroni. mouet hunc articul. Et dicit Bald. in lege prima.
ff. de ſenato. tenere per illum textum. non eſſe locum gratificationi. ſed præferendum eſſe præſentatum à maſculo, tanquam
2 à digniori. † Pro quo dicit facere illud: Varium & mutabile
ſemper fœmina, &c. adducit. capitul. forus. circa fin. de verborum ſignification. vbi Abba. dicit, quòd ſi ſunt duo viri ex vna
3 parte, & duæ † mulieres pro alia, præferendum eſt teſtimoniū
virorum: quia fœmina non eſt tantę fidei, ſicut maſculus: per il
4 lum textum. nam † dicitur mulier, non à ſexu, ſed à mollicia
mentis: & vir non à ſexu, ſed à conſtantia & virtute animi. Ita
text. in capitu, quod propoſuiſti. circa fin. xxxij. quęſtione. vij.
¶ Philip. tamen dicit Bald. fore intelligendum in dubio, & cęteris paribus: & hoc eſſe de mente ſua, ibi dicentis. ſi maſculus, &
mulier ſint relicti executores teſtamenti inſolidum, & diſcordant, præfertur in dubio maſculi conſilium. Ergo dicit Philip. ſi
præſentatus à fœmina reperitur dignior: nulli dubium eſt illum præferendum: per ea, quæ ipſe dixerit. in d. cap. cum autem.
cum gloſſa ſecunda. cum experientia, quæ eſt efficax rerum magiſtra: vt dicit tex. in cap. quam ſit. de electio. libro ſexto. opere
demonſtret hoc caſu conſilium mulieris eſſe dignum, & ſalu
5 bre: † quia in incertis, non autem in certis opus eſt coniecturis.
lege continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. capit. final.
xxx. quæſtio. vltim. capitu. ſi duobus. de appellatione. & ſatis eſt
fœminam eſſe capacem iuris pręſentandi. vt dicit ſe dicturum.
in capitu. nobis. hoc titulo. & ſe dixiſſe. in capitulo primo. hoc
titul. verſicul. aduerte, & ſexto. & in capitu. cum ſeculum. in glo.
primo verſicul. ex quibus etiam infertur & tertio. ſimiliter hoc
titul. ¶ Et ſic videtur Philip. velle idoneiorem præſentatum à
muliere pręferendum eſſe idoneo præſentato à maſculo: pondera hoc vltimum dictum pro infra dicendis. ¶ Domi. Roch.
vero. in dicto verbo, honorificum. in 59. quæſtio. in prima &
vltima colum. incidenter tractat hunc articu. nam cum ibi principaliter tractet, an requiratur præſentationem fieri à maiori
parte, & ſaniori patronorum, arguendo pro parte affirmatiua,
quòd requiratur ſanioritas. Secundo loco adducit Bald. in dicta l. prima. per illum tex. dicētem ſi maſculus & fœmina diſcor
dant, debere pręferri vocem maſculi, tanquam dignioris, quod
etiam dicit fuiſſe de mente præfati doctor. in conſilio ſuo. clxv.
incipien. ordinatio teſtamenti. in vltimis verbis. in quarto volu
mine. adducit etiam quod voluit etiam idem Bald. in capitulo
primo. §. hoc autem. el ſecūdo. quem legit cum. §. decedente. in
octaua columna, de his, qui feudum dare poſſunt. & dominus
6 Floria. in lege, per fundum. de ſerui. ruſti. prædio. † quòd ſi agatur de facienda pace ab hęredibus occiſi, vox maſculi pręfertur
voci fœminæ. quod conſil. adducit etiam ipſe Roch. in verbo,
in eccleſia. ante fin. quartæ colum. allegando etiam Bald. in dicta lege prim. ff. de ſenato. & remittit ſe Roch. ad dicta per eum
in dicto verbo, honorificum. in decimaquint. quæſtio. dum ibi
quęrit, an ſi patronus pręſentet ſucceſſiuè duos, quorū alter ſit
idoneior, epiſcopus poſſit inſtituere quem velit, & ſic in hoc ca
ſu ſit locus gratificationi; vbi in ſecunda column. allega. Bald. in
dicto conſilio clxv. ordinatio teſtamenti. in fine. quarto volum.
de quo articul. nos diximus. ſ. in ſecunda part. huius. ſecundi libri. in ſeptima quæſtione. princip. in xxvj. articul. & ibi dicta habent locum, cum vnus ex præſentatis eſt idoneior: & ſic iuxta
primum dictum domi. Philip. de ſarra. ¶ Poſtea Roch. in dicto
verbo, honorificum. in 59. quæſtio. in vltim. columna. tenet in
patronis ſolum eſſe conſiderandum numerum pręſentantium,
& merita præſentatorum, non autem pręſentantium: vt etiam
nos tenuimus. ſupra, in præced. quarta quæſtione princip. in pri
mo & quinque ſequen. artic. & præſertim. in ſexto. & proximè
tenuimus. in xvij. pręceden. articul. ¶ Et reſpondet ad dictum
Bald. in dicta lege prima. ff. de ſenato. primo deciſionem ſuam
7 non eſſe tutam, ex quo nullo iure probatur; † dato enim quòd
maſculus ſit dignior fœmina: vt probatur. in dicta lege prim. per
hoc non infertur, quòd ſi ambo ſimul habēt ius patr. & diſcordant in præſentantando, vox maſculi præferatur: quia non repe
ritur iure cautum priuilegium iuris patro. dari magis maſculis,
quam fœminis. vt dicit ſe dicturum ſuper verbo, competens ali
cui. ¶ Pręterea dicit ipſe illa deciſione Bal. attenta, ſequeretur:
quòd ſi duo maſculi habent ius patro. quorum alter ſit dignior
vox illius dignioris præferatur. quod abſurdum videtur, cum
æqualiter ſint patroni. ¶ Adducit etiam pro parte, quòd non
pręferatur, ſed locus ſit gratificationi: eundem Bald. in terminis
ſic decidentem in conſil. ſuo. cccxxiij. incipien. præmittendum
eſt. in vltim. colū. allegationum ibi inſertarum, poſt conſi. in iij.
volu. vbi dicit expreſſe, ꝙ propter diſcordiam patronorū, ſi ſint
pares voces, ille qui habet ius inſtituendi, poteſt adhærere,
cui vult: & ſic ſentit qualitatem dignioritatis in præſentante,
non arctare inſtituere habentem ad inſtituendum pręſentatum
8 per illum. ¶ Adducit etiam Roch. non eſſe regulariter fœminas deterioris conditionis maſculis. lege, in multis. & ibi not. ff.
de ſtatu. homi. à regula igitur non eſt recedendum in dubio: vt
dixit Bald. in capitulo primo. §. iudices. in titu. de pace iuramen.
firman. & alibi ſæpe. & eſt gloſſ. in lege omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. & probatur. in capitulo ſecundo. de coniug. lepro. &
dicit eſſe bonum verbum ad hoc Ioannes Andreas. quod ibi
refert Abb. in capitulo ſalubriter. de vſur. ¶ Adducit etiam contra deciſionem Bald. quod dicit domi. Andre. Barba. in capitul.
quarto. in fine. de iudi. vbi dicit, quòd de iure patro. tantum habet paupercula quantum rex. ¶ Subdit tamen Roch. illam deciſionem Bald. in lege prima. ff. de ſena. notandam eſſe in practi
ca propter autoritatam eius: & illam frequenter contingere in
facto: & eam referre & ſequi domi. Bartho. Bellenci. in apoſtillis ad Abb. in capitulo tertio. in princip. hoc titu. & domi. Fely.
in c. qm̄. in fi. de teſti. ꝙ dictum dicit Fely. intelligere, dummodo
maſculus & fœmina habeāt ius ęquale in p̄ſītando: ſecus ſi inequale, prout habet maritus in patronatu ſibi iure fructus pertinente ob dotem vxoris: vt ibi p eum de quo dicemus. ī. in hac
parte, in vj. qō. prin. in iij. art. ¶ Tu adde circa p̄dicta deciſionem
Bal. tenere ēt do. Fran. areti. in d. c. qm̄. in fi. de teſti. & illum refer
re, & ſequi do. me. Corſe. in repert. ſuo ad Ab. in verbo, fœmina
& idem Corſe. in c. monachus. in verbo, quorū. lxxvij. diſt. in glo
ſis ſuis, quas ipſe do. me. fecit ſuper gloſ. decreti. ¶ Aduerte modo. nam nos latè. ſ. in j. par. j. lib. in vij. q. prin. in ij. art. tractauim⁹,
an mulier ſit capax iuris pa. ſicut & maſculus. & argumentati ſu
mus pro & contra, multa ponendo de imbecillitate mulierū: &
tandem cōcluſimus, ꝙ ſic: vñ cum de iure poſſit eſſe p̄ſona, ſicut
& vir quemadmodum concluſimus. ſ. in iiij. q. prin. huius par. in
fi. vj. artic. & in xvij. præced. artic. qualitates pręſentantium non
eſſe in conſideratione ad impediendam ratificationem habētis
inſtituere, ſicut non conſideratur in maſculis: ita nec in maſculis & fœminis, cum ſexus fœmineus nō impediat patronatum.
¶ Sed magna eſt autoritas Bald. & ſequacium, videlicet Floriani, Franc. Aret. do. Fely. & do. Bartho. Bellen. ac do. Corſe. ¶ Et p
parte contraria non habemus, niſi do. Philip. de Sarra. pedes nō
firmantem: & do. Roch. licet firmantem pedes: tamen dicit deci
ſionem Bald. eſſe notandam in practica, quod eſt magnum ver
9 bum. ¶ † Videamus modo ſi poteſt ſaluari dictum Bald. in aliquo caſu, & dic primam ſaluationem eſſe intelligendo idoneio
rem: vt in hoc caſu loquatur Bald. quem ita intellexit do. Phili.
de Sarra. & hic intellectus non quadrat, licet in ſe ſit verus primo: quia non poteſt adaptari ad dicta Bald. nec ad eius rationē,
quæ eſt, vocem maſculi eſſe præferendam tanquam digniorē,
quam dignioritatem conſiderat in præſentante; & non in pręſentato. Item hic intellectus non eſt bonus: quia etiam ſi eſſent
duo maſculi præſentantes, dignior præferretur digno. vt diximus. ſ. in ij. proximo præceden. articu. ergo hoc eſt ex maiori di
gnitate pręſentati. ¶ Imo ex hoc inferrem pulchram illationē
contra dictum Bald. nam ſi eius dictum eſſet verum præſentatū
à maſculo eſſe præferendum præſentato à fœmina, ſuccederet
in hoc caſu, ꝙ conquaſſarentur hæ duæ qualitates: nā idoneus
præſentatus à maſculo haberet qualitatem ex perſona præſentantis, dignior præſentatus à fœmina haberet qualitatem ex
perſona ſua, conquaſſatis his duabus qualitatibus, eſſent in parij: & deberet habere locum gratificatio. capit. cum autem. hoc
titu. Et tamen omnes indiſtinctè volunt idoneiorem eſſe præfe
rendum nulla facta differentia ex perſona præſentantium: vt
diximus in d. ij. præceden. articu. & latè dom. Roch. in d. verbo,
honorificum. in xv. quæſtio. & nos poſt eum. in ij. par. huius ſecundi libr. in viij. quæſtio. princ. in xxvj. articul. Ergo ita reputatur patrona fœmina, ſicut patronus maſculus, & pręſentatus à
patrona fœmina, ſicut pręſentatus à patrono maſculo. ¶ Secū
dus eſt intellectus ad dictum Bald. qui poteſt colligi ex vltimis
dictis Pilip. de Sarra. ſ. relatis: vt dictum Bald. loquatur, quando
non poteſt colligi quis ex duobus præſentatis ſit idoneior, vt
tunc præſumatur idoneior pręſentatus à maſculo: & licet hoc
dictum ſit pulchrum, & videatur facere pro his, quæ diximus in
fi. xvij. præce. art. vt iſta qualitas in pręſentāte informet ꝯſciam
habētis inſtituere, & ſic hoc non p̄cederet: vt oīno p̄ſtat⁹ à maſculo

ſculo inſtituatur,ſed ſi ſit ordinatio,videbitur. ¶Vel poſſumus
dicere,vt habeat locũ dictũ Bal.in hoc caſuiſto mõ:videlicet qa
ordinarius non poteſt habere veram notitiam de maiori ido-
neitate alterius ipſorum , diſceptetur inter eos de aliquali diffe-
rentia maioris idoneitatis: & ſtante magis idoneo, epiſcopus,
non habet optionem.vt per doct.in d.capitu.cum autem. & di-
ximus.ſ.in ij.præced.articul.præſumatur & iudicetur idoneior
præſentatus à maſculo,cum in eo ſit maius conſilium,& ceſſet
gratificatio:& hic intellectus certè procedere poteſt, & ſit ter-
tius intellectus.¶Quartus ſit intellectus,quem ego puto verio
rem inſpectis puris verbis ipſius Bald. ponit enim ipſe hæc ver-
ba formalia. Item facit, quod ſi patronus eccleſiæ deceſſit,ſu-
perſtite filio & filia & diſcordant in præſentando , ꝙ debet præ-
ferri vox maſculi tanquam dignior:loquitur ergo Bald.in duo-
bus hæredibus ab vno patrono deſcendentibus , maſculo,ſcili-
cet,& fœmina:& non in quibuſcunque patronis. Et ideo intel-
lectus meus erit,quando concurrunt maſculus & fœmina præ-
ſentantes deſcendentes ab vnomet patrono , vt tunc attendatꝰ
præſentatio dignioris:ſecus, quãdo maſculus & fœmina eſſent
patroni æque principaliter ex diuerſis vijs: quia tunc cæteris pa
ribus circa merita præſentatorum habebit locum gratificatio:
& ita procedat contraria opinio , quæ certè videtur veriſſima
propter dicta Gaye.relata.ſ.in xviij.præced.articu.& per ea,quę
diximus.in iiij.q.princ.huius par.in fi.vj.arti.¶Et ſi diceres,quæ
10 eſt ratio differentiæ inter hæredes vnius †patroni , maſculum
& fœminam:& patronos principales maſculum & fœminam?
dico eſſe maximam rationem diuerſitatis.nam nos videmus di
uerſos patronos ex diuerſis,vel vna cauſa eſſe omnes patronos
inſolidum,& vocem cuiuſlibet computari,& in eis non cadere
ius abſorptionis:quia vox vnius non abſorbetur ab alijs:& om-
nino eſt in conſideratione : ſed quia ius nouum.ſ.cle.declarauit
in iure patron.ſuccedi per capita,& non per ſtirpes:vt in cle.plu
res hoc titu.volunt Card.& omnes ibi ad euitandas intricatio-
nes,ſi ab vno patrono ſuccedunt decem hæredes:& ab alio vnꝰ,
ſi ſex ex decem præſentant vnum : & reliqui quatuor cum illo
vno hærede præſentant alterum,adhuc præſentati dicẽtur à pa
ri numero eſſe præſentatos : & illos quatuor non eſſe in conſi-
deratione:quia eorum ius eſt abſorptum ab illis ſex:vt latè dixi
mus.ſ.in iiij.præced.q.princ.in vij.articul.& latius.in ij.par.j.lib.
in j.q.prin.in xxv.artic.Si igitur perſonæ hæredum abſorbentur
in totum à maiori parte cohæredum:vt ius patro.patroni defun
cti citius concordetur,& non diuidatur in plures partes,quæ di-
uiſio eſt cauſa diſcordię, & maioris tarditatis prouiſionis eccle-
ſiæ:vt in d.cle.plures.eodem modo vt vox patris defuncti citius
concordetur inter fratrem,& ſororem præferatur præſentatus
à fratre , & ipſe cum alijs patronis repręſentando perſonam pa-
tris concurrat.¶Sed ſi mulier haberet ius patro.de per ſe: & vir
de per ſe:tunc non procederet dictum Bal.& re vera Bald.in hę-
redibus vnius patroni loquitur,vt ſ.demonſtrauimus:nota hũc
intellectum:quia mihi ſatis placet:& hoc non procedit ex qua-
litate præſentantium,ſed ex illa ratione euitandi diſcordias hę-
redum. ¶Et adde prędictis do.me.Corſe.adhuc Bald.ſequentẽ
in c.cum venerabilis.in vj.char.de excep. Et Pau.de monte pico
in repeti.§.Titia cum nuberet.l.Titia cum teſtamento.ff.de leg.
ij.in xxj.char.in ij.col.in verſicu.& quid ſi aliquis.¶Adde etiam
prędictis mulierem tutricem pręſentare poſſe,& voces compu
tari ex perſonis pupillorum,vt ſi tres ſint pupilli,tres voces dice
tur habere tutrix:vt pulchrè colligitur ex conſil.Fede.in conſil.
cij.nobilis quidam.in primo dubio:de quo dicemus.j.in vj.ſeq.
q.princip.in ij.artic.vbi omnino vide pro ſupplemento præſen
tis articuli.

¶Vigeſimus artic.v.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 *Gratificationi an locus ſit,ſi ex decẽ patronis quatuor præſentant vnũ,tres
alterum,alij tres alium,caſſata præſentatione quatuor , quia de indigno in-
ter illos præſentatos.*

1 Pone (Et ſit hic.xx.articu.)†ꝙ ex decem patronis quatuor
pręſentant Titium,tres Seium, tres Sempronium,ſi
Titius præſentatur à quatuor , propter aliquod vitium non ad-
mittitur, an Seius & Sempronius dicantur præſentati à pari nu
mero,vt dicantur æquales , & optio ſit epiſcopi ? & breuiter di-
cendum ꝙ ſic.nam licet ſi non caſſaretur præſentatio Titij, illa
eſſet præferenda:quia erat præſentatus à maiori parte non om-
nium patronorum,ſed partium comparatione minorum , quæ
præualet in iure noſtro:vt per doct.in cap.iij.hoc tit.& nos dixi-
mus.ſ.in iiij.q.huius par.in ij.articul.tamen quia illa eſt caſſata
propter vitium præſentati,ſi ſcienter illi quatuor præſentarunt
indignum , vel non ſcienter,tamen non præſentarunt alterum
infra tempus datum ad præſentandum, non tenet eorum præ-
ſentatio: vt per doc.in ca.cum vos.de offic.ordi.& nos diximus
latè.ſ.in j.parte.huius ij.lib.in x.quæſt.princ.in iiij.articu.licet ſe-
cundum doct.in d.cap.cum vos.& dicta per nos.in d.iiij.articu.
deuolutio eſſet facienda ad ſuperiorem : tamen ſtante præſen-
tatione compatronorum de habili,licet minoris numeri , non
fit deuolutio ad ſuperiorẽ:ſed totum ius erit minoris partis pa-
tronorum præſentãtium habilem : vt pulchrè diximus.ſ.in iiij.
q.princ.huius par.in v.artic.multo magis in caſu noſtro totum
ius permanebit penes iſtos ſex præſentantes habiles , facientes
maiorem numerum:& quia ſicut erant decem patroni,nunc vi-
dentur eſſe ſex:& iſti ſex æqualiter diuiſerunt vota ſua,nulli du-
bium eſt ſtante æquali idoneitate , epiſcopum habere optio-
nem:per text.in capi.cum autem.hoc titu.& nos diximus.ſ.in j.
præced.articu.vnde illi quatuor non ſunt in conſideratione,ac
ſi nunquam fuiſſent patroni pro illa vice , niſi præſentaſſent
ignorãter indignum vel non idoneum. quibus caſibus poſſent
iterum præſentare:vt per doc.in d.c.cum vos.& nos diximus in
d.x.q.princ.in iiij.arti. Et iterum infra tempus datum à iure præ
ſentando idoneum eſſe inſtituendum ab eo præſentatum tan-
quam à maiori parte ratione minorum,partium,& non accreſ-
ceret ius minoribus partibus: vt etiam diximus.in d.v.artic.iiij.
præced.q.princ.& ita tene.

¶Vigeſimusprimus artic.v.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 *Inſtitui plures non poſſunt ad vnum beneficium.*
2 *Eligi plures non poſſunt ad vnam prabendam.*
3 *Præſentari plures non debent ad vnum beneficium.*

Sequitur Vigeſimoprimo & vltimo loco videre, an pa-
troni diſcordes duos præſentantes poſſint con
uenire,vt ambo inſtituantur. Et Lap.in cle.plures,quem refert
& ſequitur Card.ibidem.in §.fi.in vlti.col.in ij.q.dicit ꝙ quãuis
ille text.det modos,ſecundum quos patroni poſſint conuenire
ſuper præſentatione: vt citius eccleſiæ prouideatur poterunt
conuenire etiam alijs modis , dummodo non reprobatis à iure.
Vnde ſi vellent conuenire quemlibet præſentatorum inſtitui.ꝑ
1 ſuperiorem:†quia talis modus,ꝙ plures inſtituantur,eſt repro-
batus à iure,ex quo non debet fieri ſectio beneficiorum de prę
bendis maioribus,non poterunt conuenire iſto modo:& ita ẽt
tenet ibi Card.Et pro hoc faciunt,quæ dicit Firma.in trac. de e-
piſcopo.in ij.lib.in j.par.in lxvj.quæſt. vbi dicit vnũ debere eſſe
epiſcopum in vno loco, & non plures.lxxx.diſtin.capi.in illis.in
fi.& cap.ſequen.xiij.quæſt.j.ca.j.q.ij.c.ſicut.vij.q.j.in apibus.Vbi
dicitur vnum eſſe principem inter apes : vna grux inter plures:
vnus rex vel imperator Romæ:vnus princeps altero interẽpto:
iuxta illud Lucani : Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.
in l.fi.ff.de rerum diui.hæc omnia probantur in d.c.in apibus.&
in d.cap.ſicut.ſic nec plures Metropolitani eſſe poſſunt in eadẽ
2 prouincia.cap.j. 100.diſtin. †nec duo ad vnam præbendam eli-
gi poſſunt:ſecundum Bald.in cap.præterea de prohi.feudi.alie.
per Federi.& per doct.in d.c.maioribus.& per Io.And.in c.duo
bus.de reſcrip.¶Et ibidem Firma.in lxvij.q.dicit econtra vnum
epiſcopum dare non poſſe duobus eccleſias,vt ibi per eũ.¶Sed
ipſemet Firma.loquitur de iſta diuiſione: & dicit eam diſpenſa-
tiuè fieri poſſe.in iiij.lib.in ij.par.in xlix.quæſt.in j.col.in verſic.
ſexto diſpenſat.& ſequent. & idem vult Firma.ibidem in vlti.d.
xlix.q in verſicu.item nec ꝙ duo æqualiter pręſint vni eccleſiæ,
epiſcopus ſi diſpenſat.iij.q.ij.cap.penul. ¶Tu aduerte:nam nos.
ſ.in j.par.huius ij.lib.in vij.q.prin.in xvij.articu.tractauimus la-
3 tè,†an duo ad vnum beneficiũ præſentari poſſint diuiſim , vel
inſolidum,ſeu ſaltem ſucceſſiuè?& concluſimus ꝙ non: ſi præ-
ſentari non poſſint;ergo nec inſtitui: cum nemo poſſit inſtitui,
niſi ſit præſentatus.vt diximus.ſ.in ij.q.princ.huius par.in j.& ij.
articu.tractauimus etiam in d.vij.q.princi.j.par.huius ij.libr.in
xv.& xvj.articu.an clericus habens vnum beneficium in eccle-
ſia patronata, poſſit ad aliud in illa , vel alia exiſtens præſentari,
& an epiſcopus vel habens maiorem qualitatem poſſit ad be-
neficium patronatum pręſentari,vide ibi:& ꝙ iſta concordia ſit
prohibita eſt text.clarus.in capitul.iij.hoc titul.ibi cum vna ec-
cleſia vnius eſſe debeat rectoris:& quòd vnus debeat eſſe prin
ceps ponit pulchrè Bart.in tract.de regimine ſanitatis.in ij.col.
in cap.incip.ſecundo de.& Barba.in capitu.nouit.in xviij.colũ.
de iudi.poſt Abb.in fi.iij.colum.& plene dom. Felyn.in capitul.
quæ in eccleſia.in xxxij.colum.in verſicu.vnde inquit philoſo-
phus.de conſti.

Collige Ex omnibus dictis in præſenti.v.q.princip.& eius.
xxj.arti.infraſcriptas magiſtrales conclu.ex quib.
poteris decidere ĩ materia nõ ſolũ ſupraſcriptos caſus,ſed quoſ
cunque alios caſus. ¶Et prima ſit cõcluſio,ꝙ ſtante æqualitate
vocum pſtantium,& ſtante idoneitate pſtatorũ, ſi vnus eſt vtl
lior

lior eccleſię altero, puta q̄a eccleſia paup, & hēt debita, & idiget
rectore diuite vel eccleſia hēt lites ſuper bonis ſuis, vel de facto
ſunt ſibi occupata, non ſunt attēdendę alię qualitates ɔcurren-
tes in vno ex pñtatis: puta maioris idoneitatis, ſanctitatis, plus
collatiōis, in eccleſia factę, ad deducendū eam ad eſſe per patro
nos maioris doctrinę paupertatis & hmōi: ſed is inſtituetur qui
eſt idoneus habili idoneitate: licet in eo nō cōcurrāt ſupradictę
qualitates, qui hēt illam qualitatē: q̄a indiget eccleſia. ¶ Et ideo
ſi eccleſia eſt pauper, & hēt debita, diues erit inſtituendus, q̄uis
compñtatus ſit pauper: vt diximus. ſ. in iij. artic. ¶ Et ſi eccle-
ſia hēt lites præferendus erit doctor. vt diximus. ſ. in xij. articu.
¶ Et ſi in loco ſunt hæretici, erit præferendus theologus: vt in
d. xij. artic. diximus. ¶ Et ſi bona eccleſiæ occupantur, vel indi-
gent perſona induſtrioſa, vel fauorabili, erit pręferēdus nobilis
& potēs, induſtrioſus, vel habēs fauorem dñorum temporaliū,
ēt cōpatrono exiſtēte idoniore, ſeu ſanctiore, vel aliā ex ſupra-
ſcriptis qualitatibus hñte: per ea, quæ diximus. ſ. in x. & xj. arti.
¶ Et ſi eccleſia hēt iuriſdictionem præferet̃ in ea ille, qui pecca
uit: & ad frugē melioris vitę eſt reductus compñtato, qui ſemp
fuit bonus: & hoc ꝓpter vtilitatem aĩarū, vt ſciat compati & mi
ſereri plebibus. vt diximus. ſ. in xiiij. articu. ¶ Et ſic conclude
ſemper eſſe præferendū habentem qualitatē cōcernentē vtili-
tatem ſeu neceſſitatē eccleſię, vel aĩarū: & pro hoc facit qđ di-
ximus. ſ. in j. par. huius ij. lib. in vj. q. prin. in vj. articu. in ma-
teria permutationis beneficiorū patronatorū, vbi in vij. dubio
ɔcluſimus permutationē poſſe fieri per epm ſolum, vrgente ne-
ceſſitate, vel vtilitate eccleſię, vide ibi. ¶ Scđa ſit concluſio, ꝙ
duobus ęqualiter pñtatis idoneis vno exiſtente idoneiore, non
erit locus gratificatiōi: ſed idoneior erit inſtituēdus: vt diximus
ſ. in ij. artic. & idē, ſi vnus variando, duos pñtauit accumulatiuè
quādo vnus ipſorū eſt idoneus: vt latè diximus, ſ. in ij. par. huius
ij. lib. in vij. q. princ. in xxvj. articu. ¶ Et hæc magis idoneitas
conſideratur etiā ſm qualitatē loci: vt theologus præferatur in
eccł'ijs, vbi ſunt hæretici, canoniſta vbi nō ſunt hr̃tici: vt dixim⁹
ſupra in xij. arti. ¶ Limitat̃ hęc cōcluſio multipliciter, & primo,
vt nō habeat locū in caſu ꝓximè p̄cedētis ɔcluſionis: quia licet
aliquis ſit idoneor: idoneus tñ magis vtilis & neceſſarius eccle-
ſię præfert̃ ſibi in inſtitutione: vt diximus in locis alleg. in pręce
den. conclu. ¶ Limitat̃ ſcđo hęc ſcđa cōcluſio, ꝙ quāuis vnus
ex pñtatis ſit idoneor: tñ idoneus ɔſanguineus epi̅ præfertur in
bñficio ſimplici, nō ɔſanguineus vero epi̅ p̄fert̃ ęt in beneficio
curato, vel dignitate idoneiori: vt diximus. ſ. in iij. art. ¶ Limi
ta. iij. d. ij. conclu. ꝙ quāuis vnus ex pñtatis ſit idoneor, ſi alter
eſt idoneus de linea ſeu de ɔſanguine patronorū, præferetur in
inſtitutione idoneiori: vt diximus. ſ. in vj. arti. & etiā in xvj. ar.
¶ Limitatur. iij. d. ij. conclu. ꝙ quāuis ex duobus præſentatis
vnus ſit idoneior & forēſis: alter vero idoneus & ciuis, pręferet̃
iſte ciuis idoneus forenſi idoneiori: vt diximus. ſ. in v. articu.
¶ Limita. iiij. d. ſcđam cōclu. ꝙ ſi ex duobus p̄ſentatis vnus eſt
idoneior alter cōpatron⁹, & idoneus, præferet̃ cōpatronus ido-
neus extraneo idoneiori: vt diximus. ſ. in vij. art. & faciunt dicta
in duabus præcedētibus limitationibus, à maioritate rationis.
¶ Limita. v. d. ij. cōclu. nam licet ex duob. pñtatis vnus fuit ſem-
per bonus & ſic idoneor altero, qui peccauit: & reductus eſt tñ,
in bñficijs habētibus iuriſdictionē p̄fertur in inſtōne q̄ non fuit
ſemp bonus: vt ſ. diximus. in xiiij. arti. ¶ Aduerte ēt, ꝙ ad hāc
ſecūdā ɔcluſionē idoneiorē p̄ferri idoneo, quāuis idoneus ſit
p̄ſentatus à maſculo, idoneior à fœmina: vt diximus. ſ. in xix. ar.
¶ Tertia ſit cōcluſio ꝙ p̄ronis æqualiter vota ſua diuidētibus
duos pñtando idoneos eps ſeu hñs inſtituere habebit optionē,
& gratificabit̃ cui voluerit ex eis, niſi merita pñtantiū aliud ſua-
deant: vt in infraſcriptis limitationibus dicet̃, per ea, q̄ diximus
ſ. in j. arti. & hęc eſt principalior ɔcluſio. ¶ Quā primo declara,
ꝙ quo ad hoc vt dicat̃ ęqualitas, attēdit̃ numerus in pñtationi-
bus: vt in d. ij. art. diximus. ¶ Adeo ꝙ ſi ex decē p̄ronis quatuor
pñtant vnū tres alterū & alij tres aliū apparēte pñtatione facta
à quatuor eſſe de indigno: illi duo alij pñtati à trib⁹ & tribus, di-
cent̃ eſſe ī ęquali numero: & ſic habebit locū optio & gratifica
tio: vt diximus. ſ. in xx. arti. ¶ Amplia mō primo. iij. cōclu. ſic
declaratā, intñ ꝓcedere, & locū hr̃e optionē in ęquali pñtatio-
ne, ꝙ non poterūt p̄roni inter ſe ɔcordare, vt ambo pñtati inſti-
tuātur: ſed habebit locum optio & gratificatio habētis inſtitue
re: vt diximus. ſ. in vlt. arti. ¶ Amplia. ij. d. iij. cōclu. in ęquali nu-
mero pñtantiū habentē inſtituere hr̃e optionē, intantū ꝓcede-
re, ꝙ nō reqrat̃ nec attēdat̃ qualitas pñtantiū: q̄a ſiue ſit vnus p̄
ſentās clericus & alter laicus, ſiue in alia dignitate ɔſtitutus vn⁹
& alter nō, illa qualitas in p̄ſentante nō p̄ponderabit, vt pñtat⁹
ab eo inſtituat̃ & nō ſit locus optioni & gratificationi hñtis in-
ſtituere: vt diximus. ſ. in xvij. arti. ¶ Extēde hāc ſcđam ampli. in
quacūq; qualitate exiſtēte in p̄ſentādo: puta, dignitatis, nobilita

tis, ordinis, ſenectutis, pubertatis, doctrinę, & ſimilibus: q̄a nō
tollēt optionē & gratificationē: vt dixim⁹. ſ. in d. xvij. & xviij. ar-
ti. ¶ Extēde ſcđo. d. ij. ampli. ꝓcedere, ēt ſit in vno ex p̄ſentanti-
bus eſſet qualitas: q̄a eſſet vir, alter vero mulier, nō per hoc pręfe-
feret̃ pñtatus à viro præſentato à muliere: vt diximus. ſ. in xix.
articu. ¶ Reſtringe hanc exten. procedere, niſi eſſemus in duo-
bus hæredibus vnius patroni: quorum vnus eſſet maſculus, al-
ter fœmina: puta frater & ſoror: quia ſi diſcordant præſentatus
à maſculo, dicetur præſentatus à voce defuncti, vt citius eccle-
ſiæ prouideatur, iuxta quartum intellectum per me datum ad
dictum Bald. in l. j. ff. de ſynodalibus. in d. xix. articu. ¶ Reſtringe
modo hanc ſecundam ampli. vt non conſideretur qualitas præ
ſentantium ad tollendam optionem habentis inſtituere, pro-
cedere, niſi præſentans haberet pinguiorem vocem: quia ipſe
vel is à quo cauſam habet, plus contulerit eccleſiæ in deducen-
do illam de non eſſe ad eſſe: vel quia eſt hæres patroni in pluri-
bus partibus, altero, quia iſta qualitas in præſentante tollet op-
tionem habentis inſtituere: & inſtituet̃ præſentatus ab haben-
te pinguiorem vocem: vt pulchrè diximus. ſ. in xvj. articu. ¶ Li-
mita modo primo. d. iij. conclu. vt in æquali numero habens in-
ſtituere, habeat optionem, procedere, niſi vnus ex duobus præ-
ſentatis ſit idoneor altero: quia tunc non erit locus gratificatio
ni, ſed idoneior inſtituetur: vt diximus. ſ. in ij. artic. & poſuimus
ſupra in ij. concluſione. ¶ Intellige & reſtringe hanc primam li-
mita. iuxta ea quæ diximus ꝓximè in ij. princi. conclu. ¶ Limi-
ta. ij d. iij. conclu. vt in æquali numero præſentantium habeat
locum gratificatio, procedere, niſi ex duobus præſentatis vnus
ſit magis vtilis & neceſſarius eccleſiæ: per ea, quæ diximus in ꝓ-
xi. j. conclu. ¶ Declara hanc ſecundam limi. eo modo, quo po-
ſuimus in d. j. conclu. ¶ Limita. iij. d. iij. conclu. vt in pari nume-
ro præſentantiū ſit locus gratificationi, procedere, niſi ex duo-
bus præſentatis vnus ſit pauperior altero: quia pauperior eſt in-
ſtituendus in ſimplici, ſi eſt conſanguineus epiſcopi: & etiam in
curato & dignitate, ſi non eſt conſanguineus epiſcopi: & ſic prę
fertur etiam idoneiori: vt diximus. ſ. in iij. articu. ¶ Limita iiij. d.
iij. conclu. vt præſentatione æquali facta ſit locus gratificatio-
ni, procedere, niſi vnus ex præſentatis ſit de linea ſeu de conſan
guine patronorum: quia præfertur extraneo etiam idoneiori:
vt diximus. ſ. in iiij. vj. & xvj. arti. ¶ Limita. v. d. iij. conclu. vt præ-
ſentatione æquali facta ſit locus gratificationi, procedere, niſi
vnus ex præſentatis ſit de gremio vel ciuitate, alter alienigena:
quia ille illius loci præfertur extraneo etiam idoneiori: vt dixi-
mus. ſ. in v. artic. ¶ Limita. vj. d. iij. conclu. vt in præſentatione ę-
quali facta ſit locus gratificationi, procedere, niſi vnus ex duo-
bus præſentatis ſit compatronus, alter non: quia compatronus
præfertur etiam idoneiori extraneo: & non habet locum grati-
ficatio: vt diximus. ſ. in vij. articu. ¶ Limita. vij. d. iij. conclu. vt in
præſentatione æquali facta ſit locus gratificationi, procedere,
niſi cæteris paribus vnus ex præſentatis ſic eſſet ordinatus ad ti-
tulum illius eccleſię, quia præferetur alteri non ordinato ad ti-
tulum illius eccleſiæ. vt diximus. ſ. in viij. artic. Limita. viij. d. iij.
conclu. vt in præſentatione ęquali facta ſit locus gratificationi,
procedere, niſi ex duobus præſentatis vnus ſit nobilis, alter ple-
beius: vel vnus nobilior altero, quia ille præferetur: & non erit
locus gratificationi: vt diximus. ſ. in ix. articul. ¶ Limita. ix. d. iij.
limi. vt in præſentatione æquali facta ſit locus gratificationi, ꝓ-
cedere, niſi vnus ex duobus præſentatis ſit potentior, induſtrio-
ſior, vel fauorabilior altero, quia ille præferetur, & non erit lo-
cus gratificationi: vt diximus. ſ. in x. articu. Limita. x. d. iij. cōclu.
vt in præſentatione æquali facta ſit locus gratificationi, proce-
dere, niſi vnus ex præſentatis ſit doctor, alter non: quia præfere
tur doctor: & non erit locus gratificationi: imo doctor plebeius
præfertur non doctori nobili: quia nobilitatur ex doctrina: &
ſic habet duas qualitates, nobilis autem vnam: vt diximus. ſ. in
xj. articu. ¶ Limita. xj. dict. iij. conclu. vt in præſentatione æqua-
li facta ſit locus gratificationi, procedere, niſi vnus ex præſenta-
tis fuerit ſemper bonus, alter fuerit peccator, & non bonus:
quia in beneficio non habente iuriſdictionem præferetur ille,
qui fuit ſemper bonus in beneficio vero habente iuriſdictionē,
præferetur ille qui fuit peccator & nunc bonus: & ſic non erit
locus gratificationi: vt diximus. ſ. in xiiij. articul. ¶ Limita. xij. d.
iij. conclu. vt in præſentatione æquali facta ſit locus gratificatio
ni, procedere, niſi vnus ex præſentatis fuerit ſemper legitimus,
alter legitimatus: quia præfertur legitimus, & non erit locus
gratificationi, & idem dic in quocunque diſpenſato: vt dixim⁹.
ſuprà. in xv. articul. ¶ Limita. xiij. & vltim. pro nunc. dict. iij. con-
clu. vt in præſentatione æquali facta ſit locus gratificationi,
procedere, niſi vnus ex præſentatis habeat aliquam qualita-
tem maiorem altero: quia vnus eſt ſenex, alter iuuenis: v-
nus in dignitate conſtitutus: alter non, vnus maioris ordinis:
alter

alter minoris: vnus prius receptus in canonicũ: alter poſterius,
vel nõ canonicus: vnus magis doctus muſicæ, in eccleſiaſticis,
& in ſimilibus: alter non ita doctus: & ſic de ſimilibus qualitati-
bus: quia præferet̃ hñs maiorẽ qualitatem, & nõ erit locus grati
ficationi: vt diximus ꝑ totum. in xiij. artic. ¶Declara oĩa ꝑdicta,
vt ſint inſpiciẽda ſtantibus vocibus æqualibus pñtãtium nõ ſo-
lum ſupraſcriptæ: ſed oẽs aliæ qualitates quæ occurrere pñt in
ꝑſonis præſentatorũ, & aliqua ex illis exiſtẽte ceſſet optio hñtis
inſtituere, & illius gratificatio: & ſic optionẽ & gratificationẽ
habere locũ numero patronorum ęqualiter diuiſo, pinguedine
vocũ ceſſante: & meritis pñtatorum in omnibus æqualibus: vñ
ſtante aliqua inæqualitate pinguedinis vocum vel meritorum
& qualitatũ præſentatorũ, illę attẽdent̃: & nõ erit locus gratifi-
cationi: ita colligit̃ ex oĩbus. ſ. ſcriptis arti. ꝑſentis. v. qõ princip.
¶Alia ſit declaratio, ꝙ in præſentatis cõcurrentibus dictis qua-
litatibus erit videndũ, qs habeat plures qualitates altero, vt ille
præferatur, in quo cõcurrunt plures qualitates, niſi vna qualitas
præcedat alias oẽs, prout eſt in qualitate concernente vtilitatẽ,
vel neceſſitatẽ eccleſiæ: vt diximus proximè in prima conclu.
vnde ſi erunt ſingulares in qualitatibus, erit videndũ, quæ quali
tas ſit fortior: nam videmus multas qualitates præcellere quali-
tatem idoneitatis maioris: vt proximè diximus in ſecunda con-
cluſione princ. Animaduertat igitur habens conferre non ſolũ
ad numerũ qualitatum, ſed ad eorum excellentiam, vt ex ſupra-
ſcriptis primis duabus concluſionibus patet: & ſtante paritate
qualitate in ambobus præſentatis: quia in omnibus erunt pares
conquaſſabuntur inter ſe: & ideo iterum ſuccedat locus gratifi-
cationi. Pone exemplũ, duo pñtati ſunt æqualis idoneitatis, ſed
vnus nobilis extraneus, alter plebeius, ſed in aliqua dignitate cõ
ſtitutus. iſte duæ æqualitates æquiparantur per doc. in ca. dudũ.
el ij. de elec. Erunt ergo oĩa paria, ſuccedet optio, & erit locus
gratificationi. ¶Quis autẽ has qualitates cõſiderabit? dico eſſe
relinquẽdas arbitrio habentis inſtituere, quãuis ſit inferior epo:
arg. cap. de cauſis. de offic. deleg. & dixi eſſe relinquẽdũ arbitrio
hñtis inſtituere, licet nõ ſit eps: ꝑ auream gl. iij. in verbo, ꝑtinet. in
c. ſi. de elec. lib. vj. quæ vult oĩa incidẽtia in iure ꝑſentandi, & in
inſtitutione facienda, fore expediẽda ꝑ habẽtem ius inſtituẽdi,
quãuis nõ ſit ordinarius: ꝑ ea, quæ latè diximus. ſ. in ij. par. huius
ij. lib. in vij. q. princ. in vj. artic. & ſic ipſe habens inſtituere, diſcer
net excellentiam qualitatum præſentatorum, iuxta tꝑis, loci, &
ꝑſonarum exigentiam. & hæc ſufficiant pro iſta: v. q. princ. alias
particularitates, quæ ſunt in ipſis. xxj. artic. diligenter perquiras
per te: quia noluimus conterere tempus adaptandi illas in præ
dictis concluſionibus, ne longior eſſet hiſtoria.

¶Sexta quæſtio princ. iij. partis. ij. Libri.

3 patet. ¶† Alia eſt ratio decidendi, quia papa poteſt interpretari & limitare ius diuinum: quanto magis aliquando tollere hoc priuilegium; vt de primo eſt tex. in cle. ne Romani. in princi. de ele. & latè proſequitur do. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. in vj. col. in ij. conclu. dum dictum priuilegium ſit de iure poſitiuo, vt in d. c. iij. hoc tit. præſertim cum papa habeat pleniſſimam poteſtatem in beneficiis, vt vult do. Ant. in c. conſtitutus. de relig. domi. & domi. & latè proſequitur do. Fely. in d. ca. quæ in eccleſiarum. in xiiij. col. in ver. pro iſta declaratione. & faciũt quæ diximus in d. x. q. prin. j. par. j. libr. in ij. art. & eſt tex. pulcher in c. ij. de præb. vj. & in cle. j. eo. ti. in fi. vbi dicitur papã in beneficialibus habere ampliſſimam poteſtatem. Et dicit gloſ. in c. per principalem. ix. qõ. iij. papam poſſe ſine cauſa deponere vnum

epiſcopum

epiſcopum quam exornat.do.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum.
in xiiij.col.in ver.per iſtam declarationem.ergo multo magis
4 poterit diſponere de iure pa.laicorum.¶Præterea†ius patr.eſt
inuentum à iure poſitiuo,& ab illo conceſſum laicis de gratia.
5 c.iij.hoc ti.†& iuri communi papa non ſubiacet.ca.propoſuit.
de conceſ.præb.& reliqua quæ adduxit do.Fely.in d.quæ in ec-
cleſiarum.per totum,pręſertim in d.xiiij.col.ergo poterit patro
nis etiam laicis in hoc præiudicare.¶Non obſtant modo.ſ.in
contrarium adducta,videlicet eãdem rationem militare in pa-
pa,quæ in legato.ſ.ne laici retrahantur à fundatione eccleſiarũ
&c.Imo maior ratio vt proximè diximus quia in papa illa ratio
non militat,quia iam ſciunt laici ſe ſuſtineri per papam in ipſo
iure pa.ex gratia.per d.c.iij.hoc ti.vnde ſi eis aliquando præiudi
cat,poterit præiudicare,tanto magis,quia in papa præſumitur
cauſa.vt per doc.& maximè do.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum.
ſufficit eis per papam illis non derogari niſi expreſſa fiet dero-
gatio.vt in ſeq.art.dicemus.¶Et illa prima ratio,quæ legatus in
duceret malum exemplum prouinciæ,papa vero vniuerſo or-
bi,dico nõ militare:quia imo ſi quilibet legatus hoc facere poſ
ſet in ſua prouincia,comprehenderet totum orbem:& ſi poſ-
ſent ipſi,poſſet & papa,& ſic tanto magis præiudicaretur p̃ro-
nis,quia cum modo ſolum papa poteſt eis præiudicare,ſi poſ-
ſent & legati,tanto magis retraherentur laici à fundationibus
eccleſiarum qui per prouinciales legatos facilius eis præiudi-
caretur,& ſic tanto magis retraherentur à fundationibus eccle
ſiarum,vnde hæc ratio magis militat in eis,quam in papa. Nec
ob.ſecunda ratio,quòd papa videretur reuocare priuilegium p
6 iuriſlatorem conceſſum laicis fauore vniuerſalis eccleſiæ,†qa
papa poteſt expreſſè reuocare priuilegium ſuum: vt no.in d.c.
ſuper eo.de of.deleg.maximè in caſu noſtro, cum non ſit verũ
priuilegium,qa laici ſuſtinentur in hoc iure.d.c.iij.quod ſuſtine
re,ſonat.ſ.inquãtum ſuſtinens vult maximè,cum pro reuocan
te præſumatur cauſa,vt proximè diximus.¶Et hanc opi. tenet
7 Arch.in c.ij.de præb.li.vj.& all.rationem,quia patronus†ſecun
dum veritatem non habet ius in eccleſia.x.q.j.nouerint.ſed gra
tiam.xvj.q.ij.ſi quis epiſcoporum.c.iij.hoc tit.¶Item patronus
etiam laicus quo ad illud ius,eſt de foro eccleſiaſtico,vt de iu-
diciis.c.quanto.papa,ergo qui dat gratiam,poteſt de illa diſpo-
nere cum ſit etiam ſupra ius d.c.propoſuit.de conceſ.præbẽ.&
facit.c.cum veniſſent.de inſti.& ita vult Io.An.& Domi. in d.c.
8 ij.qui dicunt de hoc eſſe tex.in d.c.cum dilectus.hoc ti.†quia fa
tuum eſt diſputare de poſſe papæ.Sed diſputandum eſt de vel-
le:de quo velle dicemus in ſeq.art.¶Et hanc partem expreſsè
tenuit gl.in verbo,apoſtolicis.in cle.ij.de præb. quia dicit lega-
tum non poſſe conferre eccleſiam ſpectantem ad præſentatio-
nem laici patroni,quam tamen papa confert.d.c.cum dilectus.
hoc ti.& c.dilectus.de of.leg.quod intelligit hoc expreſſę,vt ibi
per eam,quam omnes ibidem ſequuntur.¶Hoc etiam volue-
runt expreſsè In.Hoſ.Io.An.& Car.in xxij.q.in d.c.cum dilectus
hoc ti.& ibi Abb.in fin.vbi dicit papam poſſe conferre benefi-
cium patronatum laici,cum laicus habeat hoc à papa.all.in ar.
d.c.iij.hoc tit.¶Et ſimiliter hoc voluerunt prædicti doc.& etiã
Butri.in c.in c.nouit.quem refet & ſequitur ibi Barb.in viij.col.
in ver.limitat tamen.Hoc idem voluit Abb.in c.iij.in ij.no.hoc
9 ti.ius pa.eſſe ex gratia: & dicit ex hoc inferri papam poſſe pro-
uidere de eccleſia patronata laicorum, ſine ipſorum præſenta-
tione:licet ſit ſecus in aliis prælatis citra papã.all.no.d.c.cũ dile
ctus.& gl.in d.cle.ij.de p̃b.Et Arch.in c.filiis.xvj.q.vij.& in c.hor
tamur.lxxj.diſt.& voluit idem Ab.in c.illud.in fi.hoc ti.& in ſua
diſpu.incip.Augerio.circa medium.v.col.Et Alexand. in conſi.
lxxiiij.viſo pũcto.in vlt.col.in iiij.vol.Et ſumma angelica in ver
bo ius pa.in §.j.& Abb.in conſi.xxviij.in cauſa communis.in ij.
vol.& Barb.conſi.xxiij.ſcripſit propheta.in viij.col. in j. volu.&
Gay.in repe.c.fi.de ele.li.vj.in xxvj.col.& Pau.de cita.in hoc tra.
iiij.par.in ver.ex quo ergo.vbi dicit ſolum papam poſſe confer
re beneficium patronatum laici,quia ex quo dat priuilegium,
poteſt etiam tollere,reg.eius eſt.ff.de reg.iur.& hoc ſentit Roc.
in hoc trac.in verbo,honorificum.in iij.q.in iij.col.& voluit Fe
ly.in d.ſuo trac.quando lite.apoſt.no.pat.in prin.ij.col. in verſi.
opponitur.& in ver.ſolutio.dum diſtinguit de potentia & volũ
tate:& dicit papam poſſe de potentia,de voluntate vero non,ni
ſi exprimat & ꝙ poſſit,adducit Arch. in cap.piæ mentis.in fine.
xvj.q.vij.& in d.c.hortamur.dicentem ad ſolum papam pertine
re poteſtatem conferendi beneficia patronalia patronis laicis
inuitis.¶Et Pau.de cita.in hoc trac.in vij.par.in viij.q.quærit an
ius pa.competat papæ in omnibus eccleſijs orbis licet nihil de
requiſitis fecerit.de quo nos diximus ſ.in j.par.j.li.in viij.q.prin.
in iiij art.¶Et pręſentem art.vide pulchrè diſputatum per Lap.
all.xcvj.fol.51.beneficia vacantia.& concludentem vt ſ.de cu-
ius dictis ſparſim in ſeq.art.dicemus.Et Phili.Franc. hoc voluit
in c.ij.ſuper gl.in verbo collatio.de præb.lib.vj.

## ¶Tertius art.ix. q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Papa an præſumatur velle præiudicare patronis laicis.& nu.2.5.*
3 *Papa non includit beneficia patronalia in reſeruationibus beneficiorũ, quas facit.*
2 *Ius præſentandi ſi quis habeat ſine iure pa.quamuis ſit laicus,legatus,ſibi poteſt præiudicare.*

Et quia Proximè concluſum eſt papam poſſe derogare
patronis etiam laicis. Tertio loco videndum eſt,
1 an præſumatur papam velle præiudicare patronis laicis. Et vt
proximè diximus do.Fely.in d.ſuo trac.cum in prin.ij.col. oppo
ſuiſſet de iuribus volentibus papam poſſe præiudicare patronis
etiam laicis,poſtea ibidem in ver.ſolutio.diſtinxit.quòd aut lo-
quimur de potentia,aut de voluntate,& ſi de potentia,clarè eſt
ꝙ ſic:vt in proximo pręc.art.concluſimus.Si vero loquimur de
2 voluntate,& dicendum†eſt non præſumi papam velle præiu-
dicare patrono,& ſic non præſumi in dubio eum velle vti pote
ſtate,quam in hoc habet,& ſubdit,inualiditatem literarum pa-
pæ non facientium mentionem de iure pa.non eſſe iure ſcriptã
ſed eam ſumpſiſſe ſcribentes ex ratione.c.cum dilectus. hoc tit.
& c.decernimus.xvj.q.vij.ſecundũ Rotam.xx.alias cccxxxj. præ
ſuppoſito facto.ad fi.in nouis.quaſi velit,ſi dictæ literæ valerẽt,
& præſumeretur papam velle derogare patronis præſertim lai-
cis,expreſſione retraherẽtur à fundationibus eccleſiarũ:vt no.
in ꝓximis allegatis iuribus.¶Et ideo Fely.ponit pro reg.& cõ
clu.Firma.in prin.d.ſui trac.tenendum eſſe Romanum pontifi-
cem per literas à ſe conceſſas, nunquam præſumi iudicare iu-
ri patronorũ.¶Et hoc dicit latè firmare Lap.de caſtel.alleg.ſua
xcvj.fol.51.incip.beneficia vacantia in curia Romana.& cõclũ
3 dere†reſeruationes beneficiorum:quas facit papa , non inclu-
dere beneficia patronalia:& referre inter alia verba Hoſt.in ca.
dilectus.de of.leg.dicentem,vt eum refert Io.An.in fi.ſe vidiſſe
bullam papalem directam prælatis Anglię : continentem non
eſſe mentis papę,nec ſuæ intentionis,quãdo ſcribit pro aliquo
beneficiando,ſibi conferri beneficia,in quib. laicus obtinet ius
pa.¶Et adducere etiam Lap. rationẽ,quia ſi talia beneficia per
iſtum vel alium modum conferrẽtur per papam,vel per præla-
tos eccleſiaſticos,laici retraherentur à fundatione eccleſiarũ.
¶Ac ſcribere in fi.ſe vidiſſe ſeruari per Gregorium.xj.dum con
tuliſſet eccleſiam ſancti Romuli Florentiæ non facta mentiõe
de patronatu parrochianorum,illum,cui facta fuit collatio,nõ
potuiſſe obtinere. Hoc idem dicit voluiſſe Io.mona. Archi.&
Io.An.in c.ij.de præb.li.vj.quos latè refert & ſequitur ibi Dom.
in fi.ij.col.& in prin.iij.quicquid dixerit ibi gl.¶Et hanc reg.ſen
ſiſſe etiam Ang.in l.ſed ſi hac.§.patronum.in princi.ff.de in ius
vocan.dicentem impetrantem beneficium patronale laicorũ,
nihil agere non facta de eo mentione.¶Adducit etiam Abba.
poſt alios in d.c.cum dilectus.in fi.& Car.conſ.xcviij. papa vni-
uit.ad fi.¶Et Rotam in ti.de conceſ.pręb.xxxviij.in antiquis,di
centem clauſulas generales derogatorias poſitas in literis papa
libus non derogare ordinationi fundatoris beneficij,quia ſicut
papa non vult præiudicare patronis in præſentatione:ita nec in
tollendo ordinationem,vel vltimam voluntatem fundatorũ:
& dicit idem tenere plures deciſiones Rotæ ſucceſſiuè per eũ
allegandas,præſertim in viij.ſua amplia.¶Et ſubdit adeo proce
dere dictam ſuam reg.quod etiam ſi in ſupplicatione diceret.
qualiter nonnulli laici ſolebant nominare vnum epiſcopum ꝓ
rectore,quando eccleſia vacabat,per iſta verba non dici factam
ſufficientem mentionem iuris pa.Et ita fuiſſe iudicatum in Ro
ta tempore Pauli ſecundi per tres ſententias conformes,vt di-
cit retuliſſe illũ per quẽ fuerunt latę.¶Tu pro hoc dicto dic
facere,q̃d dixit Car.in cle.ij.in iij. col.in iij. q. ꝙ ſiquis habet ius
4 †præſentãdi ſine iure pa.quamuis ſit laicus legatus , ſibi poteſt
præiudicare,quia non videtur illud habere ex fundatione , ſed
ex quadam conſuetudine:ex fundatione.n.habetur ius pa.vt la
tè diximus.ſ.in prox.præc.q.prin.in iij.art.poſtquam ibi recita-
uimus nonnullas conſiderationes do. Fely. ſi ergo illud eſt in
habente ius pa.multo magis in habente nominationem , quæ
eſt minus,vt de huiuſmodi terminis latè diximus ſ.in j.par. hu-
ius ij.li.in j.q.prin.in vlt.artic.Vnde in caſu proximè dicto, licet
fuerit expreſſa nominatio laici,cui faciliter derogatur,vt proxi
mè dictum eſt,non intelligetur derogatum iuri patr. quod eſt
difficilioris derogationis,& ideo indiget expreſſa ſui derogatio
ne.¶Et proſequendo dicta do.Fely.in ij.col.in ver. corrobora-
ri,dicit dictam eius reg.ſeu concluſionem,poſſe corroborari ex
mente,doctorum, qui in pleriſque locis atteſtantur de multo
fauore conceſſo laicis volentibus fundare loca pia,quibus per-
mittitur, vt ad libitum diſponant in ea modum ſeruandum in

ipſis conferendis & regendis, & ipſa omnia non eſſe putanda
ad alium finem permiſſa, niſi vt laici videntes iura aſſiſtere beni
gnè & gratioſè deſideriis & voluntatibus eorum inducant fer-
uentius, & animoſius ad eccleſiarum ædificationes & dotatio-
nes, vnde ſi ad hunc finem talia eis conceduntur, multo ma-
gis conſeruanda eſt illis præſentandi facultas, qua ſublata tepe
ſcerent, & retraherentur eorum animi ab huiuſmodi fundatio
nibus. & ſic hic do. Fely. pro comprobatione prædictorum, ad-
ducit gl. in verbo, conſtitutum. in c. cum dilectus. & ibi doct. de
conſue. quæ vult fundatorem beneficij in limine fundationis
de conſenſu epiſcopi poſſe apponere conditiones, & modos,
non ſolum præter, ſed etiam contra ius commune, vt magis lai
ci inducantur ad eccleſias fundandas, & ſic adducit ibi Fely. ali-
qua dicta & declarationes circa has intelligentias, circa dictas
conditiones, quæ & quas obmitto: quia de eis ad ſaturitatem,
& pulcherrimo ſtylo diximus ſ. in j. lib. in ix. q. prin. in j. artic. ad
5 quem locum ſemper recurre pro prædictis. ¶ † Tu pro ſupra-
ſcripta concluſione & reg. do. Fely. & ſic præſentis art. adduc ēt
Phil. Fran. in d. c. ij. de præb. li. vj. concurrentem cum Io. An. Do-
mi. & aliis. Et Abb. in c. iij. in j. no. & in c. illud. in fi. hoc ti. & in di
ſputa. Augerio circa medium. v. colū. & in conſ. xxviij. in cauſa
communis. in ij. vol. & Barb. pulchrè loquentem, & adducentē
Lap. cum dicto Hoſt. de quo. ſ. & plura alia accumulantem pro
iſta concluſione in conſi. xxiij. in j. vol. ſcripſit propheta. in vij.
col. & ſeq. in verſi. circa tertiā dubitationem. & in conſil. xxxiij.
ſcripſit Pſalmiſta. in fi. col. in ij. vol. ponit non eſſe præſumendū
papam velle derogare conditionibus appoſitis per fundatorē,
vt ibi pulchrè: & hoc voluit Alex. in d. conſ. lxxiiij. viſo puncto.
in vlt. col. in iiij. vol. ſ. papam non præſumi præiudicare laico pa
trono. & Gay. in d. repe. c. fi. de elect. lib. vj. in xxvj. col. & Pau. de
cita. in hoc tract. in iiij. par. in verſic. ſed licet hoc poteſt papa. &
eſt pulchra regula In. viij. ſub rub. de iure pa. laicorum, quæ inci
pit, item voluit, quòd ſuper quo ius. & hoc idem voluit Fely. in
c. in noſtra in xxvij. col. in xxxviij. corrella. de reſcri. & in c. eccle
ſia ſanctæ Mariæ. in v. col. in ver. ſecundo nota caſum. de conſti.
& do. me. Corſe. poſt Abb. in c. ad aures. in ij. char. de reſcr. & iſta
eſt omnium doct. communis ſententia.

¶ Quartus art. ix. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Papa mandat prouideri de beneficio ad cuiuſcunque diſpoſitionem perti*
*nente, an comprehendat beneficium ſpectans ad præſentationem laicorum*
*& nu. 3. & an hæc verba includant præſentationes laicorum. nu. 4.*
2 *Papa ſi concedat prælato, quod poſſit eccleſiam inuitis patronis concedere, ta*
*men non inde ſequitur, quod conceſſerit: inuitis patronis laicis habentibus*
*ius preſentandi.*

1 Sed quid Et hic ſit quartus art. † ſi papa mandat prouide
ri de beneficio ad cuiuſcunque diſpoſitionem
pertinen. an comprehendat beneficium ſpectans ad præſenta-
tionem laicorum. Et hæc eſt prima ampli. do. Fely. in d. ſuo trac.
qui dicit aliud eſſe inſtitutionem, aliud præſentationem: in qua
per hoc verbum non inducitur, niſi inſtitutio. all. c. cum in illis.
§. j. & ibi latè Domi. in j. col. de præb. li. vj. & no. per gl. & Abb. ſu
per ea, in verbo, diſpoſitionem. in cle. vnica. de ſupplen. negli. p̄
la, licet ſecus, vbi materia eſſet fauorabilis, vt ibi p Car. in ij. not.
& dicit facere gl. ij. in c. fi. de ele. & ſubdit, dato quod in iſtis lo-
cis clarè non dicatur de præſentatione: tamen dum concludi-
tur, quòd diſpoſitio ſonat in actum prouiſiuum, & comprehen
dit omnem modum reformandi, ſequitur quod non includat
præſentationem, quæ non habet in ſe vim prouiſionis, vel re-
formationis, ſed præambulum ex parte inferioris ad talia. & ita
dicit etiam firmare Lap. all. lxxxiiij. incip. do. papa. dicentem idē
ſi diceretur ad cuiuſcūque collationem: vel quamuis aliam ꝓ-
uiſionem, ſeu diſpoſitionē. ¶ Tu adde, qđ voluit do. Cardi. in c.
dilectus. de of. leg. allegantem dictum zenzel. in extrauag. exe-
crabilis Io. xxij. quam ipſe gloſauit, dicentis, quòd ſi papa in re-
ſeruatione adiiciat, quòd nulli liceat ſuper reſeruatis, hoc mo-
do ſeruamus nobis beneficia ad prouiſionem cuiuſcunque ſpe
ctantia, quia non impeditur præſentatio beneficij ſpectans ad
laicum patronum. & hanc doc. etiam referunt & ſequitur Lap.
in alleg. xcix. beneficia vacantia. 5 1. fol. vbi etiam dicit Lap. ꝙ
2 ſi papa † concedat prælato, quod poſſit eccleſiam inuitis patro
nis concedere, tamen non ſequitur, quod conceſſerit inuitis pa
tronis laicis habentibus ius præſentandi. Sequitur prædicta pul
chrè Barb. in conſ. xxiij. ſcripſit propheta. in vij. col. in j. vol. & ſic
3 ex prædictis habes † non derogari patronis laicis, etiam ſi pa-
pa mandaret prouideri de bñficio ad cuiuſcūque diſpoſitionē,
ſeu ad cuiuſcunque prouiſionem, ſeu ad cuiuſcunque ordina-
tionem, ſeu conceſſionem pertineat, ſeu collationem: vt de col
latione clarè loquuntur Io. An. Dom. & alij in d. c. ij. de præb. li.
vj. & Barb. in loco præallegato. & de prouiſione & diſpoſitione
loquitur etiam Phil. fran. in c. cum in illis. in fi. §. illis. & ibidem
in §. cum autem. ſuper gl. in verbo, noſcatur Io. An. & alij preſer
tim ipſe Phil. dicit etiam non includi præſentationem laici, vel
clerici, ex patrimonio, ſi papa mandat prouideri de beneficio
ſpectante ad inſtitutionē epiſcopi, & de ordinatione loquitur
ibidem. ſ. in d. §. cum autem in ij. col. in ver. quid ſi ſcribatur. Do
mi. & poſt eum Phil. fran. & omnes concludunt in dictis termi-
4 nis † non includi præſentationes laicorum, ſed eccleſiaſtico-
rum patronorum.

¶ Quintus art. ix. q. prin. iij. part. ij. Libri.

1 ☞ *Papa ſcribens motu proprio pro aliquo beneficiando non cenſetur com*
*prehendere beneficium patronatum laicorum: Limit. nu. 4.*
2 *Motus proprius gratiam non firmat contra voluntatem concedentis, nec in*
*preiudicium tertij.*
3 *Clauſula motus proprij, ſubreptionem tollit.*

Quid autem Si papa ſcribat motu proprio, pro ali-
quo beneficiando, an cenſeatur com-
prehendere beneficium patronatum laicorum. Et hæc eſt ſecū
da ampliatio dom. Fely. ad eius regulam in d. ſuo trac. qui dicit,
1 † non comprehendi beneficium patronatum laicorum: ſecun
dum do. Ab. in c. ad aures. in penul. col. de reſcri. quia motus ꝓ-
prius non operatur circa intrinſecas qualitates beneficij, non
de defectu ſubreptionis, ſed quia nō apparet de voluntate prin
2 cipis: arg. c. cum in illis. & c. is cui. de præb. li. vj. † & quia motus
proprius non firmat gratiam contra voluntatem concedentis,
nec in præiudicium tertij, vt ibi per eum. all. etiam Rotam. lxv.
nota licet proprius motus. de reſcr. in antiquis: alias. iij. de præb.
in nouis. & Rota ſequens incip. dicebant: domini. quæ idem di-
cit in terminis iſtis in iure pa. laicorum. & idem dicit notare do.
Card. conſi. lxxxviij. papa vniuit. ad fi. alias. xcvj. & pro plena di-
ſcuſſione huius art. remittit ſe do. Fely. ad ea, quę ipſe ſcripſit in
d. c. ad aures. in iiij. col. in ver. quinta concluſio. & ſequenti. & in
v. col. in ver. tertius eſt caſus. vbi tenet hanc concluſionem: qa
motus proprius non præiudicat iuri tertij: & all. ibi plures hanc
3 partem tenentes. ¶ Et licet aliqui † teneant contrarium: dicit
eorum opinionem poſſe procedere, vbi cum clauſula motus
proprius, eſſet clauſula generalis, non obſtantibus quibuſcun-
que, per quæ gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri, vel
differri: quia tunc per talem clauſulam intendit impedire ius
tertij: & clauſula motus proprij tollit ſubreptionem. ar. c. ſi pro-
pter. & quod ibi Lap. de reſcr. col. xl. & de hoc vltimo remittit
3 ſe do. Fely. ad dicta per eum in c. nonnulli. de reſcr. colū. xl. & ſic
Fely. in d. c. ad aures. latè loquitur de hac clauſula motus proprij,
declarando illud commune dictum, motum proprium non o-
perari contra præſumptam intentionem concedentis, & ibi in-
ſeruit, quæ in hoc ſubtiliter ponit Franc. aretin. præceptor ſuus
optimus in c. cauſam. el ij. vbi etiam latè Fely. in ij. col. de teſti.
¶ Tu adde gl. in terminis in cle. ij. de præb. licet gl. in c. dilectus.
el iij. de præb, dixerit contrarium, quam ibi Abb. reprobat in j.
col. Sed pro prima gl. & noſtra concluſione vide Abb. in c. cum
dilectus. in iij. no. & in c. fi. in fi hoc tit. & in c. Ab. poſt medium.
de reſcrip. & Imo. in c. dilectus. in vlt. col. de of. leg. & voluit Bar
ba. in d. c. ad aures. & ibi do. me. Corſe. in ij. char. & ita conclude
4 & tenę. ¶ † Poteſt etiam limitari hæc concluſio, niſi eſſemus in
reſeruatione, quam motu proprio facit papa promouendo ad
ep̄atum beneficij quod tenebat iuris pat. laici, quia motus pro
prius præiudicat, quamuis de laico non faciat mentionem, qa
aliter tunc non erat vacaturum, & ideo ſibi non fit præiudiciū.
Ita latè Rota. xxxiij. ſuppoſito. de reſcrip. in nouis. de quo dice-
mus infra in xix. art.

¶ Sextus arti. ix. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 ☞ *Papæ literis mandantis, vt alicui prouideatur de beneficio etiam ſpectāte*
*ad præſentationem alicuius, an comprehendatur beneficium patronatum lai*
*corum.*
2 *Præſentatio, verb. an includat præſentationem patroni laici.*
3 *Verba reſtringenda, vt minus lædant ius commune, quam fieri poteſt.*
4 *Verba quæ poſſunt derogare iuri communi, in dubio ita ſunt accipienda, vt*
*non derogent.*
5 *Principis diſpoſitio quæ poteſt accipi & intelligi pro derogando, & conſeruā-*
*do iure communi, interpretatur pro conſeruando.*
6 *Papa in dubio non præſumitur poteſtatis plenitudine vti.*

1 Quid modo Et hic ſit ſextus art. † ſi in literis papæ di
ceretur, quod prouideatur Titio de be
neficio, etiam ſi ad alicuius præſentationem ſpectaret, an intelli
gatur de præſentatione competente alicui patrono laico. ¶ Et
hæc

hæc eſt tertia ampliatio do.Fely.qui dicit hoc intelligi de præ-
ſentatione competente alicui patrono eccleſiaſtico, non autẽ
ſeculari.all.Lap.eleganter all.lxxxiiij.incip.do.papa gratioſè cõ
ceſſit.Et dicit Io.An.ita tenuiſſe & conſuluiſſe,per no. in c. dile-
ctus.de of.legati.& de iſto conſilio facere etiam mentionẽ Do
mi.poſt Lap.Abb.in c.cum in illis.in §.j.in vlt.col.de præb.li. vj.
qui pro hoc adducit Hoſt.in c.cum dilectus.hoc titu.dicentem
2 † verbum præſentationis,non includere præſentationem laici
ſed eccleſiaſtici patroni.¶Et pro hoc do.Fely.dicit deduci poſ-
ſe,nam ex quo in iſta materia poteſt conſiderari ius pa. duplici
modo,Vno modo videlicet patroni eccleſiaſtici, Alio modo
patroni laici,iſta ſimplex mentio pręſentationis,quæ poteſt cõ
uenire vtrique,cenſetur conuenire ad illum,& vni,qui minus
deroget iuri alterius,ſicut de probatione æquiuoca dicitur in
c.in præſentia.de proba.& ſicut etiam dicitur in c.cum dilect⁹.
3 de conſue.† verba reſtringi,vt minus lædant ius commune,&
ſufficit quod aliquid operentur, etiam modicum, & ita hic re-
ſtringuntur verba:& ſufficit,quod poſſint operari in præſenta-
tione patroni laici. ¶Præterea,etiam ſi verba nihil operarenť,
intelligendo de patrono eccleſiaſtico,forte propter ea quæ ip-
ſe Fely.dicit in tertia ſua limita.de qua dicemus ĩ.tamen hoc ꝙ
nihil operentur,toleratur potius, quam fiat interpretatio con-
tra mentem iuris communis,ad cuius derogationem non ten-
dit neceſſario dicta clauſula:per id quod no.Dom.in c.ſi Roma
norum.in iiij.col.in ver.fallis.iij.xix.diſt.& in c.ſi papa.ad fi. prĩ.
4 de priui.li.vj.†vbi dicit,quòd verba quæ poſſunt derogare iuri
communi,& non derogare,interpretrãtur in dubio,vt non de-
rogent,etiam ſi nihil ex hoc operarentur:per c.cauſam,quæ,de
reſcri.¶Præterea ex quo de ſtylo curiæ & mente doctorum de
hac materia loquentium eſt,quod fiat mentio ſpecialis de iure
pa.laicorum,iſta non videtur eſſe ſpecialis mentio,in qua de lai
cis non exprimitur.iuxta gl.in cle.ij.in verbo ſpecialis.de of. or
di.& Bar.in l.j.in fi.ff.ſiquis in ius voca.nõ erit.cum concor. qua
ſi dicit Fely.ſe dixiſſe in c.tranſla.de conſti.¶Et addit bene face
5 cere dictum In.in c.dudum.in fi.de deci.†quòd diſpoſitio prin-
cipis, quæ poteſt interpretari in derogatione iuris communis,
& etiam ad conſeruationem iuris communis, potius interpre-
tatur ſecundo modo:& exemplificat vt ibi per eum : cuius di-
ctum de facili non inuenitur alibi,ſecundum Butri.ibi : & de eo
meminit Bal.in l.bonorum.C.qui admit.& dicit ſe dixiſſe in ca.
cum inter,de exce.& bene facere dictum In.in c.innotuit.ad fi.
6 de ele.†ꝙ papa non præſumitur in dubio vti plenitudine po-
teſtatis,& ſequũtur multi.pro quib.bene facit cle. fi.in prin. de
ſent.excom.& dicit facere ad hoc ſuam quartam ampli.de qua
dicemus in ſeq.art.¶Tu adde,ꝙ de dicto conſi.Io.An.s̃.all. loq
tur ẽt pulchrè Barb.in conſ.xxiij.ſcripſit ꝓpheta. in fi.vij.col.&
in princ.viij.vbi ẽt ↄcludit ſub mãdato de ꝓuidendo bñficio, ẽt
ſi ad præſentationẽ alterius ſpectaret non includere præſenta-
tionem laicorum,ſed ſolum eccleſiaſticorum patronorum, &
pro hoc adducit etiam gl.in c.cum dilectus.hoc ti.volentem le
gatum de latere non conferre beneficia ſpectantia ad laicum
patronum.& prædicta voluit etiam pulchrè Lap.in ſæpe alleg.
all.xcvj.beneficia vacantia.fol. 51.& videtur etiam velle Flori.
in cle.j.in vj.q.de præbẽ.qui vult quod in generali reſeruatione
papæ,& in alia quacunque reſeruatione includantur beneficia
patronata laicorum,niſi fiat de eis ſpecialis & expreſſa mentio,
illos nominando.quem ſequitur Phi.fran.in c.ij.ſuper gl.in ver
bo collatio.de præb.lib.vj.& hanc conclu.etiam tenet expreſſè
Lap.in d.c.cum in illis.in verbo noſcatur.qui dicũt eſſe de hoc
tex.in d.c.cum dilectus.hoc tit.vbi licet papa ſcriberet de bene
ficio ſpectante ad præſentationem quoruncunque:tamen non
includeret patronos laicos.de quo vltimo in proxim. articul.la
tius dicetur.

¶Septimus articul. ix.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞ *Papa mandãte alicui prouidere de beneficio ad præſentationem quorum cunque ſpectante,an includatur ius pa.laicorum.*
2 *Præſentatio,verb. appoſitum in literis apoſtolicis,patronos laicos includit.*
3 *Reſcriptorum verba,interpretationem ſumunt à iure communi.*
4 *Fideiuſſor ſi promiſit præſentare principalem quandocunque,intelligitur etiã poſt ſententiam.*
5 *Verba vniuerſalia,modificationes ſæpe admittunt.*
6 *Quorumcunque,verb.quid importet.*

1 Dubitatur Septimo,†quid ſi mandat papa alicui pro-
uideri de beneficio ad præſentationẽ quo-
rumcunque ſpectante,an includat ius pa.laicorum.Hic art.dif-
fert à pręcedẽti:qa ibi dicebať de bñficio ad alicuius pñtationẽ
ſpectãte,in pñti vero art.loquimur,cũ dr̃ de bñficio ſpectãte ad
pñtationem quorũcũq;,qđ eſt magis ſpeciale.Et hæc eſt quar-
ta ampliatio do.Fely.in ſuo tra.qui dicit ẽt hoc caſu non inclu
di pñtationẽ pr̃oni laici,all.doc.in d.c.cum in illis.in §. illis. vbi
Lap.& Io.An.quos refert Dom.ibidem in vlt.col.in ver.quid ſi
papa ſcribat.de præb.li.vj.vbi dicit poſt Lap.Io.An.ita conſuluiſ
ſe,& ꝙ pro eius deciſione facit,quod no.Hoſt.in c.cum dilect⁹.
2 hoc ti.†vbi verbum pñtationis,appoſitum in literis apoſtolicis
non includit laicos,ſm̃ Io.de fantu.& idẽ dicit ſentire expreſsè
do.Ant.in c.dilectus.in iiij.col.de of.leg.dicẽtem, ꝙ ſi in literis
papæ dicať de beneficio ſpectante ad præſentationem cuiuſcũ
que,non includitur beneficium patronatus laici,niſi aliud ex-
primatur.¶Sed profecto dicit Fely.difficilius eſt ſuſtentare hãc
ampli.q̃ præcedentem:qa verbum,quorũcunque,nihil opera-
3 retur,ſi intelligereť ſolum de pr̃onis eccleſiaſticis,†& verba re
ſcriptorum ſumũt interpretationẽ à iure cõi.c.cãm.de reſcri.&
in iure iſta verba prægnãtia ſemp augẽt vim verborũ,& operã
tur aliqd pluris:vt patet ex gl.in l.j.ĩ verbo,quacũq; cã.C.de ſer
uis fugiti.& in cle.j.in verbo,q̃uis.de re iud.& in cle.j.in eo.ver
bo de reb.eccl.non alie.vnde dixit Ang. in l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid
4 ita.ff.de edili.edic.ꝙ ſi fideiuſſor†promiſit pñtare principalem
qñcunque,intelligitur ẽt poſt ſnĩam,licet alias ſecus.l.grecè. §.
poſt litẽ.ff.de fideiuſſo.& dicit Domi.in c. decet.in princ. in iiij.
col.de immu.eccleſi.in vj.ꝙ qñ lex vel ſtatutum dat p̃tãtem co
gnoſcẽdi de qbuſcũq; cauſis,nulla cẽſeť excluſa.& dicit Saly.in
l.ſi ſerui.C.de noxa.ꝙ ſi ſtatutum punit occidentẽ aliquẽ quo-
uis modo,vel qualitercũq;,comprehendit ẽt homicidam, non
doloſum,ſed culpoſum,licet alias ſecus. vt per eum ibi. & per
Bal.in l.data opera.in v.col.C.de accuſ.& in l.quæcunque.in vj.
col.C.de ſeruis fugi.& Card.& Ana.in c.lator.de homici. & di-
ctum Saly.ſequitur Alex.in l.& ſi ſeuerior.in ij.colũ.C.ex quib.
cau.infa.irroge.& Baptiſta de ſancto Seuerino in aurea repeti.
l.omnes populi.ĩxxxiij.char.ff.de iuſti.& iur.vbi pulchrè ipſum
limitat & dicit Fely.facere multa ex his,quæ ipſe poſuit in c.ſe-
des.in iij.& vj.declaratione de reſcr.¶Et ſubdit Fely. & ſi dice-
res,verbum,quorumcunque,importat numerum eccleſiarũ,ſi
ue ſint prælaturę & prælati,ſiue conuentus eccleſiarum vtriuſ-
que ſexus,& ſic comprehendit omnes ſpecies patronorũ eccle
ſiaſticorum,adhuc diceretur ꝙ etiam abſque expreſſione illius
verbi quorũque ſufficiebat dicere ad præſentationem:quia cũ
non ſpecificaret de aliqua ſpecie pr̃onatus,non poterat intelli-
gi magis de vna,q̃ de alia:& intelligebať de qualibet:iuxta not.
de indefinita & vniuerſali per gl.in c.vt circa.de ele.lib.vj.& ibi
latè ſcribentes.& Barto.in l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.cum concor.
5 ¶†Subdit etiam Fely.& ſi diceres,verba vniuerſalia recipiunt
plerunque modificationes.ne.ſ.repugnent iuri cõi:vt ꝑ Bart.
in l.ij.§.prætor.ff.qui ſatiſdare cogã.& doc.in l.j.C.de ſacroſan.
eccl.cum ſimili.rñdetur illud eſſe verum,qñ mens diſponentis
non eſt aperta:& verba habent aliquid operari. ſed hic ſi ver-
bum,quorumcunque,debet aliquid operari mens papæ reſcri-
bentis,eſt certa ſuper derogatione cuiuſcunque patronatus,er
go in certis non eſt opus coniecturis,ſi enim vult derogare põt
vt s̃.dictũ eſt in ij.art.& de volũtate patet ex vi dicti verbi quo-
rumcunque:ergo vult id quod poteſt.¶Tamen dicit Fely.pro
pter autoritatem Io.An.Lap.Io.de fantu.& Dom.quib.non ha
beo contradictores putarem eorum deciſionem eſſe difficilis
expugnationis in practica.¶Pro qua adduci poſſet hęc ratio,ſe
cundum eum,magis perſuaſionem, quam demonſtrationem ĩ
ſe habẽs,ſi enim tenemus pro firmo,ꝙ de patronatu laicorum
requiritur mentio expreſſa:tunc nunquam dicetur expreſſum,
niſi nominatim dicatur, & non ſufficiet aliqua prægnantium
verborum demonſtratio:vt dicit probari ex c. inquiſitores. in
verbo,expreſsè.de hære.li.vj.& in cle.ij.in verbo,ſpecialis.de of
fi.ord.cum concor.quos dicit ſe dixiſſe in c.tranſla.in iij.col.de
de conſti.& ita reſidet ibi Fely.¶Tu adde hanc conclu. etiã te-
nere Pet.de anch.in d.c.cum in illis.vt ibi refert Phi.Fan.in §.cũ
autem.in j.col.qui etiam hoc ibi tenet & in præcedenti. §. inci-
pit,illis.in ver.in eadem gl.in fi.hoc idem tenuit Lap.d.all.xcvj.
beneficia vacantia.fol. 51.all.Io.An.vbi s̃.& hoc etiam expreſ-
ſè voluit Barb.in ſæpe all.conſi.xxiij.ſcripſit propheta.in fin. vij.
col.& in prin.viij.& all.Io.An.vbi s̃.& de hoc dico eſſe tex. cla-
rum iunctis dictis doc.ſuper eo.§.illis vero.ibi præſentationem
& ibi quorumcunque in d.c.cum in illis.de præb.lib.vj. ¶Et nõ
obſtant rationes do.Felyn.quia illud verbum, quorumcunque
6 †operabitur etiam ſi ad collegium præſentatio ſpectaret, quia
alias non videretur venire,ſicut nec venit electio in illo tex. cũ
ſpectat ad vniuerſitatẽ collatio,præſentatio vero ad collegium
ſpectat,ſic vt colligitur ex verbis omnium doc.ſuper gloſ.ibi in
verbo,electionem.& præſertim Phil.fran.¶Et quamuis do. Fe-
ly.dicat rationem quam facit pro hac concluſione eſſe potius
perſuaſiuam,quam concludentem,dico ſalua pace:quia eſt ni-
mium concludens.ſ. ideo non comprehendi præſentationem

laicorum,quia requirit expreſſam derogationem.¶Et quod il lud verbum quorumcunque,operetur vt includat præſentatio nem collegij eccleſiaſtici,quæ alias non includeretur, apparet ex his,quæ dicemus ĩ.in xxxiiij.art.in fi.

¶Octauus arti.ix.q.prin.iij.partis.ij. Libri.

1 ☞*Ius patro.clericorum non includitur in gratia papæ,ratione patrimo. & quid ita.& nu.5.*
2 *Clericus in patrimonialibus cenſetur laicus.*
3 *Papa non poteſt diſponere ad libitum de patrimonialibus clericorum.*
4 *Princeps non poteſt ſubdito bona conferre cauſa publicæ vtilitatis.*
6 *Legatus à latere non poteſt reſeruare nec beneficium conferre iuris pa.patro ni clerici,ratione patrimonij,tamen patroni eccleſiaſtici ſic.*

Et quia Proximè dictũ eſt ſub iſtis mandatis papæ inclu-
di beneficia ſpectantia ad pñtationẽ clericorum,
non autẽ laicorũ,dubitatur.viij.an ſub illis includat ius pa.ſpe-
ctans ad clericũ,non rõne eccleſiæ,ſed ratione pſimonij ſui. &
hæc eſt v.ampliatio do.Fely.q dicit ſub hmõi mãdatis papæ nõ
pſumi eũ velle derogare iuri pa.ẽt ſi ius pa.ſpectaret ad clericũ,
nõ rõne eccleſiæ,ſed rõne patrimonij ſui, qa q̃uis reg. p ipſum
formata nõ pcedat,vt ibi agit de patronatu eccleſiaſticę pſonę
vt dicit ſe eſſe dictur ũ in ſua.iij.limitatione.& nos dicemus.ĩ.i
1 xvij.art.†tñ ius pa.ratione pſimonij clerici nõ includet in ipſa
gratia,qa in hoc non ipſe cẽſetur eccleſiaſticus,ſed ſecularis.al.
leg.do.Abb.in c.cũ vos.in j.col.vbi dicit ita eſſe declarãda ea,q̃
habent in d.c.cũ dilectus.hoc ti.& idẽ tenere In.in c.dilectus.in
pe.col.de of.leg.& ſentire Ab.in c.eam te.in fi.hoc ti.& in c.Ab
batem.poſt modernos.de reſcri.& Domi.in d. c. cum in illis. in
§.cum autem.ante medium.ij.col.de præb.li. vj.& dicit eſſe ca-
ſum in d.c.cum dilectus.per quem dicit Abb.in iij.notab.cleri-
2 cum in pſimonialibus†cẽſeri laicũ:& quemadmodũ laicus nõ
poteſt priuari pſimonio ſuo ẽt p imperatorẽ, ſine cã: vt per In.
& alios in c.quæ in eccleſiarũ.de ꝯſti.ita nec clericus pſimonio
ſuo,p papã.& ideo dixit do.Ant.in c.cõſtitutus.de relig.dom.ꝙ
3 de pſimonialibus clericorũ†papa nõ põt diſponere ad libitũ,
ſicut nec princeps ſecularis de bonis ſibi ſubiectorũ & de hoc
facere feſtũ ibi Abb.in iij.col.dicentẽ eſſe ſingulare,& ſe nõ re-
cordari alibi legiſſe:qa In.in c.inquiſitioni.de ſent.excommu.di
cit papã nõ poſſe præiudicare laicis in bonis patrimonialibus,
vt illud dictum procedat etiam in patrimonialibus clerici, per
prædicta,ne qualitas clericatus faciat quem deterioris condi-
tionis,& cum iſta concordat Io.de ligna.in c.dilectus.el iij.&in
c.fi.de præb.per d.c.cum dilectus.hoc ti.iura enim temporalita
tis non mutantur,licet perueniant ad perſonam eccleſiaſticam
all.l.decurio.ff.de decurio.& pro hoc dicit eſſe videndum Pau.
de c.conſi.clvj.dicẽtem,quòd papa licet poſſit alicui clerico au
ferre ſuum beneficium:quia in illo clericus non habet aliquod
dominium directum,vel vtile nec dicitur dominus,ſed procu-
rator.c.ij.de don.tñ.dñiũ rei ſiue directũ ſiue vtile quæſitum ex
4 ꝯtu,non põt†papa alicui auferre,etiã clerico,ſicut nec impe-
rator laico,† niſi ex cauſa publicę vtilitatis. l. item ſi verba. §.
j.ff.de rei vẽd.cũ ſim.& ita dicit replicaſſe latius Pau.de caſt.cõſ.
cclxxj.pen.allegatione.& ſubdit bene qd no.Imol.poſt do.An.
in cle.paſtoralis.in v.col.ver.nota ſecundo.de re iud. non vale-
re proceſſum papæ contra clericum non citatũ,qñ agitur de pa
trimonialibus.& ex hoc inferre Bur.fuiſſe impugnatam decla-
rationẽ papæ,qui motu pprio declarauit domũ pizocarorum
de Florẽtia eſſe publicam,non aũt priuatã eis non vocatis:&de
hoc dicit fuiſſe magnã qõnẽ Florẽtię.& idem notaſſe Imo.poſt
But.in cle.j.in iiij.col.vt lite pẽdẽ.& in cle.j.in antep.col.de iure
iur.reputantẽ hoc valde notabile.& dicit Fely.hæc ſe tetigiſſe
in c.quæ in eccleſiarũ.de cõſti.in xj.col.in iij.declara.vbi plene.
& hoc idem voluit ipſe do.Felyn.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in
v.col.in ver.nota caſum.de conſti.& Fran.aret.in conſi. ſuo vij.
procedendum eſt breuiter.in vlt.col.¶Tu aduerte,ꝙ ſi eſſet ve
ra hęc rõ dñi Fely.ideo papam non intelligi derogare iuri pat.
clerici ex patrimonio:qa in patrimonialibus clericus cenſetur
laicus,& ſicut laicus per imperatorẽ nõ pt priuari patrimonio
ſuo:ita nec clericus p papã:ex quo pſupponit ius pa.eſſe de pſi.
monio,ſequeret ex illa rõne,papam nullo modo poſſe diſpone
re de iure pa.nõ ſolũ clerici ex patrimonio,ſed nec ẽt laici.& tñ
hoc eſſet ꝯ ea,quæ dixit do.Fely.in ſua reg.poſt princ.ij.colũ.in
ver.ſolutio.& Barb.in ſępe all.conſi.xxiij.ſcripſit prophe.in viij.
col.nos nõ debere querere de poſſe papæ, ſed de velle: qa ſine
dubio papa põt derogare etiam patronatui laicorum : vt dixi-
mus.ſ.in iij.art.ſed quærimus,an præſumat velle.& diximus ꝙ
non,niſi exprimat,vnde ſi eſſet rõ,de qua.ſ.papa non poſſet, ẽt
ſi vellet.qd non eſt dicendũ.vnde dico rõnem eſſe illã,qa cleri
5 cus patronus,†ex patrimonio cẽſetur laicus, eſt pulchra gl. in
cle.plures.§.fi.in verbo,pſentare.vnde ſicut papa non preſumit
velle derogare iuri par.laici,ita nec clerici ratione patrimonij:
quia cenſetur laicus:& in hoc multa adduci poſſent,ex quibus
patet clericum patronum ex patrimonio cẽſeri laicum.¶Et pri
mo nam non habebit ſemeſtre ad præſentandum , vt patroni
eccleſiaſtici,ſed quaſtrimeſtre,vt latè diximus ſ.in ij.par. huius
ij.lib.in j.q.prin.in j.art.poſt doc.in c.vnico.hoc tit.lib.vj.¶Item
quamuis ſit clericus,poteſt variare accumulando,vt laicus , qd
eccleſiaſticis patronis vetitum eſt:vt diximus ſ.in d.ij.par.huius
ij.lib.in vij.q.prin.in j.art.¶Item patronus clericus ratione pa-
trimonij poteſt præſentare plures,vt inſtituatur,quem epiſco-
pus elegerit alternatiuè,& conditionaliter , quod prohibetur
eccleſiaſtico:vt diximus ſ.in d.ij.par.huius ij.lib.in iij.q.princ. in
6 vj.viij.& ix.art.¶Item dicimus†legatum etiam à latere nõ poſ
ſe reſeruare,nec conferre beneficium iuris pa.patroni clerici ra
tione patrimonij,tamen patroni eccleſiaſtici ſic. c. quam dile-
ctus.& ibi In.in fi.verbis & omnes hoc ti.& nos diximus latè in
proxima præced.viij.q.prin.in j.art.verſus finem.

¶Nonus arti.ix.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Papa derogando,an teneatur derogare iuri pat.communi laico & clerico.& nu.6.*
2 *Denominatio vnde facienda.& nu.4.*
3 *Patronus laicus minus tempus habet ad præſentandum,quæ eccleſiaſticus.*
5 *Denominatio facienda eſt à qualitate eius,à quo ſi non fieret,illi præiudicaretur,ſi fieret,eſſet commodum.*

Sed Quid ſi præſentatio pertinet communiter ad clericum
1 ratione eccleſiæ,& ad laicum,†an per derogationem
papę intelligatur derogatũ vtrique,vel neutri.Et hic ſit.ix.ar.Et
eſt.vj.ampliatio do.Fely. qui dicit ſuam regulã pcedere, ẽt ſi
eſſet patronus ratione ſuæ eccleſiæ,& præſentatio ſpectaret ſi-
mul cum ipſo ad laicum,quia in tali miſtura præponderat qua
litas patronatus laicalis,& nõ dicitur ei derogatum, niſi expreſ
ſè in literis dicatur.Ita dicit decidiſſe Rotam.ccccl xvij.in ci. nũ-
quid ſi papa conferat,quam dicit non reperiſſe in libro deciſio
num compilato per rub.& illam etiam dicere,quòd ſi conferat
beneficium vacans in curia , vel reſeruatum pertinens ad prę-
ſentationem, vel patronatum clerici , & laici , non facta men-
tione de parte laici,quam habet in dicto patronatu impetratio,
eſt ſubreptitia,licet illa deciſio collectoris loquatur per verbũ
credo:& propter hoc forſan fuit omiſſa in noua compilatione.
& idem dicit firmare Fede.conſ.lxv.infraſcriptæ quęſtiones nõ
ſunt leues,quem ſequitur do.Abb.in c.fi.in fi.hoc tit.quia pro-
pter miſturam clerici non debet laicus priuari iure ſuo.arg.c.ſa
cris.de ſepul.& l.ſi communem. ff. quemadm.ſerui.amit.¶Fa-
tetur tamen papam poſſe vti iure clerici & conferre eccleſiam
non ſolius laici conſenſu,& idem legatus.vt latius per eum. &
hanc concluſionem tenuiſſe etiam Dom.in c.vnico.in fin. hoc
ti.lib.vj.& do.Ab.in c.dilectus.de of.leg.referentem Cald. dicẽ-
tem ita fuiſſe obtentum,licet aliqui conſuluiſſent contrarium.
& pro hoc adducit Abb.no.in d.c.vnico.hoc ti.li.vj.& tex.in d.
l.ſi communem.¶Subdit tamen do.Fely.eſſe verum contra di-
ctam concluſionem tenere Rotam.xxxiij.in antiquis.in titu.de
conceſ.præb.alias.cclxvj.papa conferendo.hoc tit.in antiquis:
quia ex quo pertinet pro parte ad clericum,& per conſequens
ad papam:maius dignum trahit ad ſe minus dignum.& inducit
etiam.c.per tuas.de arbi.vbi de cauſa ſpirituali poteſt compro-
mitti in clericum,& laicum ſimul cum ſimpliciter non poſſet
compromittit,& ſic propter perſonam clerici adiunctam,valet
compromiſſum,quod alias non valeret.c.contingit.eo.ti.ergo
idem in pposito.¶Tñ do.Fely.dicit his nõ obſtantibus amplia
tionẽ eſſe tenendã: & dignitatẽ ſeu qualitatẽ clericatus eſſe at-
tendendam:& debere prædominari , qñ ex hoc reſultat decus,
ſeu ꝯmodum eccleſiæ,aut eccleſiaſticæ pſonæ : & tũc fit in actu
miſto denominatio à qualitate clericali :nõ aũt à qualitate lai-
cali miſta.& ita procedat.c.p tuas.& bonus tex.in vnico.hoc ti.
lib.vj.vbi patronatus competens ſimul eccleſiæ,& laici, cenſen
tur eccleſiaſtici patroni , qui ſi cenſeretur laici , deterioraretur
conditio eccleſiæ habẽtis ſequi naturam patronatus laici, quo
ad quadrimeſtre datum laicis patronis,& non quo ad ſemeſtre
2 datum eccleſiaſticis,ſed quando ex prædenominatione †cleri-
calis qualitatis reſultat incommodum vel inferioritas eccleſiæ
tunc inſpicitur potius miſtura laicalis qualitatis,ſi ex illa melio
raretur conditio eccleſiæ,ſic ergo in propoſito,ſi attenderetur
qualitas clericatus,reſultaret incommodum clerico,qñ reſpe-
ctu derogationis,de qua agimus,pſoni eccleſiaſtici ſunt dete-
rioris ꝯditionis.c.cũ dilectus.hoc ti.¶Et demũ do.Fely.conclu
dit eſſe faciendam denominationẽ ab eo,qui eſt magis priuile
giatus,qñ agitur de habẽdo ex hoc maiori fauore: ne ſequatur
abſurdum

abſurdum: ꝙ propter dignius ſubiectum clericatus minoraref
ius eccleſiæ, contra. l. ꝙ fauore. C. de legi. cum ſimi. & ita reſidet
ibi do. Fely. & hoc etiam voluit Fely. in d. tracta. quando literæ
apoſtolicæ noce. patro. in fi. iij. limita. ¶Tu adde hanc eandem
partem tenuiſſe eundem Fely. in ca. in noſtra. in xxvj. col. in xxx-
viij. corollario. in ver. quarto quæro. de reſcript. & hoc etiã vo-
luit Philip. Fran. in d. c. vnico. in fi. hoc ti. & do. Barba. in d. c. dile-
ctus. de offic. legat. in princip. in antepe. colum. in verſic. vltimo
quærit hic domi. Abb. vbi accumulat multa de miſtura, & idẽ
voluit Paul. de citat. in hoc tracta. in vj. part, poſt medium. xxx-
iij. q. & voluit latè Roch. in hoc trac. in verbo, ius. in ſeptima. q.
in ſecunda colum. in verſicu. prima eſt, pone, & nos diximus. ſu-
pra in proxi. præceden. viij. q. princ. in quarto articul. ¶Aduerte
tamen, quia nos. s. in prima part. primi lib. in prima. q. princip. in
vj. articu. dum tractauimus ſi eccleſia & laicus ſimul habent ius
pat. an omnes cenſebuntur eccleſiaſtici vel omnes laici, latè po
ſuimus materiam miſturæ: & dum ibi oppoſuiſſemus de. d. capi.
per tuas. de arbit. pro concordia deduximus ſupraſcriptam di-
ſtinctionem domi. Felyn. & contra eam oppoſuimus de varia-
tione: quia in iure pat. communi eccleſiæ & laico, licet eccleſia-
ſticus patronus non variet: variat tamen laicus: vt voluit Abb.
in cap. cum autem. in j. q. hoc ti. & nos diximus. s. in ij. par. huius.
ij. lib. in vij. q. princ. in xiij. arti. & dedimus ibi plures ſolutiones.
vide ibi. ¶Vltra quæ dicta nunc conſidero domi. Fel. in hac ſua
diſtinct. minimum conſiderare fauorem eccleſiæ & clerici. Et
3 ideo vult, vt † ſi qualitas clericalis ſit magis honorabilis & com
moda eccleſiæ & clerico, illa attendatur: ſi verò laicalis, ſimili-
ter illa attendatur: certè hoc non placet: nam nulli dubium eſt
citius prouideri eccleſiæ, eſſe magis vtile illi, quam prouiſionẽ
prorogare: & laicus habet minus tempus ad præſentandum,
q̃ eccleſiaſticus: vnde ſtante conſideratione Felyn. in hoc caſu
deberet prædominare qualitas laicalis: & ſic ꝙ ambo haberent
quadrimeſtre, & tamen vterq; habent ſemeſtre. c. vnico. hoc ti.
lib. vj. ¶Et ſi diceres hoc eſſe propter commodum clerici, tunc
eſt aduertendum, ꝙ ſi loqueris de clerico beneficiando vtilius,
& illi citius prouideri, q̃ prouiſionem differre: ſi verò loqueris
de clerico habente præſentare, dico eſſe præponendam vtilita-
tem eccleſiæ, vtilitati patroni, maximè eccleſiaſtici: cui non tã-
tum attenditur nec defertur, quantum laico: vt in præſenti ma-
teria apparet: & etiam quia ipſe debet velle vtile eccleſiæ: & vl-
tra hoc, ſi daretur quadrimeſtre vtriq; poſſent ambo variare: &
ſic nullum eſſet clerici damnum: ergo remanet inconueniens:
quia nec eccleſia nec clericus præſentandus: nec clericus patro
nus patiuntur incommodum: ſed commodum, ſi haberẽt qua-
drimeſtre: & tamen non habent ſemeſtre: vt enim latè dixim⁹.
s. in ſecunda part. huius. ſecundi libr. in j. q. princ. in j. articul. duo
menſes dantur plus patrono eccleſiaſtico in compenſam: quia
non poteſt variare, vt laicus, ſi cõcederetur ſibi variatio: & qua-
drimeſtre nullum præiudiciũ ſibi fieret: ſed induceretur ex om-
ni parte æqualitas ſancta: vnde per iſtam inſtantiam, & alias in-
4 ſtantias quæ dari poſſent, corruit diſtinctio domi. Felyn. ¶ † Et
ideo ego dicerem denominationem eſſe faciẽdam ab illa qua-
litate, quæ non præiudicaret conſocio, & ſic tertio, quia tertio
præiudicandum non eſt: vt latè diximus. s. in hac par. huius. ij. li-
bro. in j. q. prin. in ix. articu. vbi latè poſuimus de præiudicijs ter-
tij: & hæc ratio ſeu diſtinctio melius concludit: nam poſſumus
dicere, ideo in iure pa. communi eccleſiaſtico & laico patronis
ambos habere ſemeſtre: quia eccleſiaſtico nihil detrahitur, lai-
co additur tempus, & ſic nulli præiudicium fit: & ideo in caſu
noſtro legatum non poſſe reſeruare, nec conferre beneficium
iuris pa. communis: nec illi papa intelligitur derogare: quia p̃-
iudicaretur laico, cui legatus non poteſt præiudicare: nec papa
præſumitur id velle facere, niſi exprimat. ¶Et ſi diceretur, cur
ad hoc vt poſſint ambo variare, non fit denominatio à laico? di
co quia in hoc caſu ambobus eſt prouiſum eccleſiaſtico, cum
maiori parte: clerico, cum minori & variatione: vt proximè di-
5 ctum eſt: & ſic hic non eſt attendenda aliqua qualitas. ¶ † Fiat
ergo prædenominatio à qualitate illius ex ipſis patronis eccle-
ſiaſtico, & laico, à quo ſi non fieret, illi præiudicaretur: & ſi fiat,
erit commodum vtriuſq;: & hæc eſt firmior regula, cui non po
teſt dari contraria inſtantia. Nota eam, quia nouiter eſt per me
cogitata: & poteris illam addere ad ea, quæ diximus. s. in j. part.
j. lib. in j. q. prin. in vj. arti. in ſecunda part. ſecundi lib. in ſeptima.
q. prin. in xiij. art. & in viij. proxi. præceden. q. prin. in iiij. arti. ¶Et
ex hac reg. mea colligitur aliud notabiliſſimum ad hoc propo-
ſitum: nam nos diximus. s. in d. j. par. j. lib. in j. q. prin. in vij. viij. &
xix. art. ꝙ ſiue in fundatione, conſtructione, & dotatione, fue-
runt plures laici, & vnus eccleſiaſticus, ſiue ex laico proueniat
ad eccleſiam, ſiue ex pluribus patronis laicis, vnus donet ius pa.
eccleſiæ, alij detineant, cẽſebuntur ipſi patroni eccleſiaſtici vel
laici ſecundum qualitatem prædominantem ibi diximus: & ẽt
diximus. s. in j. par. ij. lib. in j. q. prin. in ij. & tribus ſequen. articul.
6 dico in caſu noſtro eſſe attendendum præiudiciũ tertij, † vt à
qualitate ipſius capiatur denominatio, quãuis vnus eſſet, cui p̃-
iudicaretur, & plures non: quia ſecundum iura poſſet illis pluri
bus præiudicari. Do exemplum, plures ex fundatione, conſtru-
ctione, & dotatione, vel ex alijs habilibus titul. tranſlatiuis ſunt
patroni: quorum vnus tantum eſt laicus vel clericus ratione
patrimonij, quia idem eſt: alij verò omnes ſunt eccleſiaſtici, nõ
poterit eis legatus etiam à latere præiudicare: nec papam præ-
ſumetur velle derogare: niſi de laico fecerit expreſſam men-
tionem: & ſic omnes cenſebuntur patroni laici, ne præiudice-
tur illi laico inter eos exiſtenti, cum ex hoc omnes conſequan-
tur commodum: & ſicut in dictis locis diximus, ab vno clerico,
quo ad habendum ſemeſtre omnes cenſeri eccleſiaſticos: ita
ab vno laico quo ad euitandas prouiſiones legatorum, & pa-
pę, omnes cenſeri laicos, & non eſſe conſiderandam maiorita-
tem numeri & iurium ipſorum: & hæc eſt maxima extenſio ad
concluſionem noſtram.

¶Decimus artic. ix. q. princ. iij. partis. ij. Libri.

1 *☞ Papæ literis ſi exprimatur, non obſtante iure pat. laicorum, & non obſtan-
tibus ſtatutis eccleſiæ, quibus continerentur nonnullæ qualitates concernen-
tes perſonam promouendam, an includatur ius patro. laicorum.*
di:tunc temporis conſtare de iure pa. quia gratia impetrãtis nõ
fundatur ſuper hoc: vt de per ſe patet.Secus ſi fundaretur ſup
hoc,ſicut quando tacuit illegitimum.de quo in reg.infamibus.
de reg.iur.libr.vj.quia etiam nullo opponente quo ad hæc quæ
nõ præſumuntur, debet ſe iuſtificare: alias ſuccumbit.de elect.
cum nobis ipſis.Ergo in caſu noſtro,qui dicunt ſe patronos, in-
cumbit onus,vt probent, ꝙ tempore impetrationis clarè con-
ſtabat de patronatu:quia ex quo ius impetrantis non fundatur
in hoc,qđ eſt,eccleſiam habere patronos vel non, imo hoc eſt,
quid extrinſecum,ſtat regula excipiẽtem probare debere. quæ
procedit etiam in excipiente contra gratium beneficialem: vt
no.Io.And.in c.j.de litis conteſta.libr.vj.& pro hoc etiam addu-
cit:quia in illis literis dicitur,ac de iure patr.laicorum exiſtat, de
quibus vt aſſeritur &c.& non dicit,aſſeris, licet ſi bene in literis
diceretur,aſſeris.do.Car.vult adhuc incumbere onus probandi
ipſis patronis:quia proponẽs negatiuam, eo ipſo probat illam,
ex quo non probatur contrarium: & hoc quia ſuper ea ſe non
fundat,nec præſumptio eſt contra negantem,nec aliquis caſus
ſubeſt,de quibus negans probare debet. de quibus per Io.And.
in reg.ſine poſſeſſione.de reg.iur.lib.vj. ¶Quarta ſit declaratio
6 vt ex quo patroni probare debent † probatio debet eſſe mani-
feſta,ponderando duo verba in illa gratia † appoſita.ſ.& cõſta-
re, quorum vtrunq; exigit manifeſtationem, vt dicit Cardi.ibi
in fi.de verbo Car.tunc dicitur clarè,quando conſtabat ſine hæ-
ſitatione cuiuſcunq;. Pro hoc in autent.de teſtibus imperfect.
7 §.nos igitur.ibi,clara & aperta.& xxi.diſt.inferior,†ibi, ſole cla-
rius.conſtare vero dicitur,quod palam eſt. ff. de tranſactio.l.cũ
hi.§.modus.vbi ad probandum quid eſt palam, ſubinfertur in
tex.conſtat enim &c.palam autem dicitur, quod fit coram om-
nibus vel pluribus,& ille eſt proprius modus accipiendi palam,
vt dicit ibi gloſſ.licet alio modo ſumatur.ff.de ritu nup.l.palam.
vbi ſubeſt alia ratio,vt ibi per eum.nota prædicta:quia pulchra,
& alibi non inuenta.

¶Vigeſimustertius art.ix.quæſtio princ.iij.partis.ij.Libri.

1 *☞Literæ apoſtolicæ non præiudicant veris patronis alijs exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

Sequitur Modo.xxiij.dubitare,quid ſi aliqui eſſent patro
ni, non tamen in quaſi poſſ.præſentandi, quia
eſſent alij,an de iſtis exiſtentibus in poſſeſſione ſit faciẽda mẽ-
tio, ſicut de veris patronis, vel ſit facienda mentio de veris pa-
tronis in literis apoſtolicis?& hæc eſt nona limitatio domi. Fel.
qui dicit ſuam regul. procedere, niſi aliqui eſſent ſolum patro-
ni,non autem eſſent in quaſi poſſeſſ.præſentandi, ſed alij: quia
de iſtis nõ expedit facere mentionem: ex quo per literas apo-
ſtolicas eis nõ præiudicatur,quo ad præſentationem, quã non
ipſi,ſed quaſi poſſeſſ.facere debent: vt per Innocent. in capitul.
cum in eccleſia.de cauſa poſſeſſ. & proprie. Ita formaliter dicit
decidere domi.Cardi.in dicto conſil.lxix. vacante quadam par-
rochiali eccleſia.in ſecunda colum.vbi expreſſè dicit in verſicu.
ſufficit enim ad præiudicandum præſentationem laicorum ita
debere in gratia fieri mentionem, ſi ſunt in quaſi poſſeſ. patro-
1 natus,ſicut ſi ſunt veri patroni,†addendo quòd ſi eſſent ſolum
patroni,& nõ in quaſi poſ.præſentandi: ſed alij de ipſis nõ expe
diret, fieri mentionem ex quo per literas apoſtolicas eis non
præiudicatur,quo ad præſentationem,quam non ipſi: ſed quaſi
poſſ.facere debent.allegat Innocent.vbi proximè in dict.capit.
cum eccleſia.de cauſa poſ.& proprieta. ¶Et prædictis adde, qđ
latè poſuimus ſupra in prima parte huius ſecundi libri. in tertia
quæſtione principal.in primo articul. dum tractauimus,vtrum
quaſi poſſidens ius patr.poſſit præſentare,ſicut verus patronus.
vbi in verſicul.ſentit etiam prædicta,poſuimus dictum Cardin.
de quo proximè:& faciunt quæ dicit Paul.de citat.in hoc tract.
in vj.par.in xvij.q.in fi. ¶Quod conſilium domi. Cardin.allegat
Philip.Decius in conſilio.cxvij.diuino &c.& pro tenui in ij.col.
in ver.& in tali præſentatione,& pulchrè ponit idem Philip.ſu-
praſcriptam concluſionem do.Card.in conſil.cxxiiij.placet mi-
hi.in ij.col.& in conſil.cxxvj.in cauſa do.Franc.ante fi.ij.colũ. &
in conſil.cxxix.diuino &c.& pro tenui.ante fi.iij.col.& in conſi.
cxxxiiij.viſo puncto.in ij.col.

¶Vigeſimusquartus artic.ix.q.princ.iij.partis.ij.Libri.

1 *☞Beneficij patronati laicorum impetratio facta, nulla de eis facta mentione in literis apoſtolicis, an conualidetur patronis tacentibus per quatuor menſes.*
2 *Patroni conſenſus expreſſus, ſequens inſtitutionem,num eam validã reddat.*
3 *Agendi de contemptu poteſtas,quandiu duret.*
4 *Collatio facta per habentem inſtituere,ſpreto patrono etiam laico,conualidatur pluribus modis.*
5 *Patroni non præſentantis negligentia,facit,vt prouiſio deuoluatur ad habentem inſtituere.*

Subſequenter xxiiij.dubitaĩ,quid ſi p̃roni laici, de q-
bus impetrãs bñficium iuris pat. ipſo-
rum à papa nõ fecit mentionẽ,ſciẽtes impetrationẽ, tacuerũt p
1 quatuor menſes, †an validaĩ impetratio?& hæc eſt.x.limitatio
do.Fely.quã dicit eſſe importãtiſſimã,vt ſua reg. ꝓcedat,niſi pa
troni de qbus impetrãs nõ fecit mentionẽ ſciẽtes hoc, taceant
per quatuor menſes: qa collatio remanet valida: & nequeunt
amplius ſe opponere. Ita dicit putare indubitanter inferri poſ-
ſe ex aurea deciſione do.Car.in cle.j.circa.xv.col.in ver.ſed poſt
longam cogitationem,defendo partem plebani.de ſupplẽ. ne-
2 glig.prælat.vbi dicit,ꝙ ↄſenſus†expreſſus p̃roni ſequens inſtõ-
nem,facit eã validã:quia illud qđ exigiĩ ex parte p̃roni, ſapit po
tius aſſenſum,q̃ autoritatem.Sufficit aũt, ꝙ conſenſus interue-
niat in actu,& etiam poſt.c.cum cõſuetudinis.de cõſuetu.& ibi
Inn.& no.in c.j.de reb.eccl.nõ alie.lib.vj.& in c.cum nos.p. & 
tex.de his,quæ fiunt à præla.Sed ſi ſolum nõ contradixit,an p.
hoc videatur conſentire,pendet à qõne, qñ tacens dicitur con-
ſentire,de qua in c.in geneſi.de elect.& in c.nonne. de præſum-
ptio.& potius videretur non haberi pro conſentire niſi faceret
aliquem

aliquem actum poſitiuum, per quem approbet inſtitutum: ta-
men putat Car. ꝙ ſi non præſentat alium infra tempus iuris, in-
3 telligitur conſenſiſſe: cum ſublata ſit † poteſtas agendi de con-
temptu, quæ durat donec durat poteſtas præſentandi: nā lapſo
tempore non poteſt dici contemptus, ſed potius ipſum ius ſuū
contempſiſſe. ¶Et ſic dicit Card. expreſſim voluiſſe, ꝙ illud, q̄d
dicitur, nullam eſſe collationem factam ſine præſentatione. ca.
decernimus. xvj. q. vij. eſt verum, contradicente patrono. Secus,
ſi conſentit expreſſè vel tacitè: & probare etiam ſubtiliter præ-
ſentationem nō eſſe partem ſubſtantificam inſtitutionis, & idē
putat Fely. indubitanter eſſe dicendum in collatione facta per
papam. adducit ad idem Abb. in diſputatione ſua. Augerio. in
xxvij. col. in fi. ſecundi dubij. in ver. aut patronus non conſenſit.
vbi dicit, ꝙ ſi infra tempus præfixum à iure ad præſentandū pa-
tronus nō conſenſit, nec contradixit, & ſic per negligētiam eſt
priuatus iure ſuo, collatio prius facta cōualidatur ipſo iure abſ-
que collatione in futurum faciēda: quia ipſe eps nō poteſt cō-
trauenire collationi à ſe factæ. c. diuerſis fallacijs. de cleri. cōiug.
c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. vj. & ſic dicit intelligere. d. c. decer
nimus, & has duas deciſiones breuiter cōmemoratas plurimū
ſeruire in facto, quoniam ſecundum eas dicit ſe ſæpius conſu-
luiſſe & obtinuiſſe: & ita reſidet ibi Felyn. ¶Tu aduerte nos ſu-
pra in ij. q. prin. huius partis in ij. arti. latè tractaſſe materiam. ca.
4 decernimus. xvj. q. vij. & diximus collationem † factam per ha-
bentem inſtituere, ſpreto patrono etiam laico conualidari plu-
ribus modis: & præſertim per conſenſum tacitum, puta qa fuit
præſens & nō contradixit: vt ibi latiſſimè diximus in ij. conclu-
ſione, & per conſenſum expreſſum: vt ibidem diximus in v. cō-
cluſione, & per lapſum temporis dati ad præſentadum: vt ibidē
diximus in vj. conclu. ſemper deducendo dicta Abb. in prælle-
gata diſputatione, Augerio. cum igitur hæc habeant locum in
collatione habentis inſtituere. multo fortius debent habere lo
cum in collatione facta per papam. ¶Nec obſt. ꝙ per negligē-
5 tiam patroni nō † præſentantis deuoluatur prouiſio ad haben-
tem inſtituere: vt in ca. ij. de ſupplen. negli. præla. & diximus ſu-
pra in d. ij. q. prin. huius partis in vj. art. & ſtante illius negligētia
gradatim ad alios ſuperiores: per c. ij. de conceſ. præben. & dixi-
mus ibidem in viij. art. & diximus etiam ſupra in vij. q. prin. hu-
ius partis, in iij. & iiij. art. tamen de præiudicio ipſorum nō eſt fa
cienda vis, cum illis papa præiudicat ſine derogatione: vt no. in
c. ij. de præbend. lib. vj. & in c. cum dilectus. hoc ti. & in c. dilect⁹.
de of. lega. & ſic in hoc non eſt inſiſtendum. Et pro prædictis fa-
ciunt, quæ dicit Domi. poſt alios in c. ſtatutum. in fi. j. colū. cum
ſeq. in ver. quid ſi ordinarius. dum loquitur, ſi ordinarius cōfert
infra menſem datum papæ, & papa poſtea non confert, an vali
detur collatio.

¶Vigeſimusquintus art. ix. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 *Literæ apoſtolicæ includunt beneficium patronatum laicorum, acquiſitum ex præſcriptione vel conſuetudine, etiam nulla mentione facta de patronis laicis.*

Dubitatur xxv. quid ſi ſit ius patr. quæſitum per laicum
ex præſcriptione, an literæ apoſtolicæ de-
beant de eo expreſſam mentionem facere? & hæc eſt xj. & vlti.
limitatio do. Fely. qui dicit ſuam regu. procedere, niſi agatur de
1 iure pat. † quæſito ex præſcriptione vel conſuetudine: quia va-
lent literæ apoſtolicæ nō facientes de eo mentionem. alleg. Fe-
de. in conſil. lxv. infraſcriptæ quæſtiones nō ſunt leues: quia tūc
videtur ceſſare ratio de retrahendo laicos à fundatione eccle-
ſiarum: ex quo præſupponitur patronos ex præſcriptione non
fundaſſe eccleſias, & pro hoc adducit etiam Car. in caſu articu-
li noſtri proprie loquentem in conſilio. lxj. Sed tu dic melius in
conſil. lxix. vacante quadam parrochiali eccleſia, in ij. dub. dicē-
tem valere gratiam apoſtolicam non facientem mentionem
de tali iure: quia ceſſat ratio retrahēdi laicos à fundatione, quæ
eſt potiſſima in hac materia: vt no. gl. penul. in fi. in d. ca. cum di-
lectus. hoc ti. & hanc opi. ſequitur domi. Anto. in capit. dilectus.
de offic. leg. in quarta colum. in verſic. quæro quid ſi non ratio-
ne, & ibidem domi. Abb. in fi. & hoc etiam tenuit domi. Cardi.
in clementi. per literas. in tertia colum. in tertia. q. de præbend.
& pulchrè in clementi. ſecunda. in ſeptima. q. vt lite pendent. di-
cens etiam ſe idem tenuiſſe in d. c. dilectus, & hoc idem tenuit
in conſilio. lxxj. ſed melius dixiſſet. xcvj. papa vniuit. in vlti. colū.
& dicit idem etiam conſuluiſſe And. ſicu. in conſil. alle. per eum
in ſecunda ſua limitatione, quæ eſt. xvj. arti. noſter, vbi allegauit
conſilium Andr. Sicu. quod eſt immediate ante conſilium Ale-
xand. de Imol. lxxiiij. in iiij. volumi. ¶Sed tu alleg. Barba. latè de
hoc loquentem in d. cap. dilectus. in viij. colum. in verſicu. limi-
tat tamen, & Phili. Decius in conſil. cxvij. diuino &c. & ꝑ tenui
in ſecunda colum. in verſic. tertio etiam reſpondetur, & in vlti.
colum. in verſic. ſecundo. reſpondetur. & in conſil. cxxvj. in cau-
ſa domi. Franc. in ij. colum. qui dicit in curia Romana non fieri
hanc differentiam, vt ibi per eum. ¶Poſtea domi. Felyn. circa
hanc ſuam limitationem facit tres conſiderationes, quas nos
ſupra retulimus in viij. præceden. q. princip. in tertio articul. ad
ibi dicta nos remittimus, vbi tractauimus an legatus poſſit de
talibus beneficijs diſponere? & faciunt etiam, quæ diximus in
xiiij. præceden. artic. ¶Et per iſta ſunt expedita omnia dicta im-
mortalis doctoris domi. Fely. in d. ſuo trac. qui in fi. ponit ferti-
lem apoſtillam in materia iuris patro. qui dicit de collationibus
inferiorum ſe alias dicturum: & aliquid poſuiſſe in ca. cum Ber-
toldus. de re iudic. datis ſex nouis limitationibus. ad. d. capit. de-
cernimus. volentem irritam eſſe collationem eſſe factam ſpre-
to patrono, & cætera in materia iuris patron. eſſe videnda per
ſcribentes in toto hoc titul. vbi dicit ſe alias plura recitaſſe vltra
apoſtillas doctoris ſui Batho. Bellenci. quondam auditoris cau-
ſarum palatij apoſtolici, & multa etiam poſuiſſe Pau. de Eleaza.
in repeti. capit. nobis. hoc titul. & multa etiam inueniri poſſe in
repertorijs maximè Brixienſis, & Firma. in verbo patronus, &
in tabulis conſiliorum Fede. Oldra. Ludouic. Card. Rotæ & alio
rum ex quibus facile fieret nedum ingens tractatus, ſed amplū
volumen. ¶Et ſubdit prædictam quæſtionem ſe non reperijſſe
in locis prædictis diſcuſſam, & illam omnino ſubijcere corre-
ctioni dominorum curialium.

¶Vigeſimusſextus art. ix. q. prin. iij. partis. ij. Libri.

1 *Literæ apoſtolicæ, in quibus papa expreſſè derogat, ſi patroni inter ſe conuenerunt quòd alternis vicibus præſentent, an præiudicent illis, qui habebant illa vice præſentare, in omnibus.*
2 *Papa ſcribendo quòd aliquis recipiatur in proximè vacaturo, intelligitur grauare illum ad quem ſpectat collatio beneficij tempore vacaturæ illius, & non alium.*
3 *Contractus claudicare poteſt: non tamen diſtractus.*
4 *Iudicium non debet claudicare reſpectu partium, Secus reſpectu aliorum.*

Expediti De dictis do. Fely. in d. ſuo trac. tranſeo ad alia,
quæ mihi occurrerunt in hac materia, & ſic
patronatus, nona quæſtio. principal. & proſequendo ordinem.
xxvj. articulus ſit, ſi patroni inter ſe conueniunt, quòd alternis
vicibus præſentent, quod fieri poteſt, vt eſt text. in clemen. plu-
res. hoc titu. & diximus latè ſupra in ſecunda parte primi libri.
in ſecunda quæſtione principal. in xxxvj. articu. & papa derogat
1 patronis expreſſè pro primo beneficio vacaturo, † an erit in ꝑ-
iudicium illius, qui habebat præſentare in illa vice iuxta eorum
conuentionem, vel in præiudicium omnium, vt in ſecunda vi-
ce illi impediti præſentare poſſint. hunc articulum formauit
Ioan. de Ana. in conſilio. xliij. in Chriſti &c. ſtante viciſſitudine
in alijs terminis, ſcilicet quando ius conferendi ſpectabat epi-
ſcopo, & capitulo, inter quos erat conuentio viciſſitudinis, &
tunc temporis viciſſitudo erat epiſcopi. ¶Et Ioannes de Ana.
2 pro capitulo dicit facere: quia papa ſcribendo † quòd aliquis
recipiatur in proximo vacaturo, intelligit grauare illum, ad quē
ſpectat collatio beneficij tempore vacature illius, & non aliū.
Ita ſatis dicit probari ex his, quæ habentur in capitulo manda-
tum. in capitulo literas, & in capitulo abbatem. de reſcriptis, &
hæc videtur eſſe intentio papæ, quæ omnino ſeruanda eſt: vt in
dicto capit. mandatum. ſed in illo caſu tempore, quo illud bene
ficium vacauit, collatio ſpectabat ad inueſtientem ſtante viciſ-
ſitudine: ergo illum voluit grauare: & non capitulum, ad quod
non ſpectabat: & dicendum contrarium eſſe ſecus, & abſurdū
alium grauare: vt in ca. ſi. de præbend. in vj. & ſic cum ipſe inue-
ſtiens fuerit priuatus poteſtate conferendi illa vice per haben-
tem poteſtatem: vt in c. eam. de præbend. lib. vj. non debet præ-
iudicare ipſi capitulo. ¶Et ſubdit non obſtare, ſi diceretur ſecū-
dum hoc viciſſitudinem claudicare, quod eſſe nō debet: per id,
quod habetur in l. ſi id quod purè. §. ſi pupilli. ff. de reſcindē. vēd.
3 vbi probatur, ꝙ licet contractus poſſit claudicare: tamen non
debet claudicare diſtractus, tenendo collationem vigore viciſ-
ſitudinis eſſe potius diſſolutionem, quàm celebrationem con-
tractus: nam reſpondetur iſtud procedere, & eſſe verum, con-
tractum non debere claudicare, opera, & facto alterius partis:
ſed hic claudicat opera & facto papæ: cuius autoritas & pote-
ſtas intelligitur reſeruata in ipſa cōuentione viciſſitudinis: iux-
ta id, quod habetur in l. imperatores. ff. ad municip. & in capitu-
lo venientes, & in capit. quemadmodum, & in ca. petitio. de iu-
4 reiur. & in c. conſtitutus. de reſcri. ¶† Pro quo etiam dicit face-
re, q̄d no. in ſimili iudicium non debere claudicare reſpectu ip-
ſarum partium, ſed reſpectu aliorū, ſecus: vt ibi per eū. ¶Dicit
etiam nō obſtare reg. impedito iuſtè nō currere tēps. ca. quia di-
uerſitatem.

uerſitatem.de ɔceſ.præbend.quia capitulum nõ fundat ſe tan-
tum in negligẽtia innitiẽtis,quantum,in priuatiõe ſummi põ-
tificis, qui priuauit illum illa vice poteſtate conferendi, quod
potuit & voluit.¶Dicit etiã ꝙ nõ obſtare tex.in c.ſi electio. cũ
materia ſua de elec.lib.vj.quia illud procedit, niſi allegetur tale
quid, quo eligentes dicantur priuati poteſtate eligendi: vt ibi
no.per glo.& doc.ſed hic allegat̃ priuatio papæ,ergo &c.¶Vbi
do. Ludo. Bologni.in addi.quam facit ad d.conſil.qui adducit
caſum noſtrum in terminis deciſum per Io. And.in c.cum in il-
lis.§.fi.ſuper verbo,præſentationem. de præben.lib. vj.ꝙ ſi ſunt
plures patroni vnius eccleſię,qui ſimul conueniunt,vt alternis
vicibus præſentent:& ſtante hac conuentione papa mandat ꝓ-
uideri de beneficio ſpectante ad præſentationem alterius illo
rum patronorum, qui pro illa vice habebat præſentare illi ſoli
mandatum papæ præiudicat,& non alteri compatrono,cui alte
ra vice ſpectabit ratione viciſſitudinis.alleg.quod habetur in c.
dilectus.el.iij.de præben.& in c j.hoc ti.lib.vj.& bene facere,qđ
habetur in l.via.§.vſus.ff.de ſerui.& in l.communi diuidundo.§.
cum de vſufr.ff.communi diuidun.& dicit ab iſta autoritate Io.
And.nõ eſſe recedendum in iudicando & ɔſulendo: vt ibi pul-
chrè per eum qui dicit facere pro hoc bonam gl.in d.cle.ſi plu-
res.hoc ti.ſequitur Io.And.ibi Domi. poſt princ.d.§.fi.& voluit
ibidem hoc Philip.Fran.in vlt.col. & hoc dictum retulit cũ ma-
gno apparatu, dicens de eo nõ meminiſſe Fel.in ſuo trac.dom.
Roch.in hoc trac.in verbo,ius.in vj.q.in ij.col.& nos retulimus.
ſ.in d.xxxvj.articul.ij.q.princip.ij.parte.j.libr.in verſicul. reperi
poſtmodum.

¶Vigeſimusſeptimus:& xxviij.art.ix.q.prin.iij.par.ij.Lib.

1 ☞*Literæ apoſtolicæ præiudicant, ſi in eis ſcribatur quòd prouideatur alicui de beneficio ſpectante ad præſentationem duorum, expreſſa mentione facta de eis, etiamſi præſentatio non pertineat ſimul, ſed ſucceſſiuè. Et quid in hoc caſu, ſi eſt facta mentio de vno tantum, nu. 2.*
3 ☞*Literæ monitoriæ ius non dant, quod afficiat.*

1 Sed pone Et hic ſit.xxvij.art.†ꝙ ſcribatur per papam,vt
prouideatur alicui de beneficio ſpectante ad
præſentationem duorum,ſed præſentatio nõ ſpectat ſimul, ſed
ſucceſſiuè:vt quia ſcribitur ad præſentationem plebani,& abba
tis:& plebanus præſentat abbati: & abbas epõ,per quem fit in-
ſtitutio ſecũdum practicam poſitam in c. ad audientiam.el.j.in
gl.iij.de eccleſia ædificãda,an poſſit prouideri de tali beneficio?
Et domi.poſt Io.And.in d.c.cum in illis.in §.fi.in j. colũ.in §.ſed
pone. tenet ꝙ ſic:quia ſufficit ꝙ ad eos ſpectet præſentatio ſi-
mul,ita ꝙ non ad alterum tantum.vt dicit ille tex.§.fi.& voluit
ibidem Pet.de Anch. & Philip. Franc.ibidem poſt prin.ij.col.in
ver.in gl.in verbo non obiecto.
2 Sed Fortius eſt †dubium:& hic ſit. xxviij.arti.in caſu præce-
dentis art.quãdo ambo non exprimuntur,ſed alter tan-
tum:an beneficium includatur?Hunc etiam arti.ponit Do.poſt
Io.And.in d.c.cum in illis.§.fi.in j.colũ.in ver. ſed fortius eſt du-
bium,& dicit,videtur,ꝙ ſic ſi exprimatur plebanus,qui dat prin
cipium huic præſentationi,& cuius factum eſt gratuitum, & vo
luntarium,& qui verè grauatur: & non abbas,cuius factum eſt
neceſſarium:& qui in veritate nõ grauatur, & dicit pro hoc bñ
facere.c.literis.de reſcrip. In talibus enim ponderamus initium
& cauſam.ff.manda.l.ſi procu.in fi.& ff.de origi.iur.l.j.& ab illo
recognoſcẽdum eſt beneficium:vt no.in c.dilectus.de of.legat.
¶Poſtea dicit in cõtrarium videri, & debere cõſiderari præſen-
tationem,quæ fit epiſcopo,ex qua ſequitur inſtitutio: & ſic lo-
qui iura de præſentatione tractantia: & licet tales neceſſario id
agant:tamẽ præſentatores ſunt ſicut & electores dicuntur, qui
neceſſario certum eligunt,vel ex mandato papæ, de his quæ fi.
à maio.par.capi.ca.ex ore,& no.in c.cum in veteri.in gl.antepe.
de elec. vel quia tenentur eligere de collegio, vbi non eſt niſi
vnus eligibilis:vt no.ſ.de elec.cum terra.vel quia procuratoriũ
habent de certa perſona eligenda.cap.penulti.§.porro, & ibi gl.
de elec.libro ſexto.allegat ſimile,de quo in ſequen.articu.Et ſic
cõcludit Ioan.And.Abb.fore exprimendum: & dicit iſtam par-
tem fortificari, ſi teneamus inſtitutionis expreſſum præiudica-
re præſentanti.De quo dicemus.j.in ſequen. artic.vnde fortius
plebano præiudicabitur in hoc caſu. ¶Et ad decre.literis.de re-
ſcrip.reſpondet vt dicitur in quæſtio. priorum ſuper regul.qui
prior.de regul.iur.ante fi.ſecũdum Ioan. And.vbi dicitur inſpi-
ciendum eſſe initium, quo ad id, quod ibi dicitur, vt attribua-
tur grauamen inchoamenti non perficienti ex debito honeſta-
tis. Sed non negatur ibi, quin dicatur receptus autoritate eius,
3 qui perficit actum,maximè cum †per monitoria non detur ius
quod afficiat.hæc idem voluit ibi Pet.de Anch.& Philip. Franc.
in ij.col.in ver.quid autem.¶Quis autem fungatur maiori præ
rogatiua præſentans vel inſtituens, & plus iuris tribuat: dixi-
mus.ſ.in j.par.ij.lib.in v.q.prin.in x.art.

¶Vigeſimusnonus artic.ix.q.princ.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Literę apoſtolicæ includũt beneficium patronatum laicorum ſi in illis ſcribitur, quòd prouideatur alicui de beneficio pertinente ad præſentationem alicuius habentis præſentare de conſenſu aliquorum.*
2 *Conferre habens de conſenſu aliquorum, potentius ius habet, quam ille, qui communiter habet conferre.*

Ponit Etiam ibi Io.And.incidenter.ſ.in d.ca.cum in illis.§.
1 fi.Et hic ſit.xxix.art.†quid ſi ſcribatur per papam,ꝙ
alicui prouideatur de beneficio ſpectante ad præſentationem
alicuius,& ille habet præſentare de conſenſu aliquorum, an in-
cludatur in tali mandato?Et Domi.referendo Io.And.in d.ca.fi.
in j.col.in ver.pone enim quòd.dicit includi in tali mandato, &
hoc probari in cap.primo.§.primo.ne ſede vacan.libro ſexto.cũ
ille nec collator ſit,nec præſentator:ſequuntur ibi Pe. de Anch.
& Philip.Franc.in ſecũda col.& apoſtillantes Domi. addũt etiã
Rotam.x.de præbend.& facere quod dicit Feder.conſil.primo.
2 potentius †ius habere illum,qui habet cõferre de conſenſu ali-
quorum, q̃ illum qui habet communiter conferre. Et de habẽ-
te præſentare cum conſenſu ſeu conſilio alicuius, diximus.ſ.in
ij.par.huius.ij.lib.in iiij.q.prin.in ij.art.

¶Trigeſimus art.ix.q.princip.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Papa ſi mandat conferri beneficium ſpectans ad inſtitutionem epiſcopi, nunquid executor poſſit prouidere de beneficio, in quo epiſcopus inſtituit tantum ad præſentationem, & electionem alterius.*
2 *Reſcriptum non poteſt intelligi de inſtitutione, quę ſumitur pro collatione.*
3 *Conſequens vellens, videtur velle & omne antecedens, ſine quo illud ſtare non poteſt.*

1 Tranſeamus Modo ad.xxx.artic.†quid ſi papa man-
dat cõferri beneficium ſpectans ad in-
ſtitutionem epiſcopi, nunquid exequutor poſſit prouidere de
beneficio in quo epiſcopus inſtituit tantum ad præſentationẽ,
2 & electionem alterius?Et dubium facit, †quia reſcriptum non
poteſt intelligi de inſtitutione, quæ ſumitur pro collatione.cũ
tex.in d.cap.cum illis.§.cum autem.dicat iſta duo diuerſa.Hunc
art.tractat Io.And.& poſt eum Domi.in d.§.cum autem,& tan-
dem deductis iuribus & rationibus ad partes, tenent includi ꝑ-
ſentationem,& idem dicit Domi.tenere Io.de Ligna. & Ioã.de
Fantu.ibidem ac Io.de Imo.dicentem negari nõ poſſe,quin res
ſit dubia: & ideo in dubio debemus interpretari, vt res potius
valeat,q̃ pereat.de verbo.ſignifi.Abb.cum ſimi.& iſtam partem
3 etiam credit Domi.veram:quia vbi tangitur† pars alicuius rei,
tota res videtur tacta quæ in actu requiritur:de pœni.diſt.j.vul-
garis:ſed iſta pars inſtitutionis non poteſt eſſe per ſe,niſi præce-
dat electio: ergo totam videtur voluiſſe tangere. Pro hoc vlti-
mo ibi Philip.Franc.dicit facere.l.illud.ff.de acquirend.hæredi.
vt ſic volens conſequens,videatur velle & antecedẽs, ſine quo
ſtare non poteſt. ¶Dicerem tamen per hoc non præiudicari
præſentationibus patronorum laicorum: vt voluerunt prædi-
cti in c.cum in illis.§.cum autem.ſuper gl.in verbo, noſcatur.de
præbend.lib.vj.& nos diximus.ſ.in iiij.præcedẽ.articu.& Philip.
Franc.hoc clarè dixit poſt alios in d.§.cum autem. tantum inclu
dere præſentationem eccleſiaſtici, & non laici,ſeu clerici ratio-
ne patrimonij.

¶Trigeſimusprimus artic.ix.q.princip.iij.partis.ij. Libri.

1 ☞*Literę apoſtolicę mandantes prouideri alicui de beneficio ſpectante ad præſentationem alicuius, derogant habenti inſtituere.*
2 *Acceſſorium principalis naturam ſequitur.*

1 Quid Aũt eſt.Et hic ſit.xxxj.ar.†ſi papa mãdat ꝓuideri de
beneficio ſpectãte ad pñtationẽ alicuius,an poterit
ꝓuideri de bñficio ſpectãte ad ipſius pñtationẽ, ſed ad alterius
inſtõnem?Et Io.And.in d.§.cũ aũt.tenet ꝙ ſic:qa arctat̃ tunc ius
2 inſtituentis,†cũ inſtõ ſit acceſſoria ad pñtationem:vnde ſequit̃
naturã principalis.regula,acceſſoriũ.de regu.iur.lib.vj.& voluit
ibidẽ Philip.Fran.in fi.¶Nolo aũt proſequi ſimiles difficultates:
qa eſſet tranſcribere dicta doc.in d.c.cum in illis.videas ibi latè.

¶Trigeſimusſecundus art.ix.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Electione facta per præſentantes de præſentando, non acquiritur ius electo, ſed per præſentationem.*
2 *Executor apoſtolicus excluditur per præſentationem, non per ſolam nominationem, vel electionem.*
3 *Patronus eccleſiaſticus imperfectè præſentans variare poteſt.*

Dubitatur

Dubitatur Trigeſimoſcđo,quid ſi cõuenerũt patroni
vel parrochiani,ad quos ſpectat pñtatio,&
conuenerunt in B. pñtandum , vt fieri ſolet, illum eligendo in
pñtandum: ſed anteq̃ pñtaſſent , exequutor papę datus ad pro-
uidendũ in illa dioec. confert illam eccleſiam:& poſtea patroni
pñtant,cui debetur beneficiũ prouiſio per exequutorẽ vel pñ-
tato.Hunc articul.formauit Io.And.poſt Compoſt.in c.capl̃m.
in pe.col. in verſi. quærit poſt. de reſcrip. Et dicit primo videri,
ꝙ pñtato debeatur,ſi ꝯſentire vult.de elec.cũ inter canonicos.
nam non pręſumit papam hoc mãdaſſe,ſi ſciuiſſet.& eadẽ eſt ra
1 tio &c.c.ſuper literis.de reſcript. ¶†Sed cõtra dicit facere , qa
per talẽ electionem nõ acquiritur ius electo,ſed ſolum per pñ-
tationem: vt ipſe Io.an.no.in c.fi.hoc tit.vnde cũ ante pñtatio-
nem poſſint variare ẽt patroni eccleſiaſtici:fortius & papa pote
rit ꝓuidere,ne per factũ illorum ſit papę lex talis inducta,quam
illi ſeruare non tenent:& demum dicere Compoſt. aliquos nõ
fateri permiſſam variationẽ patronis eccl̃iaſticis poſt talẽ noĩa-
tionẽ ſeu electionẽ : melius tñ eſſe dicere per talem noĩationẽ
ius nõ acquiri , ne detur p̃ronis occaſio vẽdicandi plus iuris in
eccleſijs,q̃ ipſi habebãt,maximè cũ ſępe abutant hoc iure.c.qm̃
hoc tit. ¶ Et ſubdit Compoſt. fateri , ꝙ ſi poſt pñtationem exe
quutor ꝯtuliſſet,collatio nõ valeret.c.cum inter canonicos. de
elec. & xvj.q.vij.decernimus. ¶Qui tñ Io. an. dicit qõnem iſtã
non ꝓcedere, ſi intelligat de laicis pñtantibus : per ea,quæ ipſe
ſcripſit poſt Hoſti. in c.dilectus. ſuper glo.iij. de offi.leg.ſed in
clericis bene procedere, itẽ & in laicis , vbi appareret voluntas
2 papę de talibus eccleſijs includẽdis in gratia. ¶†Ex prædictis
habes duo dicta.Primũ nõ ſufficere ſolam noĩationem, vel ele
ctionẽ de pñtãdo pro excludendo exequutore apl̃ico.& ꝓ hoc
faciũt, quę diximus.ſ̃.in ij.par.huius ij.lib. in j. q. princ. in xxij.
articu.vbi diximus non ſufficere p̃rono eligere pñtandum, niſi
actualiter pñtauerit : imo voluimus alium pñtatum debere ac-
ceptare : al̃s nõ eſt perfecta pñtatio : vt ibidem diximus in xvij.
artic.de iſta imperfecta pñtatione faciũt , quæ ibidẽ diximus in
3 iij.q.prin .in ij.artic.cum duobus ſequen. †& ꝙ ẽt eccleſiaſticus
p̃ronus imperfectè pñtans poſſit variare : diximus ibidẽ in vij.
q.prin.in iij.v.& vij.artic. & ꝙ à poſtulatione ſeu noĩatione va-
riari poſſit, diximus ibidem in ij. articu. ¶ Scđm eſt, qđ colligit
poſt pñtationem factam per p̃ronum eſſe acquiſitũ ius pñtato,
adeo ꝙ per exequutorẽ papæ illi p̃iudicari non põt.qđ eſt ſum-
mè notandũ pro his,quæ diximus.ſ̃.in viij.proxi.præce. q. prin.
in vj.& vlti.artic.vbi ꝯcluſimus legatum à latere ẽt pñtato præ-
iudicare nõ poſſe.& ibi dicta faciũt ẽt pro pñti artic. ¶ Et hoc
dictum eſt intelligendũ de perfectè pñtato: vt ꝓximè eſt dictũ.

¶Trigeſimusterius articu.ix.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Literæ apoſtolicæ impetratæ per præſentatum , alio poſtea præſentato & inſtituto,non valent in præiudicium præſentati & inſtituti.*

Et ex Proximè dictis ſequitur deciſio. xxxiij. arti. pone ꝙ
vnus ex duobus pñtatis , vel alius pro impetratio-
ne illius beneficij vacãtis accedit ad curiam Romanã interim
aũt ꝙ accedit, p̃roni variãt vel de nouo pñtant:& eps̃ facit inſti
tutionem,iſte impetrãs literas à ſummo pontifice , nõ facit mẽ
1 tionẽ de pñtatione vel variatione prædicta,cũ illã ignoret,†an
tales literę valeant in præiudiciũ inſtituti. & ꝯcludẽdum eſt ꝙ
2 non:qa†ſubreptio ẽt cõmittitur tacendo id,qđ ignorat,ſi veriſi
militer illud tacitũ potuiſſet mouere papã ad aliud faciendum.
Ita Abb. per illũ tex. quem exclamat in c. ꝯſtitutus. in prin. de
reſcrip.& in c.ad audienriã.circa fi.eod. titu. In ꝓpoſito ergo,ſi
papa ſciuiſſet variationẽ vel pñtationẽ eſſe factã , veriſimiliter
nõ ꝯceſſiſſet literas ipſi,à quo variatũ eſt: vel ſaltem ſic de facili
non ꝯceſſiſſet.igitur ipſę literę non habẽt pręiudicare inſtituto:
ita formaliter Roch.in hoc trac.in verbo,honorificũ.in xxij. q.
¶Et pro hoc facit dictum Compoſt. & Io. an. in d. c. capl̃m. de
reſcrip.de quo diximus in proxi. præce. artic. Et ſic ex prædictis
nota ẽt de variatione eſſe faciendã mentionem in literis papę.

¶Trigeſimusquartus articu.ix.q.prin.iij.partis. ij. Libri.

1 ☞*Literæ apoſtolicæ diſponentes de iure patronat.ſpectante ad collegium ſeculare ad hoc vt pręiudicent , an debeant facere mentionem de perſonis ſingularibus,an vero per verbum collectiuum.Et quid in collegio eccleſiaſticorum,nu.2.*

1 Sit Trigeſimusquartus articu. † ſi ius pat. ſpectat ad colle-
gium ſeculare an ſufficiat facere mẽtionem de perſonis
ſingularibus illius, & non per verbum collectiuum.Ita pulchrè
do.Fely. colligit ex dictis per eũ ibi in x.col.aliud ſinguli , aliud
vniuerſi:& hanc ꝯcluſionem ẽt ipſe ꝯfirmat in c.in noſtra.xxvij.
col.in xxxv ij.correlario.& licet ipſe do.Fely.loquat de iure pa.
ſpectante ad collegium ſeculare.Ego idẽ dicerem in pñtatione
quę ſpectaret ad collegiũ eccleſiaſticum:qa in illis ẽt debet fieri
differẽtia inter ſingulos & vniuerſos de quibus,ibi per eũ: & ꝓ
hoc vltimo facit pro his,quæ diximus.ſ̃. in vij. præce. artic. vt ſi
bene literę apl̃icę diſponãt de beneficijs ſpectãtibus ad quorũ
2 cunq;†pñtationem illud quorũcunq;, non includat pñtationẽ
patroni laici : ſed vt aliquid operetur, includat pñtationẽ eccle
ſiaſtici p̃roni ſingularis,& eccleſiaſticorũ patronorũ iure colle-
gij, qui non includerẽtur,ſi diceretur ad cuiuſcunq; pñtationẽ.
¶ Et ex hoc nota ſub iſto verbo , ad quorũcunq; pñtationem,
includi pñtationem collegij eccleſiaſtici.

¶Trigeſimusquintus articu. ix.q.prin.iij.partis.ij.Libri. .

1 ☞*Reſcriptum mandans prouideri alicui de beneficio ſpectante ad prouiſionẽ talis epiſcopi, an extendatur ad beneficium iuris patronatus tunc laico ſpectantis,an vero poſt datam donari ipſi epiſcopo.*

1 Dubitatur Trigeſimoquinto , † an reſcriptũ per qđ
mandatur prouideri alicui de beneficio
ſpectante ad ꝓuiſionem talis epi,extendat ad beneficium,cuius
ius pa:& pñtandi ſpectat ad aliquẽ:ſed poſt datam in ius pa.ſeu
pñtandi fuit donatum ipſi epo.Iſtum articu. latè poſequitur
Paul.de eleaza.in qõnibus ſuis.ĩ q. iij. quæſtio diſputata &c.de
beneficio ſpectãte &c.in ij.dubio , qđ ponit in vj.col. in verſ.cõ
tra eũdẽ.nolo eius dicta referre:qa eſſet longa hyſtoria. Videas,
per te.Concludit tñ ex quo tpe date illud beneficiũ erat de iure
patro. laici, & de eo facta non erat mẽtio,non poterat includi,
ex quo tp̃s date attendit.c.ſi eo tpe.cũ ſua materia.de reſcri:lib.
vj.& cle.literas.eo . tit. vbi latiſſimè per eũdem Pau. & do. Car.
nolo ingredi hoc mare magnũ. vide in prædictis locis. ¶ Et di
ctus Pau. in d. ſua diſpu. ſatis põderat : an eps̃ effectus patro-
nus, vnico actu pñtet & inſtituat , an diuerſis actibus:vt ſi diuer
ſis actibus, tanto magis non extendat. de quo vltimo ſatis dixi-
mus. ſ̃. in ij. præce. q. prin. in xix.artic.& ꝙ attendatur tp̃s date,
tetigimus.ſ̃. in iij. q. prin. pñtis partis in vlti. artic. Et ſic tene
cum Pau.quia pro eo eſt clarius tex.in d.cle. per literas .

¶Trigeſimusſextus artic.ix.q.prin.iij.partis.ij.Libri.

1 ☞*Beneficium vt cadat in gratia expectantis,an ſufficiat ꝙ ante gratiam fuerit fundatum,licet autoritas & conſenſus epiſcopi ſuperueniat poſt obtentam gratiam per iſtum expectantem.*

2 *Eccleſia ſi in mea fundo conſtruatur , eam non poſſum autoritate propria deſtruere.*

3 *Literæ apoſtolicæ includũt beneficium, ſi poſtea ſuperueniat conſenſus epiſcopi,qui poſtea efficit fundatorem patronum.*

Et ex Prædictis ſequitur.xxxvj. & vlti. artic.an ſufficiat ad
1 effectũ,ꝙ † bñficiũ cadat in gr̃a expectantis,ſi ante
gr̃am fuerit fundatũ,licet autoritas & cõſenſus epi ſuperueniat
poſt obrentã gratiam per ipſũ expectantẽ. Hunc articu.pulchrè
diſputat Rota cccccxlv. quidam p̃ronus fundauit.hoc tit.in an-
tiquis.quę primo argumentat, ꝙ cadat ſub gr̃a,ex quo fundatũ
fuit ante gratiam, licet ꝯſenſns epi interueniat poſt:poſtea argu
mentat, ꝙ nõ cadat ſub gr̃a: & ita remanet,nullã partẽ eligẽdo
vnde poſſet dici vltimã elegiſſe: ſed eius ſummariũ vr̃ oppoſitũ
demonſtrare, qđ eſt tale, ſufficit ad effectũ ꝙ beneficiũ cadat in
gr̃a expectãtis , qđ ante gr̃am fuerit fundatũ : licet autoritas &
ꝯſenſus epi ſuperueniat poſt obtẽtam gr̃am ipſius expectantis.
¶ Et hæc pars affirmatiua vr̃ probari per tex.in d.c. lr̃as. pon-
deratum bñficiũ eſſe creatum ante gr̃am ad effectũ gr̃ę: & non
habemus ꝯſenſum poſſe interuenire,ẽt poſt fundatã eccleſiam
vt diximus.ſ̃.in j.par.j.lib. in ij. q prin. in xij. artic. ¶ Et pro hoc
ẽt facit, qđ diximus ibidem in .ij. q. princ. in xiij. artic. ꝙ ſi ſuper
2 fundo meo me † inſcio ꝯſtruat eccl̃ia , nõ poſſum ꝓpria auto-
ritate deſtruere eccleſiam.& faciũt ẽt quæ diximus.ſ̃.ibidem in
iiij.q.prin. in ix.artic. dum tractauimus, qñ incipiet competere
p̃rono ius patr.cũ incepit ędificare,vel perfecto opere: vel poſt
ꝯſecrationem : ex quibus oĩbus cõcludo vnũ: nam nos diximꝰ
ſ̃. in d. j. par.j. lib. in ij. q. princ.in iij.artic. in fundatione eccl̃iæ
& acquiſitione iuris pa.duos requiri conſenſus epi : vnum,q eſt
licẽtia ędificãdi.iuxta.c.nemo.de ꝯſecra.diſtin.j.aliter pro acqui
rẽdo ius pa.de quo in c. nemo. hoc tit.fundata igitur eccleſia ſi
conſenſus epi non interuenit, non dicet.acquiſitum ius pat.per
p̃ronũ:ſed bene tenebit ædificatio baſilicę : vt diximus in d.xiij.
articu. iij. q. prin. j. par. j. lib. qa non põt reuerti ad vſus ꝓpha-
nos,vt ibi.defectus igit ꝯſenſus nocebit p̃rono : qa non erit pa-
tronus donec ille nõ ĩteruenIat:ſed nõ nocebit baſilicę:quin ſit
baſilica & futura eccleſia:ſi baſilica,ergo ſub diſpoſitiõe ordina
3 rij.c.nos baſilicæ, xvj. q. vij. ſi ſub diſpoſitione ordinarij. † ergo
includit in gratia apl̃ica , q̃uis poſtea ſuperueniat cõſenſus epi,

qui efficiat fundatorẽ patronum. ¶Et ex hoc colligo pulcherrimum.dictũ quod ẽt probatur ex dictis in ꝓximo prece.artic.ꝙ ſicut ibi beneficium, quo tpe datę grãe non includit in grã, q̃uis poſt grãm efficiatur epiſcopi, eodem modo à ↄrio, beneficium quod tempore datę gratiæ ſpectabat ad prouiſionem, epĩ, comprehendetur in gratia: licet poſt gratiam efficiatur iuris patro. laici. Quod eſt valde notandum, maximè in caſu præſentis arti. vide per doc.in d.clemen.literas.

Ex omnibus Dictis in hac præcedẽ.ix.q.princ.& eius. xxxvj.articu.collige duas concluſiones: vnam de poſſe papæ: aliam de eius velle præiudicare patronis ęccleſiarum: primam affirmatiuam: ſecundam ſubdiuiduam in duabus concluſionibus: quarum vna erit negatiua: & ſecunda affirmatiua. ¶Sit igitur prima ↄcluſio affirmatiua, papam poſſe præiudicare patronis non ſolũ eccleſiaſticis, ſed etiam laicis: & ſic beneficia de iure patro. ipſorum poſſe reſeruare, & conferre ſine patronorum præſentatione per ea, quæ diximus.s̃.in j.& ij. articu.& in hoc non eſt aliqua difficultas. ¶Secunda eſt concluſio negatiua, de velle papæ, quæ ſic ſe habet non præſumitur papam velle præiudicare patronis laicis in eius literis & gratiis beneficiorum, niſi expreſſè iuri patronat.ipſorum deroget: vt latè diximus.s̃.in iij.articu. ¶Amplia primo iſtam ſecundam conclu.etiam ſi papa mandat prouideri alicui de beneficio ſpectante ad cuiuſcunque diſpoſitionem, ſeu prouiſionem, ſiue conceſſionem: ſeu collationẽ, ſiue ordinationem, ſiue inſtitutionem: quia per hoc non includentur beneficia ſpectantia ad præſentationem patronorum laicorum: vt diximus.s̃.in iiij.arti. ¶Amplia ſecundo.d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi papa ſcribat motu proprio pro aliquo beneficiando, quia per hoc non comprehendentur beneficia iuris patronat.laicorum: vt diximus.s̃.in v.articu. ¶Reſtringe hanc ampli.procedere, niſi cum motu proprio eſſet clauſula generalis, non obſtantibus quibuſcunque, per quæ gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri, vel differri: quia per talem clauſulam intendit impedire ius tertij: & motus proprius tollit ſubreptionem: vt in dict.v.articul.in verſicu.& licet aliqui. ¶Reſtringe ſecundo d.ampli.procedere, niſi papa motu proprio vellet primum beneficium non vacare per promotionem ad epiſcopatum: quia tunc licet non expreſſerit de iure patronat.laicorum dicti beneficij, tenebit reſeruatio: vt diximus in d.v.articu.in fi. & latius in xix.artic. ¶Amplia tertio.dict.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi in literis papæ mandetur prouideri alicui de beneficio, etiam ſi ad alicuius præſentationem ſpectaret: quia includet tantum præſentationem patronorum eccleſiaſticorum: non autem laicorum: vt diximus s̃.in vj.articu. ¶Amplia quarto.d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi papa mandaret alicui prouideri de beneficio, ad quorumcunque prępſentationem ſpectante: quia includet beneficia patronorum eccleſiaſticorum: & verbum quorumcũque. operabitur: ſiue ad eos ſpectet iure particulari, ſiue iure collegij, quę aliter non compręhenderentur, & non beneficia iuris patron. laicorum: vt diximus.in vij.articu. ¶Amplia quinto.d.ſecũdam conclu.procedere, etiam ſi eſſet beneficium iuris patro.clerici, non ratione eccleſiæ, ſed ratione ſui patrimonij: quia non præſumetur papam illi derogare, niſi illud exprimat, ex quo laicus cenſetur: vt diximus s̃.in viij.articul. ¶Amplia ſexto.d.ſecundã conclu.procedere, etiam ſi præſentatio pertineat communiter ad clericum ratione eccleſiæ, & ad laicum ſuo iure: nam per literas papæ neutri ipſorum præiudicabitur, ſi de iure patrona.non fieret expreſſa mentio: per dicta.s̃.in ix.articul. ¶Amplia ſeptimo.d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi in literis papæ dicatur non obſtante iure pat.laicorum: & non obſtantibus ſtatutis eccleſiæ: nam ſi eſſent aliqua ſtatuta particularia concernentia in indiuiduo beneficium, de quo ſcribitur, requirẽs certas qualitates in limine fundationis appoſitas in perſona prouidenda, non includetur ſub dictis literis, niſi dictis qualitatibus ſic appoſitis expreſſè derogetur: vt dixi.s̃.in x.articu. ¶Amplia octauo. d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi literæ apoſtolicę derogarunt expreſſè iuri patron.laicorum: quia non comprehenderent ius patron.imperatorum, regum, principum, ducum, marchionum, & ſimilium. vt diximus.s̃.in xj.artic. ¶Amplia nono, d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi in literis papæ fiat mentio de iure patro.ſingularium perſonarum collegij ſecularis, ad quas ius patronat.ſpectat: quia non ſufficiet niſi fiat mentio de ipſo collegio per verbum collectiuum; vt diximus.s̃.in xxxiiij. articu. ¶Amplia decimo.d.ſecundam conclu.procedere etiam in permutationibus beneficiorum, quæ fierent in curia Romana: nam non valerent, ſi de iure patr.laicorum mentio nõ fiat; vt diximus.s̃.in xij.artic. ¶Amplia vndecimo.d.ſecundam conclu.intantum procedere, ꝙ beneficia patronata laicorum non dicuntur vacare in curia, & ſic impetratio illorum non tenet nõ facta mentione de iure patronat.ipſorum: vt diximus.s̃.in xiij articu. ¶Amplia duodecimo.d.ſecundam conclu.intantum ꝓcedere, ꝙ ſi beneficiũ, in quo patronus laicus habet omnes fructus iuris patro.excepto fructu præſentationis, vt eſt in eccleſia collegiata, ex quo electioni illius habet conſentire, debet fieri mentio ipſius iur.patro.laici: vt diximus.s̃.in xxij.articul. ¶Amplia decimotertio.d.ſecundam conclu.intantum procedere, ꝙ beneficia patronata laicorum non includuntur in reſeruatione extrauagantis, execrabilis: vt diximus.s̃.in xvj.articul. ¶Amplia decimoquarto.d.ſecundam conclu. procedere, etiam ſi in ſupplicatione impetrans petat derogari patronis laicis: licet de iure patr.eorum clarè non conſtet: quia ſi patroni facerent conſtare ſtatim de eorum iure, non erit eis derogatum: vt diximus.s̃.in xxij.articu. ¶Declara primo.d.ampli.non ſufficere, probare ius patrona.ex priuilegio & præſcriptione: quia adhuc procederet gratia, ſed debebit probare de vero iure pat. & tunc non procedet gratia: vt diximus in d.xxij.artic.in verſic.certè hæc deciſio. ¶Declara ſecundo.d.ampli.debere cõſtare ſtatim tempore impetrationis; quia ſi conſtaret, poſtea nihil eſſet, quia adhuc militaret gratia: vt diximus ibidem in verſi.ſecundo colligitur. ¶Declara tertio.d.ampli.hoc onus probandi ius patr.clarè conſtare tempore impetrationis incumbere non impetranti, ſed ipſis patronis: vt diximus.s̃.in d.xxij.artic.in verſic.tertia ſit declaratio. ¶Declara quarto.d.ampli.ipſos patronos debere ꝓbare de eorum iure clarè conſtare manifeſta probatione, & ſine hæſitatione, & palam eſſe: vt in d.xxij.artic.in iiij.declaratione. ¶Amplia decimoquinto.d. ſecundam conclu. procedere, vt non ſolum debeat fieri expreſſa mentio de veris patronis: ſed etiam de exiſtentibus in quaſi poſſeſ.præſentandi: quia adhuc & ipſi patroni laici dicentur: vt diximus.s̃.in xxiij.arti. ¶Amplia decimoſexto. d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi papa mandaret conferri beneficium ſpectans ad inſtitutionem epiſcopi: quia licet cõpręhendat etiam præſentationem, non tamen compręhendit illam ſpectantem ad laicum, niſi de ea fiat expreſſa mentio: vt diximus.s̃.in xxx.articul. ¶Amplia decimoſeptimo.d. ſecundam conclu.procedere, etiam ſi expreſſè derogaretur laicis, & tamẽ per laicum facta eſſet præſentatio vera: licet non ſequuta inſtitutio, quia exequutor apoſtolicus non poterit ſe de illo impedire: vt diximus.s̃.in xxxij.articu. ¶Reſtringe hanc ampli.procedere, ſi eſſet facta vera præſentatio per patronum: ſed ſi eſt facta ſola electio de præſentando, & non actualis præſentatio, exequutor apoſtolicus poterit conferre illud beneficium: vt in d.xxxij. articu. ¶Amplia decimooctauo.d.ſecundam conclu.intantum procedere, ꝙ ſi vnus ex præſentatis per patronum veſalius acceſſerit ad curiam, & impetrauerit dictum beneficium, & interim patronus variauerit, & ſequuta fuerit inſtitutio, nõ tenebit impetratio de variatione mentione non facta, ſed obtinebit inſtitutus: vt diximus.s̃.in xxxiij.articu. ¶Amplia decimonono. d.ſecundam conclu.intantum procedere, ꝙ ſi mandaretur alicui prouideri de beneficio ſpectante ad prouiſionem talis epiſcopi, non extendetur ad beneficium iuris patrona.tempore impetrationis laico ſpectantis: licet poſtea ex donatione deuenerit ad epiſcopum: vt diximus.s̃.in xxxv.articu. ¶Amplia vigeſimo.d.ſecundam conclu.procedere, etiam ſi beneficium eſſet iuris patronat.aliquarum perſonarum religioſè viuentium, quę tamen non facerent collegium verè eccleſiaſticum, ſed potius ſeculare, quia cenſetur patroni laici, & illis expreſſè eſt derogatum: vt diximus.s̃.in xviij.articu. ¶Amplia vigeſimoprimo papam non præſumi derogare iuri patronat.laici, etiam inſtituendo beneficiatum depoſitum, niſi expreſſè derogaret: vt dicemus.ĩ.in iij.lib.in vj.quæſtio.princip in viij.articu. ¶Limita modo primo.d.ſecundam conclu.non procedere in iure patronat. acquiſito per laicum non ex fundatione, conſtructione, ſeu dotatione eccleſiæ, ſed ex priuilegio papę: quia iſti includuntur in prouiſionibus apoſtolicis, vt eccleſiaſtici patroni: vt diximus.s̃. in xiiij.articul. ¶Limita ſecundo.d.ſecundam conclu. non procedere in iure patronat.acquiſito per laicum ex præſcriptione, ſeu conſuetudine: & non ex illis proximè dictis tribus cauſis: qa iſti includuntur in prouiſionibus apoſtolicis, vt eccleſiaſtici patroni: vt diximus.s̃.in xxv.articul. ¶Limita tertio.d.ſecundam conclu.procedere, niſi patroni inter ſe conueniſſent, quòd alternis vicibus præſentarent: quia tunc ſufficiet per literas Papæ derogari illis, qui habent pręſentare pro prima vice: licet de alijs nulla fiat mentio, quanuis ſint patroni: vt diximus.s̃.in xxvj.articu. ¶Limita quarto.d.ſecundam conclu.procedere, niſi appareat de certa ſcientia Papæ, de quo beneficio ſcribat: quia intelligetur derogatum iuri patronat.laici: licet de eo non fecerit mentionem. vt diximus.s̃.in xv.articu. ¶Limita quinto.d.ſecũdam conclu.procedere, niſi literæ apoſtolicę diſponerent de beneficio non quidem vacante, ſed quod potuiſſet de proximo

vaca

vacare: & in quo imminebat p̃rono laico proxima ſpes p̃ntan-
di: puta in beneficio vacaturo per promotionem ad epiſcopa-
tum:quia tenebit reſeruatio facta per papam motu proprio, ne
beneficium vacet etiam non facta mentione de iure patr.laici:
vt diximus.ſ.in xix.articul. ¶Limita ſexto.d.ſecundam conclu.
procedere ,niſi beneficium fuiſſet olim de iure patronat.laici,
hodie vero patroni eccleſiaſtici:quia comprehendentur ſub li-
teris apoſtolicis: licet non fiat mentio in illis, ꝙ olim fuerat de
iure patronat.laici.vt diximus.ſ.in xx.articu. ¶Limita ſeptimo.
d.ſecundam conclu.procedere, niſi ſit beneficium in quo licet
patronus laicus habeat alios fructus iuris patronat.non tamen
habet fructum præſentandi:& in quo procederetur per electio
nem, patronus non haberet neceſſitiuè conſentire: quia tunc
procedent literæ apoſtolicę, licet non facta mentione de ipſo
iure patrona.laici:vt diximus.ſ.in xxj.articu. ¶Limita octauo.d.
ſecundam conclu.procedere, niſi in ſupplicatione fiat mentio
